« Εἶπον οὖν αὐτῷ· Ποῦ ἐστιν ἐκεῖνος; Λέγει· Οὐκ οἶδα. Ἄγουσιν αὐτὸν πρὸς τοὺς Φαρισαίους τόν ποτε τυφλόν. Ἦν δὲ Σάββατον ὅτε τὸν πηλὸν ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἀνέῳξεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς. Πάλιν οὖν ἠρώτων αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι, πῶς ἀνέβλεψεν. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Πηλὸν ἐπέθηκεν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ ἐνιψάμην, καὶ βλέπω. Ἔλεγον οὖν ἐκ τῶν Φαρισαίων τινές· Οὗτος ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστι παρὰ Θεοῦ, ὅτι τὸ Σάββατον οὐ τηρεῖ. Ἄλλοι ἔλεγον· Πῶς δύναται ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς τοιαῦτα σημεῖα ποιεῖν; Καὶ σχίσμα ἦν ἐν αὐτοῖς. » Ἐπειδὴ ὁ Κύριος θεραπεύων, καὶ θαῦμα ποιῶν, εἴωθεν ἐκνεύειν διὰ τὸ ἀκόμπαστον, ἐρωτηθεὶς ὁ τυφλὸς, Ποῦ ἐστιν ἐκεῖνος; λέγει· « Οὐκ οἶδα, » ἀληθεύων πάντως κἀν τούτῳ. « Ἄγουσι δὲ αὐτὸν πρὸς τοὺς Φαρισαίους, » διὰ τὸ σφοδροτέρας ἐρωτήσεως καὶ δριμυτέρας ἀξιωθῆναι. Ἐπισημαίνεται δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι Σάββατον ἦν, ἵνα ἐνδείξηται τὴν πονηρίαν αὐτῶν, ὡς δρασσομένων προφάσεις κατὰ Χριστοῦ, καὶ ἐγκαλούντων αὐτῷ τὴν τοῦ Σαββάτου παράβασιν, καὶ διὰ ταύτην συσκιάζειν πειρωμένων τὸ θαῦμα· διὸ οὐδὲ ἐρωτῶσιν αὐτὸν, Πῶς ἀνέβλεψας, ἀλλὰ, « Πῶς ἀνέῳξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; » τὸ ὅλον διαβάλλοντες τὸν Κύριον, ὡς ἐν τῷ Σαββάτῳ ἐργασάμενον, ἀναγκάζοντες αὐτὸν τὸν τυφλὸν ἐπιμνησθῆναι, ὅτι πηλὸν ἐποίησεν ἐν τῷ Σαββάτῳ δηλαδή. Αὐτὸς δὲ ὡς πρὸς ἀκηκοότας ἤδη διαλεγόμενος, οὔτε τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ μνημονεύει, οὔτε τί πρὸς αὐτὸν ὁ Κύριος ἐλάλησεν, ἀλλ' ἢ μόνον, ὅτι « Πηλὸν ἐπέθηκεν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ ἐνιψάμην, καὶ βλέπω. » Εἰκὸς γὰρ ἦν προακηκοέναι τοὺς Φαρισαίους παρὰ τῶν καὶ τὸν τυφλὸν ἀγαγόντων πρὸς αὐτοὺς, διαβαλλόντων ἴσως τὸν Κύριον, καὶ εἰπόντων ἄν· Ἴδε οἷα ποιεῖ ἐν Σαββάτῳ ὁ Ἰησοῦς. Ἄξιον δὲ ἰδεῖν τὴν παῤῥησίαν τοῦ τυφλοῦ, ὅπως καὶ τοῖς Φαρισαίοις ἀνεκπλήκτως διαλέγεται. Αὐτοὶ μὲν ἤνεγκαν αὐτὸν, ἵνα τῷ φόβῳ καταπλαγεὶς, ἀρνήσηται τὴν θεραπείαν· ὁ δὲ τραχύτερον ἐκβοᾷ, ὅτι « Βλέπω. » — « Ἔλεγον οὖν ἐκ τῶν Φαρισαίων τινὲς, » ἀλλ' οὐχὶ πάντες, ἀλλὰ οἱ ταμώτεροι· « Οὗτος ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ. Ἄλλοι δὲ ἔλεγον, ὅτι Πῶς δύναται ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς τοιαῦτα ποιεῖν; » Ὁρᾷς τοὺς πολλοὺς ἀπὸ τῶν σημείων μαλαττομένους; Ἰδοὺ οὗτοι Φαρισαῖοι καὶ ἄρχοντες, ὅμως ἀπὸ τοῦ σημείου καταδυσωποῦντα., καὶ ὑπεραπολογοῦνται, « καὶ σχίσμα ἦν

B

C

D

Vers. 12-16. « Dixerunt ergo ei : Ubi est ille? Ait : Nescio. Adducunt ad Pharisæos eum qui dudum cæcus fuerat. Erat autem Sabbatum cum lutum faceret Jesus, et aperiret oculos ejus. Iterum ergo interrogabant **636** eum et Pharisæi, quomodo visum recepisset. Ille autem dixit eis : Lutum mihi imposuit super oculos, et lavi, et video. Dicebant ergo ex Pharisæis quidam : Non est hic homo a Deo, quia Sabbatum non observat. Alii autem dicebant : Quomodo potest homo peccator hæc signa edere? Et dissensio erat inter eos. » Quoniam Dominus sanans et miraculum faciens, consueverat, eo quod alienus esset ab ostentatione, secedere, interrogatus cæcus, « Ubi est ille? » dicit, « Nescio : » verum omnino loquens et in hoc. « Ducunt autem illum ad Pharisæos, » ut diligentius et exactius interrogaretur. Porro evangelista assignavit Sabbatum esse, ut ostendatur malitia illorum, quod contra Christum apprehenderint occasionem, et arguerint illum propter violationem Sabbati, et ita tentarint adumbrare miraculum. Propterea neque interrogant illum Quomodo viderit, sed « Quomodo oculos ejus aperuerit, » per omnia calumniantes Dominum, quod in Sabbato operatus fuerit, cogentes illum cæcum commemorare, quod lutum fecerit, in Sabbato scilicet. Ipse autem sicut ad eos qui audierant jam loquens, neque nominis Jesu memor est, neque quid ad ipsum Dominus dixerit, sed solum, « Lutum imposuit super oculos meos, et lavi, et video. » Verisimile enim fuit quod audiverint Pharisæi ab iis qui adducebant ipsum ad illos, qui forte accusabant Dominum et dicebant, Ecce qualia facit in Sabbato Jesus. Operæ pretium autem est videre cæci in dicendo libertatem, ut et Pharisæos impavide alloquitur. Nam illi quidem adducebant eum, ut metu perculsus negaret sanationem. At ille clarius exclamat, « Video. » — « Dicebant igitur quidam ex Pharisæis, » non omnes, sed impudentiores : « Hic homo non est ex Deo. Alii autem dicebant : Quomodo potest homo peccator talia facere? » Vides multos a signis mulceri? Ecce et hi Pharisæi et principes erant, attamen a signo placantur et defensionem suscipiunt. « Et dissensio erat in eis. » Hæc dissensio prius orta fuit in turba : « [39] Nam alii quidem dicebant, Seducit turbam, alii autem, Non. » Nunc autem et in principibus

[38] Joan. IX, 4, 5. [39] Joan. VII, 12.

Digitized by Google

oritur, et multi ex Pharisæis divisi ab aliis sunt, et patrocinantur miraculo. Verumtamen quamvis divisi fuerint, negligentius tamen instant pro Christo, et dubitanter et duplici animo magis quam firmiter. Audi enim quid dicant: « Quomodo potest homo peccator talia facere? » Vides quam leviter urgeant? Vide autem et malitiam eorum qui criminantur. Non enim dicunt: Hic non est ex Deo, quia in Sabbato sanat; sed, « Quia Sabbatum non servat: » sursum deorsumque non beneficium, sed dici violationem pronuntiantes. Annota autem et hoc, **637** quomodo principes segniores quam turba sint in bono. Nam turba quidem prius divisa erat sententiis, et non omnes dura loquebantur contra Christum: Principes autem posterius in hanc laudabilem dissensionem venerunt. Contingit enim etiam bene dissentire, sicut et Dominus dicit: « Gladium veni mittere super terram [40], » quo sententiæ omnino ob bonum et pietatem dividuntur.

Vers. 17-19. « Dicunt cæco iterum: Tu, quid dicis de illo quia aperuit tibi oculos tuos? Ille autem dixit: Propheta est. Non crediderunt ergo Judæi de illo quod cæcus fuisset, et visum recepisset, donec vocaverunt parentes ejus qui visum receperat, et interrogaverunt eos, dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicebatis cæcum natum esse? quomodo ergo nunc videt. » Qui fuerunt interrogantes cæcum, « Tu quid dicis de illo? » Erant plane ex benevolorum sorte. Nam postquam dixerunt, « Quomodo potest peccator talia signa facere? » ut ne videantur ipsi frustra patrocinari, eum qui beneficium acceperat, in testem adducunt, ut per eum qui virtutem senserat, confutarent calumniatores. Vide enim quomodo benevole interrogant. Non enim dixerunt, « Tu quid dicis de illo, » quia lutum fecit, quia Sabbatum non servavit? sed miraculi mentionem faciunt, « Quia aperuit oculos tuos: » quasi exacuentes curatum ut pro Christo quæ digna erant, diceret. In memoriam enim ei reducunt: « Quia aperuit oculos tuos. » Beneficio te prosecutus est, dicunt: et ita debes illum prædicare. Ideo et cæcus confitetur tunc id quod potuit, quod non sit peccator, sed ex Deo. « Propheta enim est, » dicit: quamvis « alii dicerent quod non esset ex Deo, eo quod Sabbatum non servaret: » tametsi Christus uno digito lutum inungens Sabbatum solvere videbatur: ipsi autem tota manu solventes in Sabbato animalia ut potum dent, videbantur pii

[40] Matth. x, 34.

A ἐν αὐτοῖς (29). » Τοῦτο τὸ σχίσμα πρότερον μὲν ἐν τῷ ὄχλῳ ἐφύη· οἱ μὲν γὰρ ἔλεγον, ὅτι « Πλανᾷ τὸν ὄχλον· οἱ δὲ, ὅτι Οὔ. » Νῦν δὲ καὶ ἄρχουσι φύεται, καὶ ἰδοὺ πολλοὶ τῶν Φαρισαίων ἀποσχισθέντες τῶν ἄλλων, συνηγοροῦσι τῷ θαύματι. Πλὴν εἰ καὶ ἀπεσχίσθησαν, ἀλλὰ μαλακώτερον ἐνίσταντο ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀμφιβόλως μᾶλλον καὶ διψύχως, ἢ βεβαίως. Ἄκουε γὰρ τί φασι· « Πῶς δύναται ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς τοιαῦτα ποιεῖν; » Ὁρᾷς τὸ μαλακὸν τῆς ἐνστάσεως; Ὅρα καὶ τὴν κακουργίαν τῶν διαβαλλόντων. Οὐ γὰρ λέγουσιν, ὅτι Οὗτος οὐκ ἔστιν ἐκ Θεοῦ, ὅτι ἐν Σαββάτῳ θεραπεύει, ἀλλ', « ὅτι τὸ Σάββατον οὐ τηρεῖ, » ἄνω καὶ κάτω οὐ τὴν εὐεργεσίαν, ἀλλὰ τὴν παράλυσιν τῆς ἡμέρας προφέροντες. Σημείωσαι δὲ καὶ τοῦτο, ὅπως οἱ ἄρχοντες
B νωθρότεροι τοῦ ὄχλου εἰσὶ περὶ τὸ καλόν. Ἰδοὺ γὰρ ὁ μὲν ὄχλος πρότερον ἐσχίσθησαν ταῖς γνώμαις, καὶ οὐχὶ πάντες ὁμοφώνουν κατὰ τοῦ Χριστοῦ· οἱ δὲ ἄρχοντες ὕστερον τοῦτο τὸ ἐπαινετὸν σχίσμα πεπόνθασιν. Ἔστι γὰρ καὶ καλῶς σχισθῆναι· καθὰ καὶ ὁ Κύριός φησι· « Μάχαιραν ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, » τὴν ἐπὶ καλῷ πάντως καὶ εὐσεβείᾳ διχογνωμοσύνην.

« Λέγουσι τῷ τυφλῷ πάλιν· Σὺ τί λέγεις περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἠνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; Ὁ δὲ εἶπεν, ὅτι Προφήτης ἐστίν. Οὐκ ἐπίστευσαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ, ὅτι τυφλὸς ἦν, καὶ ἀνέβλεψεν, ἕως ὅτου ἐφώνησαν τοὺς γονεῖς αὐτοῦ τοῦ ἀναβλέψαντος, καὶ ἠρώτησαν αὐτοὺς, λέγοντες· Οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ὑμῶν, ὃν ὑμεῖς ἐλέγετε, ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη; πῶς οὖν ἄρτι βλέπει; » Τίνες ἦσαν οἱ ἐρωτῶντες τὸν
C τυφλὸν, « Σὺ τί λέγεις περὶ αὐτοῦ; » Τῆς τῶν εὐγνωμόνων μοίρας ἦσαν. Ἐπεὶ γὰρ εἶπον, ὅτι « Πῶς δύναται ἁμαρτωλὸς τοιαῦτα σημεῖα ποιεῖν; » ἵνα μὴ δόξωσιν αὐτοὶ μάτην συνηγορεῖν, τὸν λαβόντα τὴν εὐεργεσίαν, αὐτὸν παράγουσι μάρτυρα, ὡς αἰσθόμενον τῆς δυνάμεως, ὡς ἂν ἐπιστομίσωσι τοὺς διαβολεῖς. Ὅρα γὰρ πῶς εὐγνωμόνως ἐρωτῶσιν. Οὐ γὰρ εἶπον· Σὺ τί λέγεις περὶ αὐτοῦ, ὅτι πηλὸν ἐποίησεν; ὅτι τὸ Σάββατον οὐκ ἐτήρησεν; ἀλλὰ τοῦ θαύματος μνημονεύουσιν, « Ὅτι ἠνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; » μονονουχὶ καὶ τὸν θεραπευθέντα παραθήγοντες εἰς τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ τὰ εἰκότα εἰπεῖν. Ἀναμιμνήσκουσι γὰρ αὐτὸν, καὶ νύττουσιν αὐτόν· « Ὅτι ἠνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς. » Εὐηργέτησε σὲ,
D φασὶν, ὥστε ὀφείλεις ἀνακηρύξαι αὐτόν. Διὸ καὶ ὁ τυφλὸς ὁμολογεῖ τέως ὅπερ ἠδύνατο, ὅτι Οὐκ ἔστιν ἁμαρτωλὸς, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ. « Προφήτης γάρ ἐστι, » κἂν ἕτεροι λέγωσιν, ὅτι « Οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ· διότι τὸ Σάββατον οὐ τηρεῖ. » Καίτοι ὁ μὲν Χριστὸς ἑνὶ δακτύλῳ τὸν πηλὸν ἐπιχρίσας, παραλύειν ἐδόκει τὸ Σάββατον· αὐτοὶ δὲ ὅλῃ χειρὶ λύοντες τῷ Σαβ-

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(29) Codd. 26 et 32, *Καὶ σχίσμα ἦν ἐν αὐτοῖς.* Ἐπειδὴ ὁ θεραπεύων καὶ θαυματοποιῶν εἰώθη διὰ τὸ ἀκόμπαστον ἐκνεύειν, ἐρωτησθεὶς ὁ τυφλὸς Ποῦ ἐστι; λέγει, *Οὐκ οἶδα*, ἀληθεύων πάντως κἀν τούτῳ. Τοῦτο τὸ σχίσμα, κ. τ. λ. « Et dissensio erat in eis. Quoniam autem Dominus, cum quempiam sanabat, vel aliud miraculum patrabat, solebat e loco cedere, quia erat ab omnium ambitione alienissimus; idcirco cæcus interrogatus, Quinam ille esset, ait, *Nescio*: etiam in hoc verum, omnino dicens. Hæc dissensio, » etc.

Digitized by Google

θάτῳ τὰ ζῶα πρὸς ποτισμὸν, ἐδόκουν εὐσεβεῖν. Φωνοῦσιν οὖν οἱ σκληροὶ καὶ ἀπειθεῖς τοὺς γονεῖς αὐτοῦ, εἰς ἀγωνίαν αὐτοὺς ἐμβαλεῖν βουλόμενοι, καὶ διὰ ταύτης εἰς ἄρνησιν τῆς πηρώσεως τοῦ παιδός. Ἐπεὶ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἠδυνήθησαν τὸ εὐγνῶμον στόμα ἐμφράξαι, τοὺς γονεῖς ἐκδεδίττονται, τιτρώσκειν οὕτω τὸ θαῦμα προσδοκῶντες. Ἱστῶσιν οὖν αὐτοὺς ἐν τῷ μέσῳ, καὶ μετὰ πολλοῦ θυμοῦ τὴν ἐρώτησιν ποιοῦνται, μᾶλλον δὲ μετὰ πολλῆς κακουργίας. Οὐ γὰρ εἶπον, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ὑμῶν ὁ ποτὲ τυφλὸς, ἀλλ', « Ὃν ὑμεῖς ἐλέγετε · » μονονουχὶ τοῦτο λέγοντες · Ὃν ὑμεῖς ἐποιήσατε τυφλὸν, καὶ πανταχοῦ διεφημήσατε τὸν λόγον, πλασάμενοι πάντως καὶ καταψευσάμενοι. Ἀλλ', ὦ μιαροὶ Φαρισαῖοι, τίς ἂν πατὴρ ἀνάσχοιτο τοιαῦτα καταψεύσασθαι παιδὸς οἰκείου; Δυσὶ δὲ τούτοις στενοχωροῦσιν αὐτοὺς, καὶ βιάζονται ἀρνήσασθαι τὸν υἱὸν, τῷ τε εἰπεῖν, « Ὃν ὑμεῖς ἐλέγετε, » καὶ τῷ, « Πῶς οὖν ἄρτι βλέπει; » Ὁρᾷς, ὅτι ὡς ψευδομένων αὐτῶν τὸ πρότερον, φημὶ δὴ, τὸ τυφλὸν εἶναι τὸν παῖδα, σημεῖον προφέρουσι τοῦτο, τὸ ὕστερον αὐτὸν βλέπειν. Ἢ γὰρ τοῦτό, φασὶ, ψευδὲς, τὸ βλέπειν αὐτὸν νῦν, ἢ ἐκεῖνο, τὸ τυφλὸν εἶναι. Ἀλλὰ μὴν τοῦτο ἀληθὲς, βλέπει γάρ · ψεῦδος ἄρα ὃ ὑμεῖς ἐκηρύξατε, τὸ τυφλὸν εἶναι τὸ πρότερον.

esse. Vocant igitur duri et impersuasibiles parentes ejus, volentes illos perplexos reddere, et ita negare cæcitatem filii. Nam quia illius gratum os obstruere non poterant, parentes ejus ambiguos reddunt, quos statuunt in medio, et cum multo furore interrogant, imo cum multo malitia. Non enim dixerunt, Hic est filius vester, qui dudum cæcus, sed, « Quem vos dicitis, » quasi dicentes, quem vos cæcum fecistis, ubique sermonem illum seminantes, fingentes et mentientes. Verum, o scelesti Pharisæi, quis pater talia contra filium suum mentiretur? Duobus autem illos angustis locis urgent, et cogunt negare filium, dicendo, « Quem vos dicebatis, » et, « Quomodo igitur nunc videt? » Vides enim quod signum hoc, quod postea ille viderit, ita narrant, quasi prius eum cæcum fuisse mentiti illi essent. Nam mendacium est, aiunt, vel illud quod ipse nunc videt, vel illud quod cæcus esset: sed illud veritas, videt **638** enim: mendacium igitur quod vos prædicastis, cæcum illum fuisse prius.

« Ἀπεκρίθησαν αὐτοῖς οἱ γονεῖς αὐτοῦ, καὶ εἶπον · Οἴδαμεν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ἡμῶν, καὶ ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη · πῶς δὲ νῦν βλέπει, οὐκ οἴδαμεν · ἢ τίς ἤνοιξεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἡμεῖς οὐκ οἴδαμεν · αὐτὸς ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸν ἐρωτήσατε, αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ λαλήσει. Ταῦτα εἶπον οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ὅτι ἐφοβοῦντο τοὺς Ἰουδαίους. Ἤδη γὰρ συνέθεντο οἱ Ἰουδαῖοι, ἵνα ἐάν τις αὐτὸν ὁμολογήσῃ Χριστὸν, ἀποσυνάγωγος γένηται. Διὰ τοῦτο οἱ γονεῖς αὐτοῦ εἶπον, ὅτι Ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸν ἐρωτήσατε. » Τρεῖς ἐρωτήσεις οἱ Φαρισαῖοι προσήνεγκαν τοῖς γονεῦσι τοῦ τυφλοῦ, εἰ υἱὸς αὐτῶν ἦν, εἰ τυφλὸς ἐγεννήθη, καὶ πῶς ἀνέβλεψεν. Οἱ δὲ, τὰς μὲν δύο, ὅτι τε υἱὸς αὐτῶν ἐστι, καὶ ὅτι τυφλὸς ἦν, ὁμολογοῦσι · τὸν δὲ τρόπον τῆς θεραπείας ἀγνοοῦντες, οὐ προστιθέασι. Καὶ τοῦτο δὲ πάντως ὑπὲρ τοῦ τὴν ἀλήθειαν ὁμολογηθῆναι βεβαιότερον, γίνεται, ὥστε αὐτὸν τὸν τῆς εὐεργεσίας ἀπολαύσαντα, τὸν καὶ ἀξιοπιστότερον ὄντα, μαρτυρῆσαι ταῦτα · καθὰ καὶ οἱ γονεῖς αὐτοῦ φασιν · « Αὐτὸς ἡλικίαν ἔχει. » Μὴ γὰρ νήπιός ἐστιν, ἢ ἀτελὴς, ὥστε μὴ συνιέναι πῶς τεθεράπευται; « Τοιαῦτα δὲ εἶπον οἱ γονεῖς αὐτοῦ, » φοβούμενοι τοὺς Φαρισαίους · οὕτως ἔτι ἦσαν ἀτελεῖς καὶ ἀγενέστεροι τοῦ παιδός. Ἐκεῖνος γάρτοι μάρτυς ἀνέκπληκτος ἵσταται τῆς ἀληθείας · οὕτως ἐφωτίσθη καὶ τοὺς νοεροὺς ὀφθαλμούς.

Vers. 20-23. « Responderunt autem eis parentes ejus, et dixerunt: Scimus quod hic est filius noster, et cæcus natus est. Quomodo autem nunc videat, nescimus; aut quis ejus oculos aperuerit, nos nescimus: ipse ætatem habet, ipsum interrogate, ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parentes ejus, quod timerent Judæos. Jam enim conspiraverant Judæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, e Synagoga ejiceretur. Propterea parentes ejus dixerunt: Ætatem habet, ipsum interrogate. » Tres interrogationes obtulerant Pharisæi parentibus cæci: num filius eorum esset, num cæcus natus esset, et quomodo visum recepisset. Et illi quidem duo fatentur, quod filius eorum, et quod cæcus fuerit; modum autem sanationis ignorant: et hoc omnino contingebat ut confessio veritatis firmior fieret, et ita ipse qui beneficium sensit, et fide dignior erat, testaretur illa, sicut et parentes ejus dicunt, « Ipse ætatem habet. » Nunquid infans est, vel stupidus, ut non intellexerit quomodo sanatus sit? « Hæc autem dixerunt parentes ejus, » timentes Pharisæos: ita adhuc erant inexercitati et ignobiliores filio. Nam ille veritatis mansit imperculsus testis: ita et illustrati erant mentales ejus oculi.

« Ἐφώνησαν οὖν ἐκ δευτέρου τὸν ἄνθρωπον, ὃς ἦν τυφλὸς, καὶ εἶπον αὐτῷ · Δὸς δόξαν τῷ Θεῷ · Ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὗτος ἁμαρτωλός ἐστιν. Ἀπεκρίθη οὖν ἐκεῖνος, καὶ εἶπεν · Εἰ ἁμαρτωλός ἐστιν, οὐκ οἶδα · ἓν οἶδα, ὅτι τυφλὸς ὢν, ἄρτι βλέπω. Εἶπον δὲ αὐτῷ πάλιν · Τί ἐποίησέ σοι; πῶς ἤνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; Ἀπεκρίθη αὐτοῖς · Εἶπον ὑμῖν ἤδη, καὶ οὐκ ἠκούσατε, τί πάλιν θέλετε ἀκούειν; Μὴ καὶ ὑμεῖς μαθηταὶ αὐτοῦ θέλετε γενέσθαι; Ἐλοιδόρησαν οὖν αὐτὸν, καὶ εἶπον · Σὺ εἶ μα-

Vers. 24-29. « Vocaverunt ergo rursum hominem qui fuerat cæcus, et dixerunt ei: Da gloriam Deo. Nos scimus quod hic homo peccator est. Respondit ergo ille, et dixit: An peccator sit, nescio: unum scio, quod cæcus cum essem, nunc videam. Dixerunt ergo illi iterum: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi vobis jam, nec audistis, cur iterum vultis audire? Num etiam vos vultis discipuli ejus fieri? Convicieti sunt ergo ei, et dixerunt: Tu discipulus illius esto,

Digitized by Google

nos autem Mosi discipuli sumus. Nos scimus quod Mosi locutus est Deus, hunc autem neseimus unde sit. » Postquam parentes incitarant ut filius suus interrogaretur, hoc faciunt importuni, et adducunt illum non ut interrogent, sed ut calumniandi médicum materiam ipsi suppeditent. « Da enim gloriam Deo, » significat : Confitere quod Jesus nihil operatus est in me. Gloriam enim esse Dei putant, de Jesu nihil bonum attestari. « Nos enim scimus, inquiunt, quod sit peccator. » Quomodo igitur non arguistis eum quando provocavit vos, dicens: « Quis ex vobis arguet me de peccato[41] ? » At cæcus inquit, « Si quidem peccator est, nescio ; » hoc est, non nunc examino hoc, neque affirmo : « illud quidem manifeste scio, » quod miraculum in me perfecit : res ipsa nunc per seipsam consideretur, et sententiam de se ferat. Deinde quia sæpe interrogantes illum, Quid fecit tibi? propter unctionem luti, quæ facta erat **639** in Sabbato, insidiabantur Salvatori, sensit autem homo non ad discendum, sed ad insidiandum, interrogationem proposuisse, austerius eis respondit: Neque enim, inquit, sermone ultra vos dignor. Nam quoties vobis dixi, et non attendistis? Deinde quod maxime illos cruciabat, subdit : « Num et vos vultis discipuli ejus fieri? » Declarat autem quod ipse quidem discipulus ejus esse velit. Cæterum, incessens eos placide hæc dicit, quod sane fuit animæ liberæ et intrepidæ, et non curantis insaniam illorum. Ad cujus convitium illi, « Tu discipulus illius sis, nos autem Mosi discipuli sumus. » Videntur autem et in hoc mendaces ; nam si fuissent discipuli Mosis, et Christi fuissent discipuli, sicut et ipse dicebat eis, « Si crederetis Mosi, crederetis utique mihi. » Non dixerunt autem, Nos audivimus : sed, « Nos scimus quod Mosi locutus sit Deus[42], » quamvis a parentibus suis audissent, exactam se habere scientiam dicebant de iis quæ per auditum receperant : eum autem quem oculis viderant miracula facientem, et quem audierant divina et superna loquentem, impostorem vocabant. Vides insipientiam a malitia profectam?

A θητὴς ἐκείνου, ἡμεῖς δὲ Μωσέως ἐσμὲν μαθηταί. Ἡμεῖς οἴδαμεν, ὅτι Μωσεῖ ἐλάλησεν ὁ Θεός · τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν, πόθεν ἐστίν. » Ἐπειδὴ οἱ γονεῖς τὸν υἱὸν αὐτῶν δεῖν ἐρωτηθῆναι διανέστησαν, τοῦτο ποιοῦσιν οἱ ἐπηρεασταί · καὶ δὴ παράγουσιν αὐτὸν, οὐχ ὥστε ἐρωτῆσαι, ἀλλ' ὥστε ὑποβαλεῖν αὐτῷ κατηγορῆσαι τοῦ θεραπευτοῦ. Τὸ γὰρ, « Δὸς δόξαν τῷ Θεῷ, » τοῦτο σημαίνει · Ὁμολόγησον, φησὶν, ὅτι Ἰησοῦς οὐδὲν εἰργάσατο εἰς ἐμὲ (τοῦτο γὰρ εἶναι δόξαν Θεοῦ, τὸ τῷ Ἰησοῦ μηδὲν ἀγαθὸν προσμαρτυρεῖσθαι.) « Ἡμεῖς γὰρ οἴδαμεν, φασὶν, ὅτι ἁμαρτωλός ἐστι. » Πῶς οὖν οὐκ ἠλέγχετε αὐτὸν, ὅταν προεκαλεῖτο ὑμᾶς λέγων · « Τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας ; » Ὁ δὲ τυφλὸς, « Εἰ μὲν ἁμαρτωλὸς, φησὶν, ἔστιν, οὐκ οἶδα · » τουτέστιν, Οὐ νῦν B ἐξετάζω τοῦτο, οὐδὲ ἀποφαίνομαι · ἐκεῖνο μέντοι οἶδα σαφῶς, ὅτι θαῦμα ἐπ' ἐμοὶ ἐτέλεσε. Τὸ τοίνυν πρᾶγμα αὐτὸ καθ' αὐτὸ σκοπείσθω, καὶ τὴν ψῆφον περὶ αὐτοῦ ἐκφερέτω. Εἶτα ἐπειδὴ πάλιν ἠρώτων αὐτόν · « Τί ἐποίησέ σοι, » διὰ τὴν ἐν τῷ Σαββάτῳ πάντως γενομένην ἐπίχρισιν τοῦ πηλοῦ ἐπηρεάζοντες τῷ Σωτῆρι, ᾔσθετο δὲ ὁ ἄνθρωπος αὐτοὺς, οὐχ ὥστε μαθεῖν, ἀλλ' ὥστε ἐπηρεάσαι, τὴν ἐρώτησιν ποιουμένους, πληκτικώτερον αὐτοῖς ἀποκρίνεται · Οὐδὲ λόγου, φησὶν, ἔτι ὑμᾶς ἀξιῶ · πολλάκις γὰρ εἰπόντι οὐ προσεσχήκατε. Εἶτα τὸ μάλιστα δυνάμενον αὐτοὺς πλῆξαι, ἐπάγει · « Μὴ καὶ ὑμεῖς βούλεσθε μαθηταὶ αὐτοῦ γενέσθαι ; » Ἐμφαίνει γοῦν, ὅτι αὐτὸς μαθητὴς αὐτοῦ εἶναι βούλεται · παίζων δὲ αὐτοὺς καὶ C κωμῳδῶν, ῥῆμα ταῦτά φησιν, ὃ ψυχῆς ἐστι πεπαρρησιασμένης καὶ ἀκαταπλήκτου, καὶ μὴ πτοουμένης τὴν μανίαν αὐτῶν. Ἐκεῖνοι δὲ πρὸς ὕβριν αὐτοῦ φασι · « Σὺ εἶ μαθητὴς ἐκείνου, ἡμεῖς δὲ τοῦ Μωσέως ἐσμὲν μαθηταί. » Φαίνονται δὲ ἐν τούτῳ ψευδόμενοι. Εἰ γὰρ ἦσαν τοῦ Μωσέως μαθηταὶ, καὶ τοῦ Χριστοῦ ἂν ἦσαν · καθὰ καὶ αὐτὸς ἔλεγεν αὐτοῖς · « Εἰ ἐπιστεύετε Μωσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί. » Οὐκ εἶπον δὲ, ὅτι Ἡμεῖς ἠκούσαμεν, ἀλλ' ὅτι « Ἡμεῖς οἴδαμεν, ὅτι Μωσεῖ λελάληκεν ὁ Θεός. » Καίτοι τῶν προγόνων αὐτοῖς ἀπαγγειλάντων, ἀκριβῆ γνῶσιν ἔχειν λέγουσιν, ὧν ἐξ ἀκοῆς παρειλήφεισαν · ὃν δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔβλεπον θαυματουργοῦντα, καὶ οὗ ἤκουον θεῖα καὶ ἄνωθεν φθεγγομένου, τοῦτον πλάνον ἐκάλουν. Ὁρᾷς ἀνησίαν ἀπὸ κακίας δεδημιουργημένην;

[41] Joan. VIII, 46. [42] Joan. V, 46.

VERS. 30-33. « Respondit ille homo, et dixit eis : In hoc enim mirabile quoddam est, quod vos nescitis unde sit, et tamen aperuit oculos meos. Scimus autem quod peccatores Deus non audit, sed si quis Dei cultor est, et voluntati ejus obtemperat, hunc audit. A sæculo non est auditum quod quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic a Deo, non potuisset facere quidquam. » Vos, inquit, o Judæi, rejecistis eum qui me sanavit, quasi nescientes eum « unde sit : » ego autem dico quod propter hoc magis est mirabilis, quia homo non est ex nobilibus apud vos, neque ex honore præditis, qui talia potest. Et ita undique manifestum est quod sit majoris cujusdam potentiæ, neque humano indigeat auxilio. Insuper

D « Ἀπεκρίθη ὁ ἄνθρωπος, καὶ εἶπεν αὐτοῖς · Ἐν γὰρ τούτῳ θαυμαστόν ἐστιν, ὅτι ὑμεῖς οὐκ οἴδατε πόθεν ἐστὶ, καὶ ἀνέῳξέ μου τοὺς ὀφθαλμούς. Οἴδαμεν δὲ, ὅτι ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει · ἀλλ' ἐάν τις θεοσεβὴς ᾖ, καὶ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιῇ, τούτου ἀκούει. Ἐκ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσθη, ὅτι ἤνοιξέ τις ὀφθαλμοὺς τυφλοῦ γεγεννημένου. Εἰ μὴ ἦν οὗτος παρὰ Θεοῦ, οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν οὐδέν. » Ὑμεῖς, φησὶν, ὦ Ἰουδαῖοι, ἀποβάλλεσθε τὸν θεραπεύσαντά με, ὡς μὴ εἰδότες αὐτὸν, « πόθεν ἐστὶν · » ἐγὼ δέ φημι, ὅτι διὰ τοῦτο μᾶλλόν ἐστι θαυμαστὸς, ὅτι ἄνθρωπος οὐ τῶν ἐπισήμων παρ' ὑμῶν ὢν, οὐδὲ τῶν δεδοξασμένων, τοιαῦτα δύναται, ὥστε εἶναι δῆλον πάντοθεν, ὡς ἔστι κρείττονός τινος δυνάμεως, οὐ-

Digitized by Google

δεμιᾶς ἀνθρωπίνης βοηθείας δεόμενος. Εἶτα καὶ ἐπειδὴ προλαβόντες, εἶπόν τινες ἐξ αὐτῶν· « Πῶς δύναται ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς σημεῖα τοιαῦτα ποιεῖν; » λοιπὸν καὶ τὴν ἐκείνων παραλαμβάνει κρίσιν, καὶ τῶν οἰκείων αὐτοὺς ὑπομιμνήσκει ῥημάτων. « Οἴδαμεν » γάρ, φησὶ, πάντες, « ὅτι ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει· ἀλλ' ἐάν τις θεοσεβὴς ᾖ, καὶ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιῇ, τούτου ἀκούει. » Σκόπει μοι ἐντεῦθεν, πῶς οὐ μόνον ἁμαρτιῶν ἀπήλλαξε τὸν Κύριον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα αὐτὸν ἀρέσκοντα τῷ Θεῷ δείκνυσι, καὶ τὰ ἐκείνου πάντα πράττοντα, ἐν τῷ εἰπεῖν· « Ἀλλ' ἐάν τις θεοσεβὴς ᾖ, καὶ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιῇ. » Εἶτα ἐπεὶ ἐγίνωσκεν αὐτοὺς συσκιάζειν βουλομένους τὸ θαῦμα, αὐτὸς πολλῆς συνέσεως γέμων, τὴν εὐεργεσίαν ἀνακηρύττει· « Εἰ μὴ γὰρ ἦν οὗτος ἀπὸ Θεοῦ, » οὐκ ἂν ἐθαῦμα τηλικοῦτο εἰργάσατο, οἷον οὐδεὶς τῶν ἀπ' αἰῶνος. Ἠνοίγησαν μὲν γὰρ ὀφθαλμοὶ τυφλῶν τυχόν, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ γενετῆς πεπηρωμένοι, ἀπό τινος δὲ πάθους· τοῦτο δέ ἐστι τὸ ξένον, ὃ νῦν ἐγένετο. Πρόδηλον οὖν, ὅτι μείζων ἢ κατὰ ἄνθρωπόν ἐστιν ὁ τηλικοῦτο θαῦμα τελέσας. Ἀλλ' ἀποροῦσί τινες ψυχρὰν καὶ σοφιστικὴν ἀπορίαν. Πῶς, φασὶν, εἶπεν, ὅτι « Ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει; » Καὶ μὴν εὐχομένων συγχωρηθῆναι τὰς ἁμαρτίας ἐπακούει· φιλάνθρωπος γάρ ἐστι. Τί οὖν ἐστι, φασὶν, ὃ ἐνταῦθα λέγει, ὅτι « Ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει; » Ἔδει μὲν πρὸς τὰ τοιαῦτα μηδὲ ἀποκρίνεσθαι· ὅμως ῥητέον ὅτι τὸ ἁμαρτωλῶν μὴ ἀκούειν τὸν Θεὸν, τοῦτο σημαίνει, ὅτι ὁ Θεὸς σημεῖα ἐργάζεσθαι τοῖς ἁμαρτωλοῖς οὐ δίδωσιν. Οὐ γὰρ ἐνοικήσει τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐν σώματι κατακρέῳ ἁμαρτίαις. Αἰτουμένων μέντοι ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἀληθῶς καὶ ἀπὸ καρδίας, εἰσακούει, οὐχ ὡς ἁμαρτωλῶν, ἀλλ' ὡς μετανοούντων. Ὁμοῦ τε γὰρ αἰτοῦνται τὴν ἄφεσιν, καὶ μετέστησαν ἀπὸ τῆς τῶν ἁμαρτωλῶν τάξεως εἰς τὴν τῶν μετανοούντων. Εἰκότως οὖν εἴρηται, ὅτι « Ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει. » Οὔτε γὰρ ἁμαρτωλοῖς δίδωσι τὴν χάριν τῶν σημείων. Πῶς γάρ, οὗς; καὶ ἐὰν αἰτήσωνταί ποτε περί τινος τοιούτου, μισεῖ, ὡς τὰ μηδὲν αὐτοῖς προσήκοντα σφετεριζομένους; καὶ ἐὰν ἀκούῃ δὲ αἰτουμένων ἄφεσιν, οὐχ ὡς ἁμαρτωλῶν, ἀλλ' ὡς μετανοούντων ἀκούει. Σκόπει δὲ πῶς εἶπεν, ὅτι « Ἐάν τις θεοσεβὴς ᾖ, » καὶ προσέθηκε, « καὶ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιῇ. » Πολλοὶ γάρ, θεοσεβεῖς μὲν εἰσὶ, τὸ θέλημα δὲ τοῦ Θεοῦ οὐ ποιοῦσι. Δεῖ δὲ ἀμφότερα προσεῖναι, καὶ θεοσέβειαν, καὶ θελήματος Θεοῦ ἐκπλήρωσιν, ἤτοι πίστιν καὶ ἔργα, ἢ, ὡς ὁ Παῦλος ὀνομάζει, « πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν· » κεφαλαιωδέστερον δὲ εἰπεῖν, θεωρίαν καὶ πρᾶξιν. Τότε γὰρ ὄντως ζῇ ἡ πίστις, ὅτε καὶ τὰ ἔργα ἔχει τὰ θεάρεστα, ἐξ ὧν ἡ ἀγαθὴ συνείδησις περιγίνεται, ὥσπερ ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἔργων ἡ πονηρὰ συνείδησις· καὶ αὖ τὰ ἔργα τότε ζῇ, ὅτε καὶ πίστιν ἔχει· χωρισθέντα δὲ ἀπ' ἀλλήλων, νεκρά ἐστι· καθὰ εἴρηται· « Πίστις χωρὶς ἔργων, νεκρά· » καὶ ἔργα, δίχα πίστεως. Ὅρα δέ μοι καὶ πῶς ἡ ἀλήθεια παῤῥησιάζεσθαι δίδωσι τῷ

quia prius dixerant quidam ex eis, « Quomodo potest homo peccator signa facere talia? » jam et illorum assumit judicium, in memoriam eis ipsorum verba reducens. « Scimus » enim, inquit, omnes, « quod Deus peccatores non audit, sed si quis Dei cultor fuerit, et voluntatem ejus fecerit, hunc audit. » Considera hoc loco quomodo non solum Dominum alienum faciat a peccatis, sed et ostendat eum valde placere Deo, et facientem omnia quæ ad illum pertineant, dicendo : « Sed si quis Dei cultor fuerit, et voluntatem ejus fecerit. » Insuper quia cognoscebat eos adumbrare velle miraculum, ipse prudentia plenus, beneficentiam prædicat : « Nisi enim hic a Deo fuisset, » non fecisset tale miraculum, quale nullus a sæculo. Nam aperti fuerunt fortassis cæcorum oculi, sed illi non fuerunt a nativitate **640** cæci, sed alio quodam eventu : hoc autem rarum, quod nunc factum est. Manifestum igitur quod major quam homines sunt, talis est, qui miraculum fecit. Sed quærunt quidam frigidam et sophisticam quæstionem: Quomodo dixit, inquiunt, quod peccatores Deus non audiat, cum audiat eos precantes ut remittantur peccata? Nam misericors est[65]. Quid igitur est, dicunt, quod hoc loco dicit, « Peccatores non audit? » Oportebat autem ad talia ne respondere quidem; respondendum tamen : Quod « Deus peccatores non audit, » hoc significat, quod Deus non concedit peccatoribus signorum operationem. « Non enim habitat Spiritus Dei in corpore subdito peccatis[66]. » Audit igitur petentes remissionem peccatorum vere et ex corde, non ut peccatores, sed ut pœnitentes. Nam simul atque petiverint remissionem, transferuntur ab ordine peccatorum in ordinem pœnitentium. Verisimiliter igitur dictum est quod Deus peccatores non audiat. Neque enim peccatoribus dat gratiam signorum. Quomodo enim audiret quos odio habet, etiamsi petiverint aliquando de re quapiam istiusmodi, tanquam ea sibi quæ minime conveniunt attribuentes? Et quamvis audiat petentes remissionem, non tamen ut peccatores, sed ut pœnitentes audit. Considera autem quomodo dixerit, « Si quis Dei cultor fuerit, » et mox apposuerit, « et voluntatem ejus fecerit : » multi enim Dei cultores quidem sunt, voluntatem autem Dei non faciunt. Oportet autem utraque adesse, Dei cultum, et voluntatis divinæ adimpletionem, id est fidem et opera : vel [ut Paulus [nominat] « fidem, et bonam conscientiam[67] : » vel brevius dicendo, theoriam et praxin. Tunc enim revera vivit fides, quando opera habet Deo placentia, e quibus bona conscientia ; nascitur, sicut a malis operibus mala conscientia ; et rursus opera tunc vivunt, quando fidem habuerint, separata autem ab invicem mortua sunt. Sicut quando est « fides sine operibus, mortua est[68], » et opera sine fide mortua sunt. Vide autem quomodo veritas mendico nullius momenti conferat libertatem di-

[65] Jac. v, 11. [66] Sap. I, 4. [67] II Tim. I, 3. [68] Jac. II, 20.

Digitized by Google

cendi, et redarguendi eos qui apud Judæos magni et honorati. Ita magna ejus virtus sicut et mendacium libertatis carentia, et humiliatus sermo sequitur.

Vers. 34-38. « Responderunt et dixerunt ei : In peccatis natus es totus, et tu doces nos? Et ejecerunt eum foras. Audivit Jesus quod ejecissent eum foras : eumque invenisset eum, dixit ei : Tu credis in Filium Dei? Respondit ille et dixit : Quis est, Domine, ut credam in eum? Et dixit ei Jesus : Et vidisti eum, et qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait : Credo, Domine. Et adoravit eum. » Quandiu sperabant ab homine quod eis grata loqueretur, advocabant eum et interrogabant, idque sæpe. Ubi autem agnoverunt eum ex responsis non **641** sapere quæ illorum, sed favere veritati : contemnunt quidem illum, utpote in peccatis natum, insipienter omnino cæcitatem ei objicientes, et existimantes quod quasi maledictus, et ante nativitatem condemnatus esset ut cæcus nasceretur : id quod ratione carebat. Ejiciunt autem illum extra templum, ut confessorem veritatis, filii mendacii. Sed vide lucrum. Ejectus est ex templo, et statim invenit eum Dominus templi. Contemptus fuit opinione illorum propter Christum, et honoratus est agnitione Filii Dei. Invenit enim illum, inquit, Jesus, quodammodo dedita opera ad hoc veniens, ut illum consolaretur quasi agonothetes athletam qui multum laboraverat, et coronatum suscipiens. Et quid dicit? « Credis in Filium Dei? » Quid post tantam contradictionem cum Judæis, post tanta verba rogat, Num credis? Non ignorans hoc facit, sed volens cæco seipsum notum facere. Quia enim prorsus eum non viderat, ne post sanationem quidem ; (et quomodo potuisset, quia a pessimis canibus Judæis huc et illuc trahebatur?) ejus gratia nunc illum interrogat : ut si ille interroget quisnam sit Filius Dei, consequenter se ostendat. Insuper et indicat ei quod fidem illius valde colat, quasi in hunc modum dicens : Contumelia me affecit populus tantus, sed nulla mihi illorum cura. Unius fidei rationem habeo. At ille : « Quis est, Domine, » Filius Dei? Desiderantis animæ verbum locutus est. Cæterum ille : « Et vidisti, inquit, eum, et qui loquitur tecum, ille est. » Non dixit : Ego sum qui te sanavi, qui dixi tibi, Vade, lavare : sed submisse quidem primum et obscure : « Et Vidisti, inquit, eum ; » deinde et manifestius : « Et qui loquitur tecum, ille est. » Videtur autem Dominus dedita opera dicere : « Vidisti eum, » ut omnino in memoriam suæ sanationis illum reducat, et quod a se virtutem receperit videndi. Et ille statim credit, opusque ferventis et veræ fidei ostendit adorans, confirmans sermonem opere, quod ut Deum glorificet Christum. Nam soli quidem Deo adorationem impendendam lege cautum [47]. Intellige autem hoc miraculum etiam spiritualiter impletum. Nam cæcus quidem erat vel om-

[47] Deut. vi, 5.

A ἐπαίτῃ τῷ οὐδενὸς λόγου ἀξίῳ, καὶ ἐλέγχει τοὺς παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις μεγάλους καὶ ἐντίμους· οὕτω μεγάλη ταύτης ἡ δύναμις, ὥσπερ καὶ τοῦ ψεύδους ἡ συστολὴ καὶ τὸ ἀπαρρήσιαστον.

« Ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον αὐτῷ· Ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὅλος, καὶ σὺ διδάσκεις ἡμᾶς; Καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω. Ἤκουσεν ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω· καὶ εὑρὼν αὐτὸν, εἶπεν αὐτῷ· Σὺ πιστεύεις εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ; Ἀπεκρίθη ἐκεῖνος καὶ εἶπε· Καὶ τίς ἐστι, Κύριε, ἵνα πιστεύσω εἰς αὐτόν; Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Καὶ ἑώρακας αὐτὸν, καὶ ὁ λαλῶν μετὰ σοῦ, ἐκεῖνός ἐστιν. Ὁ δὲ ἔφη· Πιστεύω, Κύριε· καὶ προσεκύνησεν αὐτόν. » Ἕως μὲν προσεδόκων, τὸν ἄνθρωπον κεχαρισμένα αὐτοῖς φθέγξεσθαι, προσεκαλοῦντο αὐτὸν καὶ ἠρώτων, καὶ οὐχ ἅπαξ τοῦτο· ἐπεὶ δὲ ἔγνων αὐτὸν ἐκ τῶν ἀποκρίσεων μὴ τὰ αὐτῶν φρονοῦντα, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ χαριζόμενον, ἐξουθενοῦσι μὲν αὐτὸν, ὡς ἐν ἁμαρτίαις γεννηθέντα· ἀνοήτως πάντως τὴν τύφλωσιν αὐτῷ προφέροντες, καὶ νομίζοντες ὅτι ὡς κατακεκριμένος καὶ πρὸ γενέσεως κατεδικάσθη τυφλὸς γεννηθῆναι, ὅπερ λόγον οὐκ εἶχεν· ἐκβάλλουσι δὲ αὐτὸν ἔξω τοῦ ἱεροῦ ὡς ὁμολογητὴν τῆς ἀληθείας οἱ τοῦ ψεύδους υἱοί. Ἀλλ' ὅρα τὸ κέρδος· Ἐξεβλήθη ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, καὶ εὐθὺς εὗρεν αὐτὸν ὁ Δεσπότης τοῦ ἱεροῦ· ἠτιμάσθη τῷ δοκεῖν διὰ Χριστὸν, καὶ ἐτιμήθη τῇ ἐπιγνώσει τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Εὗρε γὰρ, φησὶν, αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, ὥσπερ ἐπίτηδες ἐπὶ τούτῳ ἐλθὼν, ἵνα αὐτὸν παραμυθήσηται, καθάπερ τις ἀγωνοθέτης ἀθλητὴν πολλὰ καμόντα καὶ στεφανωθέντα δεχόμενος. Καὶ τί φησι; « Πιστεύεις εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ; » Τί τοῦτο; μετὰ τοσαύτην ἀντίρρησιν τὴν πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, μετὰ τοσαῦτα ῥήματα ἐρωτᾷ, Εἰ πιστεύεις; Οὐκ ἀγνοῶν τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ βουλόμενος τῷ τυφλῷ ἑαυτὸν γνωρίσαι. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδ' ὅλως εἶδεν αὐτὸν οὐδὲ μετὰ τὴν ἴασιν (πῶς γὰρ, ὑπὸ τῶν κακίστων κυνῶν τῶν Ἰουδαίων περιελκόμενος;) τούτου ἕνεκεν ἐρωτᾷ αὐτὸν νῦν, ἵνα ἐκείνου ἐρωτήσαντος, « Καὶ τίς ἐστιν » ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ; ἀκολούθως ἑαυτὸν ἐπιδείξῃ. Ἅμα δὲ καὶ δείκνυσιν αὐτῷ, ὅτι τὴν αὐτοῦ πίστιν πολλοῦ τιμᾶται, ὡσανεὶ τοιαῦτα λέγων· Ὑβρισέ με δῆμος τοσοῦτος, ἀλλ' οὐδεὶς ἐμοὶ λόγος ἐκείνων· ἑνός μοι μέλει, τοῦ πιστεῦσαι. Ὁ δὲ, « Καὶ τίς ἐστι, Κύριε, » ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ; Ποθούσης ψυχῆς ῥῆμα ἐφθέγξατο. Ὁ δὲ, « Καὶ ἑώρακας, φησὶν, αὐτὸν, καὶ ὁ λαλῶν μετὰ σοῦ, ἐκεῖνός ἐστιν. » Οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἐγώ εἰμι ὁ τεθεραπευκώς σε, ὁ εἰπών σοι, Ὕπαγε, νίψαι· ἀλλ' ὑπεσταλμένως μὲν πρῶτον καὶ ἀσαφῶς, « Καὶ ἑώρακας, φησὶν, αὐτόν· » εἶτα καὶ φανερώτερον, « Καὶ ὁ λαλῶν μετὰ σοῦ, ἐκεῖνός ἐστιν. » Ἔοικε δὲ ὁ Κύριος ἐπίτηδες εἰπεῖν τὸ, « Ἑώρακας αὐτὸν, » ἵνα πάντως εἰς ἀνάμνησιν αὐτὸν ἀγάγῃ τῆς θεραπείας, καὶ ὅτι ὑπ' αὐτοῦ τὴν τοῦ ὁρᾷν ἔλαβε δύναμιν. Καὶ ὡς [*f.* ὃς] εὐθύς τε πιστεύει, καὶ θερμῆς ἔργον καὶ ἀληθοῦς πίστεως ἐπιδείκνυται, προσκυνῶν, καὶ πιστούμενος τὸν λόγον τῷ ἔργῳ, καί ὅτι ὡς Θεὸν δοξά-

Digitized by Google

ζει αὐτόν· μόνῳ γὰρ δήπου Θεῷ τὴν προσκύνησιν ἀπονέμων [*f.* ἀπονέμειν] νενόμισται. Λάμβανε δέ μοι τὸ θαῦμα τοῦτο, καὶ νοητῶς ἐπιτελεσθέν. Τυφλὸς μὲν γὰρ ἦν, εἴτε ἁπλῶς πᾶς ἄνθρωπος ἐκ γενετῆς, τοῦτ' ἔστιν, ἐκ τοῦ ὑπὸ γένεσιν εἶναι, ᾗ πάντως καὶ ἡ φθορὰ συνέζευκται (ἀφ' οὗ γὰρ θνητότητος κατεδικάσθημεν, καὶ διὰ τῆς ἐμπαθοῦς γενέσεως αὐξάνεσθαι κατεκρίθημεν, ἔκτοτε παχύ τι νέφος καὶ δερμάτινος τάχα χιτὼν, ὥς φασι τὰ ἱερὰ Λόγια, ἐπεχύθη τοῖς νοεροῖς ἡμῶν ὀφθαλμοῖς)· εἴτε καὶ ὁ τῶν ἐθνῶν λαός. Καὶ οὗτος γὰρ ἐκ γενετῆς τυφλὸς, οἷοι οἱ Ἕλληνες· ἐκ τοῦ τὰ ὑπὸ γένεσιν καὶ φθορὰν θεοποιῆσαι, τυφλωθέντες, κατὰ τὸ, « Ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. » Τοιοῦτοι καὶ οἱ παρὰ Πέρσαις μάγοι γενέσει καὶ γενεθλιαλογίᾳ προσδαπανήσαντες τὴν αὐτῶν ζωήν. Τοῦτον οὖν τὸν τυφλὸν (εἴτε ἁπλῶς πάντα ἄνθρωπον, εἴτε τὸν ἐθνικὸν λαὸν) εἶδεν ὁ Ἰησοῦς. Ἐπεὶ γὰρ ἐκεῖνος οὐκ ἠδύνατο τὸν Δημιουργὸν ἰδεῖν, αὐτὸς « διὰ σπλάγχνα ἐλέους ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους. « Πῶς δὲ εἶδε; « Παράγων, » τουτέστι, μὴ ἐν τῷ οὐρανῷ ὤν, ἀλλὰ παρελθὼν κενώσεως λόγοις, καὶ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, κατὰ τὸν προφήτην, διακύψας, καὶ ἰδὼν πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· καὶ ἄλλως δέ· Παράγων, ἴδε τὸν ἐθνικὸν λαὸν, τουτέστιν, οὐ προηγουμένως ἐπ' αὐτὸν ἐλθών. Εἰς γὰρ τὰ ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραὴλ ἦλθεν· εἶτα ὥσπερ ὁδοῦ πάρεργον ἐποιήσατο τὴν ἐπίσκεψιν τοῦ ἐν τῷ σκότει καθημένου τῆς παντελοῦς ἀγνωσίας λαοῦ. Πῶς δὲ θεραπεύει τὴν τύφλωσιν; Πτύσας χαμαὶ, καὶ πηλὸν ποιήσας. Ὃς γὰρ ἂν πιστεύσειεν, ὅτι ὡσεὶ σταγὼν ἡ στάζουσα ἐπὶ τὴν γῆν, καταβέβηκεν ἐπὶ τὴν ἁγίαν Παρθένον ὁ Λόγος, οὗτος χρίσεται τοὺς νοεροὺς ὀφθαλμοὺς τῷ ἐκ τοῦ πτύσματος καὶ τῆς γῆς πηλῷ, ἤγουν τῷ ἑνὶ Χριστῷ τῷ ἐκ θεότητος (ἧς σύμβολον ἡ σταγὼν καὶ τὸ πτύσμα,) καὶ ἀνθρωπότητος (ἧς σύμβολον ἡ γῆ, ἐξ ἧς τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα). Ἆρ' οὖν ἄχρι τοῦ πιστεῦσαι τὴν θεραπείαν στήσεται; Οὔμενουν, ἀλλὰ δεῖ καὶ ἐπὶ τὸν Σιλωὰμ ἐλθεῖν, τὴν πηγὴν τοῦ βαπτίσματος, καὶ βαπτισθῆναι εἰς τὸν ἀπεσταλμένον, τοῦτ' ἔστι, Χριστόν. Ὅσοι γὰρ ἐβαπτίσθημεν πνευματικῶς, εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθημεν. Μεθ' ὃ δὲ καὶ βαπτισθείη τις, καὶ πειρασμοῖς περιπεσεῖται. Ἀχθήσεται γὰρ τάχα ἐπὶ βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνας, ἕνεκεν τοῦ θεραπεύσαντος αὐτὸν Χριστοῦ. Δεῖ τοίνυν βεβαίως ἔχειν, καὶ ἵστασθαι ἐπὶ τῆς ὁμολογίας ἀκλινῶς, μὴ διὰ φόβον ἀρνούμενον, ἀλλὰ, κἂν δεήσῃ, ἐκκήρυκτον καὶ ἀποσυνάγωγον γινόμενον, κατὰ τὸ, « Ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου, καὶ ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς. » Κἂν ἐκβάλωσι δὲ τὸν ὁμολογητὴν οἱ ἄνθρωποι, τῇ ἀληθείᾳ ἐχθραίνοντες, καὶ διώξωσιν ἀπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς ἱερῶν καὶ τιμίων, πλούτου, λέγω, καὶ δόξης· εὑρήσει αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, καὶ τότε μᾶλλον, ὅτε παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἀτιμασθείη, παρὰ Χριστοῦ τιμηθήσεται, τῇ ἐπιγνώσει καὶ τῇ ἀκριβεστέρᾳ πίστει. Προσκυνήσει γὰρ τότε μᾶλλον τὸν Χριστὸν, ὡς ἄνθρωπον μὲν φαι-

A nis homo a nativitate, id est ex toto tempore quo erat sub generatione cui omnino conjuncta est corruptio, a qua mortalitati condemnati sumus et adjudicati, dum crescimus a nativitate illa passionibus obnoxia. Nam ex tunc crassa quædam nebula, et pellicea fortassis tunica (ut dicunt sacra Eloquia) effusa est super mentis nostræ oculos. Vel etiam cæcus erat gentilium populus. Nam et hic a nativitate erat cæcus, eo quod excæcati, ea quæ genita et corruptibilia, deificabant, juxta illud : « Obtenebratum est insipiens cor eorum [48]. » Tales erant Persarum magi, vitam suam nativitatibus et futurorum prædictioni **642** insumentes. Hunc igitur cæcum, sive simpliciter omnem hominem, sive etiam gentilem populum, vidit Jesus. Quia enim B non potuit Conditorem videre, ipse « per viscera misericordiæ visitavit nos oriens ex alto [49]. » Quomodo autem vidit? « Prætériens, » hoc est, non in cœlo exsistens, sed progrediens sermonibus evacuationis, et prospiciens e cœlo juxta prophetiam [50], videnscque omnes filios hominum. Et aliter : Prætériens vidit populum gentilem, id est, non primum ad illum venlens : venit enim ad oves quæ perierant de domo Israel [51]. Deinde quasi obiter in via fecit visitationem ejus populi, qui omnino sedebat in tenebris omnis ignorantiæ. Quomodo autem sanat cæcitatem? Cum expulisset in terram, et lutum fecisset. Quicunque enim crediderit quod sicut distillans in terram, Verbum ipsum descenderit in sanctam Vir- C ginem, hujus ungentur spirituales oculi luto facto e sputo et terra, hoc est unico Christo. Qui ex deitate, cujus symbolum stilla et sputum, et humanitate, cujus symbolum terra, ex qua Dominl corpus. Num igitur finis sanationis in credendo est? Neutiquam, sed oportet et ad Siloam abire, fontem baptismatis, et baptizari in misso, hoc est, in Christo. « Quotquot enim baptizati sumus » spiritualiter, « in Christo baptizati sumus [52]. » Verum ubi baptizatus quis fuerit, tunc et tentationibus subjacebit. Ducetur enim fortasse ad reges propter Christum, qui sanavit illum [53]. Oportet igitur firmiter se gerere, et stare in confessione constanter, nec propter metum negare, sed et si opus fuerit, expelli et excommunicatum fieri, juxta illud : « Exosi D eritis omnibus propter nomen meum [54], et extra synagogas facient vos [55]. » Verum etiamsi ejiciant confitentem homines veritatem odio habentes, et persequantur propter illas quæ eis sacræ sunt et venerabiles, divitias dico et gloriam eum inveniet Jesus, et tunc magis quando ab inimicis ignominia notatus fuerit, a Christo honorabitur agnitione, et certiore fide. Nam tunc magis adorabit Christum, qui apparet ut homo, est autem et Filius Dei. Non enim alius est Filius Dei, et alius Mariæ (nam hæc Nestorii impietas), sed unus et idem est Dei Filius et hominis. Vide enim quomodo Dominus, dicente cæco : « Quis est Filius Dei, ut credam in eum? »

[48] Rom. I, 21. [49] Luc. I, 78. [50] Psal. XIII, 2; LII, 3. [51] Matth. X, 6. [52] Galat. III, 27. [53] Matth. X, 18. [54] Ibid. 22. [55] Joan. XVI, 2.

Digitized by Google

— « Et vidisti, inquit, eum, et qui loquitur tecum, ille est. » Quis igitur erat loquens? Omnino ille qui ex Maria natus quidem et Filius Dei, non alius ergo et alius : unde proprie θεοτόκος sancta Maria, utpote quæ Filium Dei carnem factum genuerit, indivisibilem exsistentem, et unum duplicem, qui est Jesus Christus.

A νόμενον, ὄντα δὲ καὶ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Οὐ γὰρ ἄλλος ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλος ὁ ἐκ Μαρίας (τοῦτο γὰρ Νεστορίου τὸ ἀσέβημα), ἀλλ' εἷς καὶ ὁ αὐτὸς Υἱὸς Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου. Ὅρα γὰρ πῶς ὁ Κύριος, εἰπόντος τοῦ ποτε τυφλοῦ, « Καὶ τίς ἐστιν » ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, « ἵνα πιστεύσω εἰς αὐτόν; » — « Καὶ ἑώρακας, φησὶν, αὐτὸν, καὶ ὁ λαλῶν μετά σοῦ, ἐκεῖνός ἐστιν. » Τίς οὖν ἦν ὁ λαλῶν; Ἡ πάντως ὁ ἐκ Μαρίας γεννηθείς; ὁ αὐτὸς δὲ καὶ Υἱὸς Θεοῦ, οὐκ ἄλλος ἄρα καὶ ἄλλος. Ὅθεν καὶ κυρίως Θεοτόκος ἡ ἁγία Μαρία, ὡς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ σάρκα γεγονότα γεννήσασα, ἀδιαίρετον ὄντα, καὶ ἕνα τὸν διπλοῦν, ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος.

Vers. 39-41. « Et dixit Jesus : In judicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant : **643** et qui vident, cæci fiant. Et audierunt quidam ex Pharisæis hæc, qui cum ipso erant, et dixerunt ei : Num et nos cæci sumus? Dixit eis Jesus : Si cæci essetis, non haberetis peccatum : nunc vero B dicitis, Videmus, idcirco peccatum vestrum manet. » Postquam vidit Dominus Pharisæos ex miraculo magis offendi, quam utilitatem percipere, et propterea majori condemnatione dignos, dicit, sicut videtur et evenit : « In judicium ego veni, » hoc est, in majorem condemnationem et in pœnam, « Ut qui non vident, videant, et qui vident, » Pharisæi scilicet, « cæci *oculis animæ* fiant. » Ecce enim ille quidem a nativitate non videbat, et nunc videt anima et corpore. Qui autem videntur videre, mente excæcati sunt. Duos enim visus, et duas cæcitates hoc loco dicit. Pharisæi autem, qui semper ad sensibilia sunt intenti existimantes eum de sensibili cæcitate loqui, « Num et nos, inquiunt, cæci sumus? » Et C hanc solam corporalem erubescunt cæcitatem. At Dominus ostendere eis volens quod melius esset eis esse cæcos corpore, et non incredulos, inquit : « Si cæci essetis, non haberetis peccatum. » Nam si per necessitatem naturæ excæcati essetis, venia daretur vobis incredulitate laborantibus : nunc autem quia dicitis vos videre, et plane etiam ipsi facti spectatores hujus miraculi in cæco, incredulitate laboratis adhuc, non digni estis venia. Nam peccatum vestrum indelebile manet; et magis puniemini, eo quod ex miraculis quæ videtis, ad fidem non trahimini. Forte autem quis etiam sic intellexerit : « Si cæci essetis, non haberetis peccatum. » Nam vos quidem, inquit, de corporali cæcitate interrogatis, ego autem de animæ cæcitate dico, quod si essetis cæci, hoc D est imperiti Scripturarum, non haberetis tale peccatum, quia per ignorantiam peccaretis : nunc autem dicitis quod videatis, et prudentes vosipsos et legisperitos facitis, et ita per vos ipsos condemnati estis, et majus habetis peccatum, quia scienter peccatis.

« Καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· Εἰς κρῖμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἦλθον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται. Καὶ ἤκουσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων ταῦτα, οἱ ὄντες μετ' αὐτοῦ, καὶ εἶπον αὐτῷ· Μὴ καὶ ἡμεῖς τυφλοί ἐσμεν; Εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Εἰ τυφλοὶ ἦτε, οὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν· νῦν δὲ λέγετε, ὅτι Βλέπομεν· ἡ οὖν ἁμαρτία ὑμῶν μένει. » Ἐπειδὴ εἶδεν ὁ Κύριος τοὺς Φαρισαίους βλαβέντας μᾶλλον, οὐκ ὠφεληθέντας ἐκ τοῦ θαύματος, καὶ διὰ τοῦτο καὶ μείζονος κατακρίσεως ἀξίους, φησὶν, ὅτι, ὡς ἔοικε, καὶ ὡς ἀποβαίνει τὰ πράγματα, « Εἰς κρῖμα ἦλθον ἐγὼ, » ἀντὶ τοῦ, εἰς μείζονα κόλασιν καὶ κατάκρισιν, « ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες, » οἷοι οἱ Φαρισαῖοι, « τυφλοὶ » τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς « γένωνται. » Ἰδοὺ γὰρ ὁ μὲν ἐκ γενετῆς μὴ βλέπων βλέπει, καὶ ψυχῇ καὶ σώματι· οἱ δὲ δοκοῦντες βλέπειν, ἐτυφλώθησαν κατὰ νοῦν. Δύο γὰρ ἀναβλέψεις ἐνταῦθα λέγει καὶ δύο τυφλότητας. Οἱ δὲ πρὸς τὰ αἰσθητὰ ἀεὶ κεχηνότες Φαρισαῖοι, νομίσαντες περὶ αἰσθητῆς λέγειν αὐτὸν πηρώσεως, « Μὴ καὶ ἡμεῖς, φασὶ, τυφλοί ἐσμεν; » ταύτην μόνην τὴν σωματικὴν αἰσχυνόμενοι τύφλωσιν. Ὁ δὲ Κύριος, δεῖξαι αὐτοῖς βουλόμενος, ὅτι βέλτιον τυφλοὺς εἶναι σώματι καὶ μὴ ἀπίστους, φησίν· « Εἰ τυφλοὶ ἦτε, οὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν. » Εἰ γὰρ κατ' ἀνάγκην ἐκ φύσεως ἐπεπήρωσθε, ἐδίδοτο ἂν τις συγγνώμη ἀπιστίαν νοσοῦσι· νῦν δὲ λέγοντες βλέπειν, καὶ μέν τοι καὶ αὐτόπται τοῦ ἐπὶ τῷ τυφλῷ γενόμενοι θαύματος, εἶτα ἀπιστίαν νοσοῦντες ἔτι, οὐκ ἄξιοί ἐστε συγγνώμης. Ἡ γὰρ ἁμαρτία ὑμῶν ἀνεξάλειπτος μένει, καὶ μειζόνως κολασθήσεσθε, ἅτε μὴ ἐξ ὧν ὁρᾶτε θαυμασίων εἰς πίστιν ἐρχόμενοι. Τάχα δ' ἄν τις καὶ οὕτω νοήσειε τὸ, « Εἰ τυφλοὶ ἦτε, οὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν· » Ὑμεῖς μὲν γὰρ, φησὶ, περὶ σωματικῆς ἐρωτᾶτε τυφλότητος, ὡς μόνην ταύτην ἐπαισχυνόμενοι· ἐγὼ δὲ περὶ τῆς ψυχικῆς ὑμῶν λέγω τυφλώσεως, ὅτι « ἐὰν ἦτε τυφλοὶ, » τουτέστιν, ἀμαθεῖς τῶν Γραφῶν, « οὐκ ἂν ἁμαρτίαν εἴχετε » τηλικαύτην, ὡς ἐν ἀγνοίᾳ ἁμαρτάνοντες· νῦν δὲ λέγετε, ὅτι βλέπετε, καὶ φρονίμους ἑαυτοὺς καὶ νομομαθεῖς ποιεῖσθε, ὥστε αὐτοκατάκριτοί ἐστε, καὶ μείζονα τὴν ἁμαρτίαν ἔχετε, ὡς ἐν γνώσει ἁμαρτάνοντες.

CAPUT X.

De bono pastore et mercenario. Quomodo Jesus interrogatus sit in porticu, dum ambularet.

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Περὶ τοῦ καλοῦ ποιμένος, καὶ μισθωτοῦ. Περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἐρωτηθέντος ἐν τῇ στοᾷ, ἐν τῷ περιπατεῖν.

Vers. 1-5. « Amen, amen dico vobis : qui non intrat per ostium in stabulum ovium, sed aliunde

« Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ μὴ εἰσερχόμενος διὰ τῆς θύρας εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων, ἀλλὰ ἀνα-

Digitized by Google

βαίνων ἀλλαχόθεν, ἐκεῖνος κλέπτης ἐστὶ καὶ λῃστής. Ὁ δὲ εἰσερχόμενος διὰ τῆς θύρας, ποιμήν ἐστι τῶν προβάτων. Τούτῳ ὁ θυρωρὸς ἀνοίγει, καὶ τὰ πρόβατα τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούει· καὶ τὰ ἴδια πρόβατα καλεῖ κατ' ὄνομα, καὶ ἐξάγει αὐτά. Καὶ ὅταν τὰ ἴδια πρόβατα ἐκβάλῃ, ἔμπροσθεν αὐτῶν πορεύεται, καὶ τὰ πρόβατα αὐτῷ ἀκολουθεῖ, ὅτι οἴδασι τὴν φωνὴν αὐτοῦ. Ἀλλοτρίῳ δὲ οὐ μὴ ἀκολουθήσωσιν, ἀλλὰ φεύξονται ἀπ' αὐτοῦ, ὅτι οὐκ οἴδασι τῶν ἀλλοτρίων τὴν φωνήν. » Ἐπειδὴ ἀπιστίαν αὐτοῖς ὠνείδισεν εἰπών, ὅτι Τυφλοί ὄντως ἐστὲ κατὰ ψυχήν, διὰ τοῦτο αὐτὸ τὸ τῆς ἀπιστίας πάθος, ἵνα μὴ ἔχωσι λέγειν, ὅτι Οὐ διὰ τὸ εἶναι τυφλοί, ἀλλ' ὡς πλάνον φεύγοντες ἀποστρεφόμεθα, ὑπὲρ τούτου λοιπὸν πολὺν ποιεῖται τὸν λόγον· καὶ τί ποιεῖ; Τὰ γνωρίσματα τίθησι τοῦ τε ἀληθινοῦ ποιμένος, καὶ τοῦ λύκου καὶ λυμεῶνος, καὶ οὕτως ἑαυτὸν ἀποδείκνυσι τῆς ἀγαθῆς ὄντα μοίρας, ἀπὸ τῶν πραγμάτων τὴν μαρτυρίαν ποιούμενος· καὶ πρότερον τὰ χαρακτηριστικὰ τοῦ λυμεῶνος τίθησιν. Ἐκεῖνος γάρ, φησὶν, οὐκ εἰσέρχεται διὰ τῆς θύρας, τουτέστι, διὰ τῶν Γραφῶν· οὐ γὰρ χρῶνται ταῖς Γραφαῖς μάρτυσιν, οὐδὲ τοῖς προφήταις. Τῷ ὄντι γὰρ θύρα αἱ Γραφαί· δι' αὐτῶν γὰρ προσαγόμεθα τῷ Θεῷ. Αὗται τοὺς λύκους οὐκ ἀφιᾶσιν εἰσελθεῖν· ἀπείργουσι γὰρ τοὺς αἱρετικούς, ἐν ἀσφαλείᾳ ἡμᾶς καθιστῶσαι, καὶ γνώμας διδοῦσαι περὶ ὧν ἂν βουλοίμεθα πάντων. Κλέπτης οὖν ὁ μὴ διὰ τῶν Γραφῶν εἰσερχόμενος εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων, ὥστε προνοεῖσθαι αὐτῶν, ἀλλ' ἀναβαίνων ἄλλοθεν, τουτέστιν, ἑτέραν ἑαυτῷ ὁδὸν τέμνων καὶ ἀσυνήθη· ὥσπερ ὁ Θευδᾶς καὶ Ἰούδας, οἳ πρὸ τοῦ Χριστοῦ πλανήσαντες τὸν λαὸν, διέφθειράν τε καὶ διεφθάρησαν· οἷος ἔσται καὶ ὁ μιαρὸς Ἀντίχριστος. Οὐ γὰρ ἐκ τῶν Γραφῶν τούτοις ἡ μαρτυρία. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τοὺς Γραμματεῖς αἰνίττεται, οἳ τῶν μὲν νομικῶν ἐνταλμάτων οὐδένα λόγον ἐποίουν, ἐντάλματα δὲ ἀνθρώπων καὶ παραδόσεις ἐδίδασκον. Προσφυῶς δὲ εἶπε τὸ, « Ἀναβαίνων, » ὃ κλέπτου ἐστὶ φραγμὸν ὑπερπηδῶντος, καὶ πάντα ἐπικινδύνως πράττοντος. Εἶδες τὰ γνωρίσματα τοῦ λῃστοῦ; Ὅρα καὶ τὰ τοῦ ποιμένος. Ὁ γὰρ ποιμὴν διὰ τῶν Γραφῶν εἰσέρχεται, καὶ τούτῳ ὁ θυρωρὸς ἀνοίγει. Θυρωρὸν δὲ ἢ τὸν Μωσέα μοι νόει (οὗτος γὰρ τοῦ Θεοῦ ἐπιστεύθη λόγια· ἤνοιξε δὲ ὁ Μωσῆς τῷ Κυρίῳ, περὶ αὐτοῦ πάντως εἰπὼν (30), ὡς καὶ ὁ Κύριος αὐτός φησιν, ὅτι « Εἰ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί ») · ἢ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν ὁ θυρωρός. Ἐπεὶ γὰρ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ νοούμεναι καὶ ἀνοιγόμεναι αἱ Γραφαὶ, δεικνύουσιν ἡμῖν τὸν Χριστὸν, εἰκότως θυρωρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν ᾧ ὡς Πνεύματι σοφίας καὶ γνώσεως αἱ Γραφαὶ διανοίγονται, δι' ὧν εἰσέρχεται ὁ Κύριος εἰς τὴν ἡμῶν κηδεμονίαν, καὶ δι' ὧν ἀπο-

ascendit, ille fur est et latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium. Huic ostiarius aperit, et oves vocem ejus audiunt. Et proprias oves vocat nominatim, et educit eas. Et cum proprias oves emiserit, ante eas vadit, et oves illum sequuntur, quia noverunt vocem ejus. Alienum autem non sequentur, sed fugient ab eo, quia non noverunt vocem alienorum. » **644** Postquam illis incredulitatem objecit, dicens : Vere cæci estis secundum animam propter incredulitatis morbum, ut ne possint dicere : Non aversamur quasi cæci, sed ut seductorem te fugimus, de hoc nunc facit prolixum sermonem : et quid facit? Indicia ponit veri pastoris, et lupi et perniciosi, et sic seipsum ostendit a parte bonorum esse, testimonium ab operibus sumens. Et prius indicia ponit perniciosi. Ille enim, inquit, non ingreditur per ostium, hoc est per Scripturas. Non enim utitur Scripturis testibus, neque prophetis. Nam profecto Scripturæ ostium sunt per quas adducimur ad Deum ; illæ lupos non permittunt intrare : prohibent enim hæreticos, ut nos securi simus : et de omnibus rationem dant, de quibus voluerimus. Fur igitur est qui non per Scripturas ingreditur in stabulum ovium, ut illis prospiciat : sed ascendit aliunde, hoc est aliam sibi viam et insolitam parat, quemadmodum Theudas et Judas, qui cum ante Christi tempora populum seduxissent, ipsum perdiderunt et simul ipsi perierunt. Talis et Antichristus erit. Non enim ex Scripturis illis testimonia. Insuper et Scribas notat. Nam illi quidem mandata legis parvifaciebant, mandata autem hominum et traditiones docebant diligenter. Apposite autem dicit « Qui ascendit, » id quod furis est sepem transilientis, et omnia cum periculo facientis. Vidisti indicia latronis? Vide et quæ sint pastoris. Pastor enim per Scripturas ingreditur, et ei ostiarius aperit. Ostiarium autem vel Mosen intelligе, cui divina Eloquia concredita fuerunt. Aperit autem Moses Domino, de ipso omnino dicens, sicut et Dominus ipse dicit : « Si crederetis Mosi, crederetis utique mihi[56]. » Vel Spiritus sanctus est ostiarius. Nam quia in Spiritu sancto intelliguntur et aperiuntur Scripturæ quæ ostendunt nobis Christum, merito ostiarius dicitur Spiritus sanctus, in quo ut Spiritu sapientiæ et scientiæ Scripturæ aperiuntur, per quas ingreditur Dominus ad nostri curam, et per quas ostenditur pastor. Vocem autem ejus pastoris audiunt oves. Nam quia illi sæpe eum diceпant deceptorem, et hoc ex sua ipsorum incredulitate confirmabant, dicentes : « Num quis principum credidit in illum[57]? ostendit Christus quod non oporteat haberi se pro damnoso eo quod illi non

[56] Joan. v, 46. [57] Joan. vii, 4.

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(30) Cod. 31, Περὶ αὐτοῦ πάντως εἰπών· *Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς, ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα.* Ὅ καὶ ὁ Κύριος, κ. τ. λ. « De ipso omnino dicens : *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus, tanquam me ; ipsum audietis juxta omnia* (*Act.* III, 22). Quod et Dominus, » etc.

Digitized by Google

« Ἐζήτουν οὖν πάλιν αὐτὸν πιάσαι, καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῶν, καὶ ἀπῆλθε πάλιν πέραν τοῦ Ἰορδάνου εἰς τὸν τόπον, ὅπου ἦν Ἰωάννης τὸ πρῶτον βαπτίζων, καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ. Καὶ πολλοὶ ἦλθον πρὸς αὐτὸν καὶ ἔλεγον, ὅτι Ἰωάννης μὲν σημεῖον ἐποίησεν οὐδὲν, πάντα δὲ ὅσα εἶπεν Ἰωάννης περὶ τούτου, ἀληθῆ ἦν. Καὶ ἐπίστευσαν πολλοὶ ἐκεῖ εἰς αὐτόν. » Ζητοῦσι μὲν πιάσαι τὸν Κύριον, μὴ φέροντες αὐτὸν τὴν ὑψηλὴν περὶ αὐτοῦ μαρτυρίαν

Digitized by Google

ποιούμενον· οὐ γὰρ ἠνείχοντο αὐτοῦ τὰ κρείττω θεολογοῦντος. Αὐτὸς δὲ ὑποχωρεῖ, ἐνδιδοὺς αὐτῶν τῷ θυμῷ, καὶ διὰ τῆς ἀπουσίας λῆξαι αὐτοῖς τὸ πάθος τοῦ θυμοῦ παρασκευάζων, καὶ ἀκόντων δὲ αὐτῶν ὑποχωρεῖ, δεικνὺς, ὃ πολλάκις εἴπομεν, ὅτι οὐδ' ἂν ἦν τῷ σταυρῷ συνελήφθη, εἰ μὴ ἑκὼν ἑαυτὸν ἐδίδου. Ποῦ δὲ ὑποχωρεῖ; « Πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ὅπου Ἰωάννης ἐβάπτιζεν, » οὐκ ἀλόγως ἐκεῖσε ἀναχωρήσας, ἀλλ' ἀναμιμνήσκων τοὺς πολλοὺς τῶν ἐκεῖ γενομένων, καὶ τῶν λεχθέντων παρὰ Ἰωάννου περὶ αὐτοῦ. Ὅτι δὲ πολλοὺς ὤνησεν ἡ περὶ τὸν τόπον διατριβὴ, ἐπήγαγεν ὁ εὐαγγελιστὴς, λέγων· « Καὶ πολλοὶ ἦλθον πρὸς αὐτὸν, καὶ ἀναμνησθέντες τοῦ τόπου, ἔλεγον, φησὶν, ὅτι Ἰωάννης μὲν σημεῖον ἐποίησεν οὐδέν. » Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν, Εἰ ἐκείνῳ ἐπιστεύσαμεν μηδὲν πεποιηκότι σημεῖον, πολλῷ μᾶλλον τούτῳ τῷ τοσαῦτα θαύματα ἐργασαμένῳ. Ἐπεὶ δὲ Ἰωάννης ἐμαρτύρησε μὲν περὶ τοῦ Χριστοῦ, οὐδὲν δὲ σημεῖον ἐποίησε, καὶ διὰ τοῦτο ἴσως οὐκ ἀξιόπιστος ἂν ἐνομίσθη, ἐπήγαγε λέγων· « Πάντων δὲ ὅσα εἶπεν Ἰωάννης περὶ τούτου, ἀληθῆ ἦν, » οὐκ ἔτι τοῦτον ἐξ ἐκείνου, ἀλλ' ἐκεῖνον ἀφ' ὧν ὁ Χριστὸς ἐποίησεν ἀξιόπιστον ἀποφαίνοντες. Διὸ, « Πολλοὶ φησὶν, ἐκεῖ ἐπίστευσαν. » Τὸ δὲ « ἐκεῖ, » δηλοῖ, ὅτι μεγάλως ὁ τόπος ἐκεῖνος αὐτοὺς ὠφέλησεν, ἐπεὶ καὶ τούτου χάριν συνεχῶς ἐξάγει τοὺς ὄχλους ὁ Ἰησοῦς εἰς ἐρήμους τόπους, τῆς τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων συνουσίας ἐλευθερῶν, πρὸς τὸ καρπώσασθαί τι μέγα, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς ποιήσας φαίνεται, ἐξαγαγὼν μὲν τῆς Αἰγύπτου, ἐν ἐρήμῳ δὲ διαπλάττων τὸν λαὸν καὶ ῥυθμίζων διὰ τοῦ νόμον δοῦναι αὐτῷ. Σκόπει δὲ καὶ πνευματικῶς τελουμένην τὴν ὑποχώρησιν τοῦ Χριστοῦ. Ἀναχωρεῖ μὲν γὰρ ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων, τουτέστι, τοῦ Ἰουδαϊκοῦ λαοῦ· εἰς τόπον δὲ πηγὰς ἔχοντα μεθίσταται, τὴν ἐξ ἐθνῶν δηλαδὴ Ἐκκλησίαν, τὴν τὰς πηγὰς ἔχουσαν τοῦ βαπτίσματος. Καὶ δὴ προσέρχονται αὐτῷ πολλοὶ διαπεραιούμενοι τὸν Ἰορδάνην, καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος διερχόμενοι. Τὸ γὰρ « πέραν τοῦ Ἰορδάνου, » τοῦτο δηλοῖ, τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος λέγω δίοδον. Οὐκ ἄλλως γάρ τις ἔρχεται πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἀληθῶς πιστὸς γίνεται, εἰ μὴ τὸ βάπτισμα διέλθοι, ὃ διὰ τοῦ Ἰορδάνου δηλοῦται.

nium perhiberet; neque enim ferebant sublimiorem ejus theologiam. Ipse autem inde transit, illorum furori cedens, et absentia sua illorum morbum mitigari faciens. Secedit autem invitis illis, monstrans (ut sæpe diximus) quod neque in cruce detentus fuisset, nisi sponte se tradidisset. Quo autem concedit? « Trans Jordanem, ubi Joannes baptizavit. » Non absque causa se illuc contulit, sed in memoriam reduxit multitudini quæ illic facta et dicta a Joanne de se. Quod autem illius illic conversatio multos lucrifecerit, subdit evangelista, dicens : « Et multi venerunt ad eum, et recordati loci, dicebant, inquit, Joannes quidem signum fecit nullum. » Cæterum quod dicit, ita se habet : Si illi credidimus qui nullum unquam fecit signum, multo magis ei qui tot tantaque operatus est signa. Quod autem Joannes testatus quidem sit de Christo, signum vero nullum fecerit, et propter hoc fortassis non tantam fidem meruerit, subdidit, dicens : « Omnia autem quæcunque Joannes dixit de hoc, vera erant. » Non ultra hunc ab illo, sed illum ex his quæ Christus fecit, fidelem affirmant. Idcirco, « Multi, inquit, illic crediderunt. » Dicendo « illic, » signat quod locus ille mire profuerit : quandoquidem et hac causa subinde Dominus populum in solitaria loca a consuetudine malorum hominum liberans educit, quo magis illis prodesset : sicut et in veteri lege fecisse apparet. Eductis enim illis ex Ægypto, in solitudine aptavit et formavit sibi populum, dando illi legem. Attende autem et secessionem Christi, quæ spiritualiter fit. Nam secedit quidem ab Hierosolymis, hoc est, Judaico populo, in locum autem transit habentem fontes, Ecclesiam videlicet ex gentibus, in qua fontes baptismatis. Unde multi accesserunt ad eum, « Jordanem transeuntes, » id est baptisma. Nam transmissio Jordanis significat baptismatis transitum. Non aliter enim quis accedit ad Jesum, et vere fit fidelis, nisi baptisma transeat, quod per Jordanem significatur.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Περὶ τῆς ἐγέρσεως τοῦ Λαζάρου. Περὶ τῆς τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν Φαρισαίων βουλῆς περὶ τοῦ ἀποκτεῖναι τὸν Ἰησοῦν. Περὶ ὧν εἶπεν ὁ Καϊάφας.

« Ἦν δέ τις ἀσθενῶν Λάζαρος, ἀπὸ Βηθανίας, ἐκ τῆς κώμης Μαρίας καὶ Μάρθας τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς. Ἦν δὲ Μαρία ἡ ἀλείψασα τὸν Κύριον μύρῳ, καὶ ἐκμάξασά τοὺς πόδας αὐτοῦ ταῖς θριξὶν ἑαυτῆς, ἧς ὁ ἀδελφὸς Λάζαρος ἠσθένει. Ἀπέστειλαν οὖν αἱ ἀδελφαὶ πρὸς αὐτὸν λέγουσαι· Κύριε, ἴδε, ὃν φιλεῖς ἀσθενεῖ. » Μόνος μὲν Ἰωάννης καὶ ταύτης τῆς ἱστορίας μέμνηται. Μέμνηται δὲ διὰ τὸ παιδεῦσαι ἡμᾶς, μὴ δυσχεραίνειν, ἐάν τις ἀσθένεια γένηται περὶ τοὺς σπουδαίους καὶ θεοφιλεῖς ἄνδρας, ἐπεὶ καὶ Λάζαρος, ὢν τοῦ Χριστοῦ φίλος, ἠσθένει. Χρὴ δὲ καὶ τοῦτο μὴ ἀγνοεῖν, ὅτι οὐκ ἦν Μαρία αὕτη ἡ ἀλείψασα τὸν

CAPUT XI.

De suscitatione Lazari. Quomodo consilium inierunt summi sacerdotes et Pharisæi de occidendo Christo. De prophetia Caiphæ.

Vers. 1-3. « Ægrotabat autem quidam nomine Lazarus, Bethaniensis, a castello Mariæ et Marthæ hujus sororis. Maria autem erat ea quæ unxit Dominum unguento, et extersit pedes ejus capillis suis, cujus frater Lazarus ægrotabat. Miserunt **655** ergo sorores ad eum, dicentes : Domine, ecce, quem amas ægrotat. » Solus quidem Joannes hujus de Lazaro meminit historiæ. Meminit autem, ut nos erudiat ne quis gravatim ferat, si boni et Deo amici viri morbo teneantur, quia et Lazarus cum esset amicus Christi, ægrotavit. Neque hoc ignorandum est, quod non erat ista Maria quæ un-

Digitized by Google

xerat Dominum unguento « meretrix [73] » quæ apud Lucam vel Matthæum ; sed alia, non meretrix, honesta autem et religiosa et officiosa. Etenim diligenter ministrabat suscepto Christo, sicut Joannes testatur : quin et bonam partem elegisse testimonium habet, ut ait Lucas. Ita autem claræ et admirabiles fuerunt sorores, ut et Lazarus ipse notior factus sit per eas. « Erat enim, inquit, Lazarus Bethaniensis a castello Mariæ et Marthæ. » Quare autem mittentes accersunt Jesum, et non ipsæ veniunt, sicut « centurio et regius [74]? » Quia plurimum fidebant Christo et quia mulieres erant, non oportebat eas ita facile e domo progredi, et quia in luctu erant, occupatæque circa fratrem. Nam quod hoc non fecerint ex contemptu, manifestum est ex his quæ sequuntur. Magnum enim honorem, et pietatem, et precum constantiam præ se ferunt. Dicentes autem, « Ecce quem diligis, ægrotat, » ad miserationem Dominum movere volebant, eo quod « memores erant nominis [75] » amicitiæ. Declarat autem et fidem quamdam verbum hoc mulierum. Ita enim multam Domino inesse virtutem cognoverunt, ut admirarentur quomodo infirmitate laboret vir ab illo dilectus. Admirationem enim quodammodo habere videtur, « Ecce, quem diligis ægrotat. »

VERS. 4-6. « Audiens autem Jesus, dixit : Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam. Diligebat autem Jesus Martham, et sororem ejus, et Lazarum. Ut ergo audivit quod ægrotaret, tum quidem temporis mansit in eodem loco duobus diebus. » Quoniam illic mansurus erat duobus diebus, ejus gratia inquit : « Infirmitas hæc non est ad mortem, » quamvis esset ad mortem. Sed, quod dicebam, nuntios tunc ad sublimiora trahere volens, et veluti consolationem quamdam afferens, ne urgendo molesti essent, hujus gratia inquit : « Non est ad mortem. » Et aliter : Si bene consideraveris, neque ad mortem fuit infirmitas, qua moriuntur multi, diuturnam scilicet, sed temporalem et quatriduanam. Nam quia surrexit quatriduanus, ad finem spectantes rei, dicimus non esse « ad mortem » infirmitatem, « sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei. » Vides unam esse gloriam Patris et Filii ? cum enim dixisset, « pro gloria Dei, » subdidit, « ut glorificetur Filius Dei. » Itaque gloria Dei, Patris dico, in nullo **656** major est quam Filii. Deus igitur est et Filius, sicut et Pater, proprie ac vere. Nam cum una gloria etiam una est substantia. Quocirca confundantur et ex hoc loco Ariani. Verbum autem, « ut glorificetur, » ne putes causæ significativum, sed eventus et effectus, ut sæpe diximus. Non enim ut glorificetur Deus, propterea ægrotavit Lazarus, sed alia quadam de causa infirmitas accessit, qua tamen Dominus in gloriam Dei usus est. « Mansit autem diebus duobus, » donec

A Κύριον μύρῳ, ἡ πόρνη ἡ παρὰ τῷ Λουκᾷ, ἢ ἡ παρὰ τῷ Ματθαίῳ· ἀλλ' ἄλλη, οὐχὶ πόρνη, ἀλλὰ σεμνή, καὶ θεοφιλής, καὶ σπουδαία. Καὶ γὰρ περὶ τὴν ὑποδοχὴν ἐσπούδασε τοῦ Χριστοῦ καὶ διηκόνει, ὡς αὐτὸς Ἰωάννης προϊὼν μαρτυρεῖ· ἀλλὰ καὶ τὴν ἀγαθὴν μερίδα μαρτυρεῖται ἐκλέξασθαι, ὡς ὁ Λουκᾶς φησιν. Οὕτω δὲ ἦσαν θαυμασταὶ αἱ ἀδελφαὶ καὶ γνώριμαι, ὥστε καὶ τὸν Λάζαρον ἐξ αὐτῶν μᾶλλον καθίστασθαι γνώριμον. « Ἦν γάρ, φησίν, ὁ Λάζαρος ἀπὸ Βηθανίας ἐκ τῆς κώμης Μαρίας καὶ Μάρθας. » Διὰ τί δὲ πέμπουσι καλοῦσαι τὸν Ἰησοῦν, καὶ οὐκ αὐταὶ προσέρχονται, ὥσπερ ὁ ἑκατόνταρχος καὶ ὁ βασιλικός; Διότι σφόδρα ἐθάρρουν τῷ Χριστῷ, καὶ ὅτι γυναῖκες ἦσαν, καὶ οὐκ ἔδει αὐτὰς οὕτω ῥᾳδίως προέρχεσθαι τοῦ δωματίου, καὶ ὅτι τῷ πένθει B κατείχοντο, καὶ ἠσχολοῦντο περὶ τὸν ἀδελφόν. Ὅτι γὰρ οὐκ ἀπὸ καταφρονήσεως τοῦτο πεποιήκασι, δῆλον ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα· πολλὴν γὰρ τὴν τιμὴν καὶ τὸ σέβας ἐπιδείκνυνται καὶ τὴν δέησιν ἐπίμονον. Τὸ δέ, « Ἴδε ὃν φιλεῖς, » λέγουσι, πρὸς οἶκτον ἐπισπάσασθαι βουλόμεναι τὸν Κύριον, διὰ τοῦ ὑπομνῆσαι αὐτὸν τοῦ τῆς φιλίας ὀνόματος. Ἐμφαίνει δέ τινα καὶ πίστιν τοῦτο τὸ ῥῆμα τῶν γυναικῶν. Οὕτω γὰρ ἤδεσαν πολλὴν τῷ Κυρίῳ περιεῖναι δύναμιν, ὥστε θαυμάζειν, ὅτι ἥψατο ἀσθένεια ἀνδρὸς φιλουμένου παρ' αὐτοῦ. Θαυμαστικὸν γάρ πως εἶναι δοκεῖ τὸ, « Ἴδε, ὃν φιλεῖς ἀσθενεῖ. »

« Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· Αὕτη ἡ ἀσθένεια οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, ἵνα δοξασθῇ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ δι' αὐτῆς. Ἠγάπα δὲ C ὁ Ἰησοῦς τὴν Μάρθαν, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς, καὶ τὸν Λάζαρον. Ὡς οὖν ἤκουσεν, ὅτι ἀσθενεῖ, τότε μὲν ἔμεινεν ἐν ᾧ ἦν τόπῳ, δύο ἡμέρας. » Ἐπειδὴ ἔμελλεν ἐκεῖ μεῖναι ἡμέρας δύο, τούτου ἕνεκέν φησιν, ὅτι « Οὐκ ἔστιν ἡ ἀσθένεια πρὸς θάνατον, » καίτοι πρὸς θάνατον γέγονεν· ἀλλ', ὅπερ ἔφην, τέως μετεωρίσαι θέλων τοὺς μηνυτάς, καὶ οἱονεί τινα παραμυθίαν αὐτοῖς διδοὺς, ὡς ἂν μὴ ἐγκείμενοι ἐνοχλοῖεν, τούτου ἕνεκέ φησιν, ὅτι « Οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον. » Ἄλλως τε, Εἰ καλῶς σκοπήσεις, οὐδὲ πρὸς θάνατον ἦν ἡ ἀῤῥωστία τοιοῦτον, οἷον θνήσκουσιν οἱ πολλοὶ μακροχρόνιον, ἀλλὰ πρόσκαιρον, καὶ πρὸς τέσσαρας ἡμέρας συστάντα. Ἐπεὶ δὲ ἀνέστη τετραήμερος, πρὸς τὸ πέρας ὁρῶντες τοῦ D πράγματος, λέγομεν μὴ εἶναι « πρὸς θάνατον » τὴν ἀσθένειαν, « ἀλλ' ὑπὲρ τῆς δόξης, φησὶ, τοῦ Θεοῦ, ἵνα δοξασθῇ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. » Ὁρᾷς μίαν τὴν δόξαν τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ; Εἰπὼν γὰρ, « ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, » ἐπήγαγε· « Ἵνα δοξασθῇ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. » Ἀπαράλλακτος γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ δόξα, του Πατρὸς δὴ λέγω, πρὸς τὴν τοῦ Υἱοῦ. Θεὸς ἄρα καὶ ὁ Υἱὸς, ὡς ὁ Πατὴρ, κυρίως καὶ ἀληθῶς. Ὧν γὰρ ἡ δόξα μία, καὶ ἡ οὐσία μία. Αἰσχυνέσθωσαν τοίνυν κἀντεῦθεν Ἀρειανοί. Τὸ δὲ, « Ἵνα δοξασθῇ, » μὴ αἰτιολογικὸν νοήσῃς, ἀλλὰ τῆς ἐκβάσεως καὶ τοῦ ἀποτελέσματος, ὡς πολλάκις εἴπομεν. Οὐ γὰρ ἵνα δοξασθῇ ὁ Θεὸς, διὰ τοῦτο ἠσθένησεν ὁ

[73] Luc. VII, 37. [74] Matth. VIII, 5. [75] Psal. XLIV, 78 ; Judith XIII, 25.

Digitized by Google

Λάζαρος· ἀλλὰ συνέδη μὲν ἐτέρωθεν ἡ ἀῤῥωστία, ἐχρήσατο δὲ ὁ Κύριος αὐτῇ εἰς δόξαν Θεοῦ. « Ἔμεινε δὲ ἡμέρας δύο, » ἵνα ἀποψύξῃ· ἵνα μηδεὶς ἔχῃ λέγειν, ὅτι κάρος ἦν, ὅτι ἔκλυσις ἦν, ὅτι κάτοχος ἐγένετο, καὶ οὐκ ἀπέθανε. Διὰ τοῦτο καὶ χρόνον τοσοῦτον μένει, ὥστε καὶ φθορὰν γενέσθαι, καὶ εἰπεῖν τὴν ἀδελφὴν, ὅτι « ὄζει. »

A exspiraret et sepeliretur; ne quis dicere posset quod gravatio quædam fuerit, deliquium, vel extasis, et non fuerit mortuus. Et propterea tanto tempore manet, ut et corrumperetur, diceretque soror illum « fetere. »

« Ἔπειτα μετὰ τοῦτο λέγει τοῖς μαθηταῖς· Ἄγωμεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν πάλιν. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταί· Ῥαββεὶ, νῦν ἐζήτουν σε οἱ Ἰουδαῖοι λιθάσαι, καὶ πάλιν ὑπάγεις ἐκεῖ; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς· Οὐχὶ δώδεκα ὧραί εἰσι τῆς ἡμέρας; Ἐάν τις περιπατῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, οὐ προσκόπτει, ὅτι τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου βλέπει. Ἐὰν δέ τις περιπατῇ ἐν τῇ νυκτὶ, προσκόπτει, ὅτι τὸ φῶς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. » Οὐδαμοῦ μὲν ἀλλαχοῦ προεῖπεν, ὅπου μέλλει πορεύεσθαι, ἐνταῦθα δὲ μόνον φαίνεται προλέγων, ἐπειδὴ ἐδεδοίκεισαν σφόδρα οἱ μαθηταὶ τὸ εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπελθεῖν. Διὰ τοῦτο οὖν προλέγει, ἵνα μὴ τῷ ἀθρόῳ διαταραχθῶσιν, ἐξαίφνης ἀπαγόμενοι εἰς χώραν, ἣν ἐδεδοίκεισαν. Ἐπεὶ οὖν ἐφοβοῦντο καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ μὲν (οὔπω γὰρ τελείαν τὴν περὶ αὐτοῦ γνῶσιν εἶχον), τὸ δὲ πλέον ὑπὲρ ἑαυτῶν, φασὶν, ὅτι « Νῦν ἐζήτουν σε οἱ Ἰουδαῖοι λιθάσαι, καὶ πάλιν ὑπάγεις ἐκεῖ; » Ὁ δὲ παραθαῤῥύνει αὐτοὺς, καί φησιν, ὅτι Ὥσπερ ὁ τὸ φῶς βλέπων οὐ προσπταίει, ὁ δὲ ἐν νυκτὶ περιπατῶν, ἐκεῖνος προσκόπτει· οὕτως ὁ μὲν τὸ ἀγαθὸν ποιῶν, καὶ ἐν φωτεινοῖς ἔργοις περιπατῶν, οὐδὲν πείσεται δεινόν· ὁ δὲ τὰ φαῦλα πράσσων πείσεται δεινόν. Ὥστε ὑμᾶς οὐ χρὴ δεδοικέναι· οὐδὲν γὰρ ἄξιον θανάτου ἐπράξαμεν. Ἢ καὶ ἄλλως· Εἰ ὁ τὸ φῶς, φησὶ, βλέπων τοῦτο, οὐ προσκόπτει, πολλῷ μᾶλλον ὁ μετ' ἐμοῦ ὤν, ἐὰν μὴ ἀποστήσῃ ἑαυτὸν ἐμοῦ, οὐκ ἂν προσκόψῃ. Ὥστε καὶ ὑμεῖς μετ' ἐμοῦ τοῦ φωτὸς ὄντες, μάτην δεδοίκατε. Ἄλλοι δὲ ἡμέραν μὲν νοοῦσι τὸν πρὸ τοῦ πάθους καιρὸν, νύκτα δὲ τὸν τοῦ πάθους. Ὑμεῖς οὖν, φησὶν, ἕως ἡμέρα ἐστὶν, τουτέστιν, ἕως οὔπω ὁ τοῦ πάθους καιρὸς ἐνέστη, οὐ μὴ προσκόψητε· οὐ γὰρ διωχθήσεσθε παρ' Ἰουδαίων, οὔτε ἄλλο ἀντίξουν ὑμῖν ἀπαντήσεται [*f.* ἀπαντήσετε]. Ὅταν δὲ ἡ νὺξ ἔλθῃ, τὸ πάθος δή φημι τὸ ἐμὸν, τότε δὴ συσταλήσεσθε μὲν ἐν οἰκίσκῳ ἑνὶ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων. « Ἔκτοτε δὲ θλίψεις, καὶ ὀδύνας, καὶ πολλὰ προσκόμματα καὶ ἐναντιώματα ἕξετε, » ὅτε οὐκ ἔτι ἐγὼ τὸ φῶς μεθ' ὑμῶν σωματικῶς συνδιάξω, ἀλλὰ νύκτα τὴν τῶν θλίψεων ἕξετε.

B Nusquam alio loco prædicit quo sit profecturus; hic autem solum prædicere videtur, quia valde timebant discipuli in Judæam ire. Et idcirco prædicit, ut ne repentina abitione turbentur, si abducerentur in regionem quam timebant. Igitur quia timebant et Christo quidem (nondum enim perfectam de ipso cognitionem habebant), multo magis autem sibiipsis, dicunt, « Modo quærebant te Judæi lapidare, et iterum vadis illuc? » At ipse animat illos et dicit : Sicut qui videt lucem, non offendit; qui autem in nocte ambulat, ille offendit : ita et qui bonum facit, et in lucidis operibus ambulat, nihil grave experietur; qui autem mala facit, patietur. Et ita non oportet vos meticulosos esse. Nihil enim morte dignum fecimus. Vel etiam aliter : Si is qui

C videt lumen hoc, non offendit : multo magis qui mecum est, nisi a me defecerit, non offendit. Atque ita etiam vos cum sitis mecum, qui lumen sum [76], frustra timetis. Alii autem diem quidem intelligunt tempus ante passionem, noctem vero tempus passionis. Vos igitur, inquit, quandiu dies est, hoc est, quandiu nondum instat tempus passionis, non offendetis. Non enim persecutionem patiemini a Judæis, neque aliud quid grave eveniet vobis. Cum autem nox venerit, passio inquam mea, tunc certe pavore contrahemini quidem, in unam domunculam vos recipientes propter metum Judæorum. « Ex eo autem tempore afflictiones et tribulationes, et multa offendicula et adversitates habebitis [77] : » cum ego qui

D lux sum, non ultra vobiscum corporaliter conversabor, noctem afflictionum habebitis.

« Ταῦτα εἶπε, καὶ μετὰ τοῦτο λέγει αὐτοῖς· Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται, ἀλλὰ πορεύομαι, ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν. Εἶπον οὖν οἱ μαθηταὶ αὐτῷ· Κύριε, εἰ κεκοίμηται, σωθήσεται. Εἰρήκει δὲ ὁ Ἰησοῦς περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἐκεῖνοι δὲ ἔδοξαν, ὅτι περὶ τῆς κοιμήσεως τοῦ ὕπνου λέγει. Τότε οὖν εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς παῤῥησίᾳ· Λάζαρος ἀπέθανε, καὶ χαίρω δι' ὑμᾶς, ἵνα πιστεύσητε, ὅτι οὐκ ἤμην ἐκεῖ. Ἀλλ' ἄγωμεν πρὸς αὐτόν. Εἶπεν οὖν Θωμᾶς ὁ λεγόμενος Δίδυμος τοῖς συμμαθηταῖς· Ἄγωμεν καὶ ἡμεῖς, ἵνα ἀποθάνωμεν μετ' αὐτοῦ. » Ἐπειδὴ ἐκεῖνοι

VERS. 7-10. « Deinde post hoc dicit discipulis : Eamus in Judæam iterum. Dicunt ei discipuli : Rabbi, modo quærebant te Judæi lapidare, et iterum vadis illuc? Respondit Jesus: Nonne duodecim sunt horæ diei? si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lucem hujus mundi videt. Si quis autem ambulaverit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. »

VERS. 11-16. « Hæc ait, et post **657** hæc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit, sed vado ut a somno excitem illum. Dixerunt ergo discipuli ejus: Domine, si dormit, salvus erit. Dixerat autem Jesus de morte ejus: et illi putaverunt quod de dormitione somni diceret. Tunc ergo Jesus dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est, et gaudeo propter vos, ut credatis, quod non fuerim ibi; sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus ad condiscipulos: Eamus et nos, ut moriamur cum eo. » Quoniam illi formidaverant ire in

[76] Joan. I, 9. [77] Joan. XVI, 33.

Digitized by Google

Judæam, dixit eis Dominus : Quamvis quærebant me Judæi lapidare, et hoc faciebant quia loquens illis arguebam eos : nunc autem non vado ut illis loquar, sed ut amicum invisam, atque ita non oportet trepidare. Non enim ad ea abeo ad quæ prius, ut periculum ex Judæis expavescam, sed amicum ex somno excitabo. At illi volentes eum ab itinere impedire, Satis, inquiunt, est : « si dormit, salvus erit. » Igitur non opus est ut nos abeamus; non enim necessarium est. Unde ipse adjecit, « Amicus noster, » ut ostendat necessarium iter illuc : verum illi dicunt non esse necessarium, quandoquidem salvus factus sit, eo quod dormiat. Imo non solum non necessarius est adventus tuus, sed et amico damnosus. Nam si somnus est et ad salutem, ut nos opinamur, tu autem profecturus ut excites, saluti ejus obfuturus es ; non igitur opus est ut eas et excites illum : damnosum enim hoc ei. Itaque ubi vidit eos adhuc tardos, tunc manifeste inquit, « Mortuus est. » Cujus autem gratia etiam prius non manifeste dixit, sed occulte, mortem somnum nominans ? Propter multa. Unum quidem, quia a fastu erat alienus; nolebat enim ad ostentationem facere, sed occulte resurrectionem excitationem a somno nominavit. Quomodo autem hac dictione usus fuisset, nisi mortem somnum appellasset ? Quod autem hoc verum, propter modestiam, inquam, occulte locutum, manifestum est ex eo quod sequitur. Nam dicens, « Mortuus est, » non addidit, Vado ut resuscitem illum. Vides quomodo abhorruerit a fastu, quomodo noluerit celebrari ea quæ facturus erat ? Interim etiam docet nos ne tam faciles simus ad promittendum. Nam quamvis centurioni hoc fecerit, dixit enim [78], « Ego veniens sanabo eum : » illic tamen hoc dixit, ut illius fidem ostenderet. Igitur hæc una quidem causa est propter quam mortem appellavit somnum. Alia autem est, ut ostendat nobis quod omnis mors somnus sit et requies. Tertia vero, quamvis aliis mors fuerit Lazari obitus, ipsi tamen Jesu somnus existimabatur, eo quod eum statim resuscitaturus erat. Et sicut nobis facile est excitare dormientem, ita illi, imo innumeris **658** modis facilius est resuscitare mortuum. « Gaudeo autem, inquit, propter vos, ut credatis » mihi magis nunc ut Deo, « quia non eram illic : » et cum longe absim, prædico vobis mortem in Bethania, de qua non audivi, sed sicut Deus video quæ longe eveniunt. Intellexerunt autem quidam hoc etiam sic : « Gaudeo, » inquit, vestri causa. Nam quod ego illic non fuerim, conducit fidei vestræ; quoniam si adfuissem, ægrotantem sanassem : parum autem hoc fuisset ad ostensionem potentiæ meæ. Cæterum eum absente me mortuus est, abiens autem ipsum suscitaturus sum, id magis vestram firmabit fidem, cum videritis me et hoc posse, quod antea nondum ostendi, quod mortuus jam diffluens, et qui fœtens fuit, apta sua membra

A ἐδεδοίκεσαν τὴν Ἰουδαίαν, φησὶν αὐτοῖς ὁ Κύριος· Εἰ καὶ ἐζήτουν με οἱ Ἰουδαῖοι λιθάσαι, ἀλλ' ὡς διαλεγόμενον αὐτοῖς καὶ ἐλέγχοντα· νῦν δὲ οὐχ ὡς διαλεξόμενος ἄπειμι, ἀλλ' ὡς τὸν φίλον ἐπισκεψόμενος. Ὥστε οὐ χρὴ δεδοικέναι. Οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἄπειμι ἐφ' οἷς καὶ πρώην, ἵνα καὶ τὸν ἐκ τῶν Ἰουδαίων φοβηθῶ κίνδυνον, ἀλλ' ἐπὶ φίλου ἐξυπνισμῷ. Οἱ δὲ ἐκκόψαι τὴν ἐκεῖ πορείαν βουλόμενοι, Ἀρκετὸν, φασὶν, ἔστιν· « Εἰ κεκοίμηται, σωθήσεται. » Οὐκοῦν οὐ δεῖ ἡμᾶς ἀπελθεῖν· οὐ γάρ ἐστιν ἀναγκαῖον. Καίτοι αὐτὸς καὶ διὰ τοῦτο προσέθηκε τὸ, « ὁ φίλος ἡμῶν, » ἵνα δείξῃ ἀναγκαίαν τὴν ἐκεῖ παρουσίαν· ἀλλ' αὐτοὶ οὐκ ἀναγκαίαν ταύτην φασὶν, ἤδη ἐκείνου σεσωσμένου διὰ τοῦ ὑπνῶσαι. Μᾶλλον δὲ οὐκ ἀναγκαία οὐ μόνον ἐστὶν ἡ παρουσία σου, φασὶν,

B ἀλλὰ καὶ ἐπιβλαβὴς τῷ φίλῳ. Εἰ γὰρ ὁ ὕπνος αὐτῷ εἰς σωτηρίαν, ὡς ἡμεῖς δοκοῦμεν, σὺ δὲ πορευθῆναι μέλλεις, ἵνα ἐξυπνήσῃς, περικόψεις αὐτῷ τὴν σωτηρίαν. Οὐκουν δεῖ ἀπελθεῖν ἐπὶ τῷ ἐξυπνῆσαι· ἐπιβλαβὲς γὰρ τοῦτο. Ἐπεὶ οὖν ἔβλεπεν αὐτοὺς ἔτι ὀκνοῦντας, τότε δὲ παῤῥησίᾳ φησὶν, ὅτι « Ἀπέθανε. » Τίνος δὲ ἕνεκεν οὐχὶ καὶ πρότερον οὕτω φανερῶς; εἶπεν, ἀλλὰ κεκρυμμένως, ὕπνον ὀνομάσας τὸν θάνατον; Διὰ πολλά· ἓν μὲν διὰ τὸ ἀκόμπαστον· οὐ γὰρ ἠβούλετο φαίνεσθαι κομπαστὴς, ἀλλὰ κεκρυμμένως τὴν ἀνάστασιν ἐξυπνισμὸν ὠνόμασε· πῶς δ' ἂν ταύτῃ τῇ λέξει ἐχρήσατο, εἰ μὴ τὸν θάνατον ὕπνον ἐκάλεσεν; Ὅτι δὲ τοῦτο ἀληθὲς, τὸ διὰ μετριοφροσύνην ἐπικεκρυμμένως εἰπεῖν, δῆλον ἐκ τοῦ μετὰ

C ταῦτα. Καὶ γὰρ εἰπὼν, ὅτι « Ἀπέθανεν, » οὐ προσέθηκεν, ὅτι Πορεύομαι, ἵνα ἀναστήσω αὐτόν. Ὁρᾷς πῶς οὐκ ἠβούλετο κομπάζειν ὃ διὰ τῶν ἔργων ἔμελλε βεβαιοῦν; ἅμα δὲ καὶ διδάσκων ἡμᾶς, μὴ οὕτως εὐκόλως ὑπισχνεῖσθαι. Κἂν γὰρ ἐπὶ τοῦ ἑκατοντάρχου τοῦτο ἐποίησεν (εἶπε γάρ, ὅτι « Ἐγὼ ἐλθὼν θεραπεύσω αὐτόν »), ἀλλ' ἐκεῖ τοῦτο εἶπεν, ἵνα τὴν ἐκείνου πίστιν δείξῃ. Μία μὲν οὖν αὕτη ἡ αἰτία, δι' ἣν τὸν θάνατον ὕπνον ἐκάλεσεν. Ἑτέρα δὲ, ἵνα δείξῃ ἡμῖν, ὅτι καὶ πᾶς θάνατος ὕπνος καὶ ἀνάπαυσις· καὶ τρίτη, ὅτι εἰ καὶ τοῖς ἄλλοις θάνατος ἦν ἡ τοῦ Λαζάρου τελευτὴ, ἀλλ' αὐτῷ γε τῷ Ἰησοῦ, τῷ ὅσον οὔπω μέλλοντι αὐτὸν ἀναστῆσαι, ὕπνος ἐλογίζετο. Καὶ ὥσπερ ἡμῖν τὸν κοιμώμενον διυπνῖσαι ῥᾴδιον, οὕτως ἐκείνῳ, μᾶλλον δὲ μυριοπλασίως εὐχερέστερον

D τὸ ἀναστῆσαι τὸν θανόντα· « Χαίρω δὲ, φησὶ, δι' ὑμᾶς, ἵνα πιστεύσητέ » μοι μᾶλλον νῦν ὡς Θεῷ, « ὅτι οὐκ ἤμην ἐκεῖ, » πόῤῥωθεν ὤν, προλέγω ὑμῖν τὸν ἐν Βηθανίᾳ θάνατον, οὐκ ἀκηκοὼς, ἀλλ' ὡς Θεὸς, προορῶν τὸ πόῤῥω συμβάν. Ἐνόησαν δέ τινες τοῦτο οὕτω· « Χαίρω, » φησὶν, ὑμῶν ἕνεκεν· τὸ γὰρ μὴ εἶναί με ἐκεῖ, συντελέσει πρὸς πλείω πίστιν ὑμῖν. Ἐπείπερ εἰ μὲν παρήμην, ἀῤῥωστοῦντα ἂν ἐθεράπευον, μικρὸν δὲ ἦν τοῦτο θαῦμα εἰς δυνάμεως ἀπόδειξιν. Ἐπεὶ δὲ ἐγὼ μὲν ἀπολελείμμην, ὁ δὲ θάνατος ἐπεγένετο, μέλλω δὲ ἀπιὼν αὐτὸν ἀνιστᾷν, μειζόνως εἰς τὴν πίστιν βεβαιωθήσεσθε τὴν ἐμὴν, ὅταν ἴδητέ [*f.* ἴδητέ] με καὶ τοῦτο δυνάμενον ὃ μήπω

[78] Matth. VIII, 7.

Digitized by Google

πρότερον ἐπεδειξάμην, διερρυηκότα ἤδη νεκρὸν καὶ ὄζοντα συναρμολογεῖν καὶ ἐξανιστᾶν. Ταῦτα τοῦ Κυρίου εἰπόντος, καὶ ἀναγκαίαν αὐτοῖς τὴν παρουσίαν τὴν ἐκεῖσε δείξαντος, ὁ δειλότερος τῶν ἄλλων Θωμᾶς, « Ἄγωμεν, φησίν, ἵνα ἀποθάνωμεν μετ' αὐτοῦ. » Οὐ γὰρ θάρσους, ἀλλὰ δειλίας καὶ βαρυθυμίας τὸ ῥῆμα. Ἵνα γὰρ καὶ τοὺς ἄλλους ἐκκόψῃ συμμαθητὰς, ὑπομιμνήσκει αὐτοὺς τοῦ θανάτου, καὶ ἐπίτηδες παρεμβάλλει τὸ, « Ἵνα ἀποθάνωμεν· » ὡσανεὶ τοιαῦτα λέγων· « Ἄγωμεν καὶ ἡμεῖς, » οἱ μωροὶ καὶ ἀπονενοημένοι, καὶ μὴ φροντίζοντες τῆς οἰκείας σωτηρίας καὶ ζωῆς, « ἵνα ἀποθάνωμεν μετ' αὐτοῦ. » Ἔστω, φησίν, αὐτὸς περὶ πολλοῦ τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν οὐ τίθεται· ἡμεῖς γὰρ οὕτως ἀνοηταίνομεν; Ταῦτα τοῦ δειλοῦ τὰ ῥήματα. Ἀλλ' ὅρα αὐτὸν ὕστερον, πῶς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ὡς ἀπόστολος ἐσφάγη· οὕτως αὐτὸν ἡ θεία χάρις ἐστόμωσεν, ἵνα τὸ τοῦ Παύλου καὶ ἐπὶ τούτῳ λεχθῇ, ὅτι « Ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ἡ χάρις. » Ὠριγένης δέ φησι καί τι ὀνειροκριτικὸν περὶ τοῦ Θωμᾶ. Ἀκούσας γὰρ, φησίν, ὁ Θωμᾶς τῶν περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητειῶν, καὶ μαθὼν ὅτι μετὰ ψυχῆς εἰς ᾅδην καταβήσεσθαι μέλλει, ἐλευθερώσων τὰς ψυχὰς, ἐπειδὴ ἤκουσεν, ὅτι « Πορεύομαι ἵνα ἐξυπνήσω Λάζαρον, » ἐνόμισεν οὐκ ἂν ἄλλως δυνηθῆναι ἐξυπνῆσαι αὐτὸν, τουτέστι, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐλευθερῶσαι, εἰ μὴ καὶ αὐτὸς ἀποθέμενος τὸ σῶμα, εἰς ᾅδην κατέλθοι. Διὸ ὡς γνήσιος τοῦ Χριστοῦ μαθητὴς, μηδὲ ἐν τούτῳ θέλων ἀπολειφθῆναι τοῦ διδασκάλου, βουλεύεται καὶ τοὺς ἄλλους συμμαθητὰς, καὶ προτρέπεται ἀποθέσθαι καὶ αὐτὸς τὸ σῶμα, ἵνα συγκατέλθῃ τῷ Ἰησοῦ, ὡς ὑπονόει, μέλλοντι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θεῖναι, ἵνα ἐκ τοῦ ᾅδου ἀγάγῃ τὴν τοῦ φίλου ψυχήν. Ταύτην παρεθέμην τὴν γελοιώδη ἐξήγησιν πρὸς ἐντροπὴν τῶν τὰ Ὠριγένους ἀποσεμνυνόντων. Ἆρα γὰρ οὐ προφανὴς λῆρος καὶ ὄνειρος ἀτεχνῶς ἡ τοῦ σοφοῦ ἐξήγησις; Σὺ δέ μοι σκόπει, πῶς ὁ Κύριος, καίτοι τοῦ Λαζάρου τεθνηκότος, εἶπεν, « Ἄγωμεν πρὸς αὐτὸν, » ὡς πρὸς ζῶντα· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Λάζαρος ἔζη τῷ Χριστῷ ὡς Θεῷ.

A recipit, et resuscitatur. Hæc cum dixisset Dominus, et ostendisset suum illuc accessum necessarium, Thomas aliis meticulosior, « Eamus, inquit, ut moriamur cum eo. » Non ûduciæ, sed formidinis et tristis animi verbum est. Nam ut alios condiscipulos moraretur, memores eos facit mortis, et dedita opera hoc apponit, « Ut moriamur, » quasi talia dicens: « Eamus et nos » stulti et insipientes, et non curantes salutem propriam et vitam, « ut moriamur cum eo. » Esto, inquit, ipse vitam suam non magni faciat; nos autem cur ita stulti essemus? Hæc timidi verba sunt, sed vide eum postea quomodo pro veritate ut apostolus occisus sit, ita illum divina gratia roboravit, ut hoc Pauli de eo sit dictum: « Sufficientia nostra ex Deo[79], » et « Non ego, sed gratia. » B Origenes autem dixit de Thoma somnium quoddam. Thomas enim cum audisset prophetias de Christo, et didicisset quod et cum anima in infernum descensurus esset ad liberandas animas, postquam audivit Christum dicentem, « Vado ut exsuscitem Lazarum, » putavit non aliter suscitari eum, hoc est, liberari animam ejus, nisi et ipse corpore deposito in infernum descendisset. Ideo ut verus Christi discipulus, neque in hoc volens a magistro avelli, vult et se et alios condiscipulos deponere sua corpora ut descendant cum Jesu, qui positurus erat animam suam, sicut suspicabatur, ut ex inferno reduceret amici animam. Hanc ridiculam enarrationem apposui, ut pudore suffunderem eos qui Origenica commendant (*a*). Nonne deliramentum et somnium plane, C hæc sapientis enarratio? Tu autem vide quomodo Dominus, quamvis Lazaro mortuo, dixerit: « Eamus ad eum, » quasi ad viventem. Etenim Lazarus vivebat Christo ut Deo.

« Ἐλθὼν οὖν ὁ Ἰησοῦς, εὗρεν αὐτὸν τέσσαρας ἡμέρας ἤδη ἔχοντα ἐν τῷ μνημείῳ. Ἦν δὲ ἡ Βηθανία ἐγγὺς τῶν Ἱεροσολύμων ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε. Καὶ πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων συνεληλύθεισαν πρὸς τὰς περὶ τὴν Μάρθαν καὶ Μαρίαν, ἵνα παραμυθήσωνται αὐτὰς περὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῶν. Ἡ οὖν Μάρθα, ὡς ἤκουσεν ὅτι Ἰησοῦς ἔρχεται, ὑπήντησεν αὐτῷ· Μαρία δὲ ἐν τῷ οἴκῳ ἐκαθέζετο. » Ἐπίτηδες ἀνέμεινεν ὁ Κύριος τὸν Λάζαρον τετραήμερον γεγονέναι· εἶτα ἦλθεν ὡς ἂν τὸ θαῦμα ἀσυκοφάντητον πάντοθεν ἐξεργάσηται. Τίνος δὲ ἕνεκεν προστίθησιν ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι δεκαπέντε σταδίους διεῖχεν ἡ Βηθανία τῶν Ἱεροσολύμων; Ἵνα δείξῃ, ὅτι εἰκότως πολλοὶ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν παρῆσαν· οὐ γὰρ μακρὰν ἦν ἡ Βηθανία. Παρεμυθοῦντο δὲ τὰς γυναῖκας, οὐχ ὡς ἀγαπωμένας ὑπὸ Χριστοῦ (καὶ γὰρ « συνέθεντο, ἵνα ἐάν τις αὐτὸν ὁμολογήσῃ Χριστὸν, ἀποσυνάγωγος γένηται »), ἀλλὰ διὰ τὴν ἀνάγκην τῆς συμφορᾶς, ἢ ὡς

VERS. 17-20. « Venit itaque Jesus, et invenit eum quatuor dies jam in monumento jacentem. Erat autem Bethania juxta Hierosolymam fere stadiis quindecim: multique ex Judæis venerant ad Martham **659** ac Mariam, ut consolarentur eas de D fratre suo. Martha ergo ut audivit quod Jesus veniret, occurrit illi: Maria vero domi residebat. » Dedita opera exspectavit Dominus ut Lazarus fieret quatriduanus: deinde venit ut miraculum faceret quod nulla ex parte calumniari posset quispiam. Quare autem apponit evangelista quod quindecim stadiis abfuerit Bethania a Hierosolymis? Ut ostenderet, quod multi Hierosolymitanorum merito adfuerint. Non enim longe aberat Bethania. Consolabantur autem mulieres, non quod diligebantur a Christo (etenim conspiraverant, ut si quis confiteretur Christum, extra Synagogam fieret), sed propter calamitatis necessitatem, vel quod reverebantur

[79] II Cor. III, 5.

(*a*) In edit. Lut. desunt quæ sequuntur: *Nonne deliramentum*, etc.

Digitized by Google

eas ut nobiliores, vel quod non erant pessimi qui advenerunt : unde et multi crediderunt ex eis. Cæterum, Martha sola occurrit primum, et non simul assumit secum sororem, quia seorsim illi occurrere et factum annuntiare volebat. Unde ubi illam in spem bonam adduxit, tunc abit et vocat sororem. Prius autem non dixit sorori Mariæ, celare volens eos qui aderant. Nam si Maria audivisset quod « Jesus veniret, » resurrexisset in occursum, et comites fuissent ei præsentes Judæi, quos nolebat Martha scire adventum Christi.

A εὐγενεστέρας αἰδούμενοι, ἢ οἱ μὴ ὄντες πονηροὶ, ἐκεῖνοι παρῆσαν· ὅθεν καὶ πολλοὶ ἐπίστευσαν ἐξ αὐτῶν. Ἡ δὲ Μάρθα μόνη προϋπαντᾷ, καὶ οὐ παραλαμβάνει τὴν ἀδελφὴν, ἐπειδὴ κατ' ἰδίαν αὐτῷ συντυχεῖν ἠβούλετο, καὶ τὸ γεγονὸς ἀπαγγεῖλαι. Ὅθεν ἐπειδὴ αὐτὴν εἰς χρηστὰς ἐλπίδας ἤγαγε, τότε ἄπεισι, καὶ καλεῖ τὴν ἀδελφήν. Πρότερον δὲ οὐ λέγει πρὸς τὴν ἀδελφὴν Μαρίαν, βουλομένη λαθεῖν τοὺς παρόντας. Εἰ γὰρ ἡ Μαρία ἤκουσεν, ὅτι « Ἰησοῦς ἔρχεται, » ἐξανέστη ἂν πρὸς συνάντησιν, καὶ συνηκολούθησαν αὐτῇ καὶ οἱ παρόντες Ἰουδαῖοι, οἷς διαγνωσθῆναι τὸν Ἰησοῦν ἐλθόντα οὐκ ἠβούλετο Μάρθα.

Vers. 21-28. « Dixit ergo Martha ad Jesum : Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus : sed et nunc scio quod quæcunque popoposceris a Deo, daturus sit tibi Deus. Dicit illi Jesus : Resurget frater tuus. Dicit Martha : Scio quod resurget in resurrectione in novissimo die. Dicit ei Jesus : Ego sum resurrectio et vita : qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet. Et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi : Etiam, Domine. Ego credo quod tu sis Christus ille Filius Dei qui in mundum venturus erit. Et cum hæc dixisset, abiit et vocavit Mariam sororem suam clanculum, dicens : Magister adest, et vocat te. » Fidem quidem habebat Martha in Christum, sed non quantam oportebat. Ideo et dicit : « Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. » Quod sane dixit ut non credens absentem potuisse, si quidem voluisset, depellere mortem fratris sui : nam et in sequentibus majorem infirmitatem declarat fidei : « Quæcunque enim petieris, inquit, Deum, dabit tibi [80]. » Vides quod illum sicut virum quemdam virtute præditum et Deo probatum habuerit? Non enim dixit, Quæcunque volueris, facies, sed, « Quæcunque petiveris, dabit tibi. » Ipse autem hanc ejus suspicionem subvertit : « Resurget enim, inquit, frater tuus. » Non enim dixit ei : Etiam, petam Deum, et dabit mihi; non consensit sermoni ejus, sed medio quodam verbo usus est : verumtamen **660** per sequentia auctoritatem et potestatem suam clariorem facit : « Ego sum, dicens, resurrectio et vita. » Quoniam enim mulier adhuc incredula erat, et dictum, « Resurget frater tuus, » non agnoscebat, sed in novissima resurrectione intelligebat illum resurrecturum : sciebat autem et ultimam resurrectionem futuram, et hoc quidem ex divinis Scripturis, et in primis ex continuis Christi sermonibus de resurrectione : igitur quia adhuc mulier erat mulier, mentem ejus excitat Dominus, et quodammodo mortuam fidem ejus suscitat, dicens manifestius : Tu quidem dicis quod quæcunque petiero Deum, dabit mihi : ego autem manifeste hoc tibi dico, quod « Ego sum resurrectio et vita : » et ita virtus mea loco non circumscribitur, sed tam absens quam præsens sanare possum. Ego enim

B Εἶπεν οὖν Μάρθα πρὸς τὸν Ἰησοῦν· Κύριε, εἰ ἦς ὧδε, ὁ ἀδελφός μου οὐκ ἂν ἐτεθνήκει· ἀλλὰ καὶ νῦν οἶδα ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσῃ τὸν Θεὸν, δώσει σοι ὁ Θεός. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου. Λέγει αὐτῷ Μάρθα· Οἶδα ὅτι ἀναστήσεται ἐν τῇ ἀναστάσει ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. Εἶπεν οὖν αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή· ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται· καὶ πᾶς ὁ ζῶν, καὶ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα. Πιστεύεις τοῦτο; Λέγει αὐτῷ· Ναὶ, Κύριε. Ἐγὼ πεπίστευκα, ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος. Καὶ ταῦτα εἰποῦσα ἀπῆλθε, καὶ ἐφώνησε Μαρίαν τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς λάθρα, εἰποῦσα· Ὁ διδάσκαλος πάρεστι, καὶ φωνεῖ σε. » Πίστιν εἶχεν ἡ Μάρθα πρὸς Χριστὸν, ἀλλ' οὐχ ὅσην ἔδει. Διὸ καί φησι· « Κύριε, εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἔθανέ μου ὁ ἀδελφός. » Τοῦτο γὰρ πάντως ἔφη, οἷα μὴ πιστεύουσα, ὅτι καὶ ἀπὼν C ἠδύνατο, εἴπερ ἠβούλετο, ἀποτρέψαι τὸν θάνατον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῆς· καὶ ἔτι διὰ τῶν ἑφεξῆς μείζονα τὴν ἀσθένειαν ἐμφαίνει τῆς πίστεως. « Ὅσα γὰρ, φησὶν, αἰτήσῃ τὸν Θεὸν, δώσει σοι. » Ὁρᾷς ὅτι ὡς ἐνάρετόν τινα ἄνθρωπον καὶ παρὰ Θεῷ εὐδόκιμον τοῦτον ἐνόμιζεν; Οὐ γὰρ εἶπεν, Ὅσα ἂν θέλῃς, ποιήσεις, ἀλλ', « Ὅσα ἂν αἰτήσῃ, δώσει σοι. » Αὐτὸς δὲ ἀνατρέπων τὴν τοιαύτην αὐτῆς ὑπόνοιαν, « Ἀναστήσεται, φησὶν, ὁ ἀδελφός σου. » Οὐ γὰρ εἶπεν αὐτῇ, Ναὶ αἰτήσομαι τὸν Θεὸν, καὶ δώσει μοι, οὐδὲ συνέδραμε τῷ λόγῳ αὐτῆς, ἀλλὰ μέσῃ μέν D ἐχρήσατο λέξει· πλὴν διὰ τῶν ἑξῆς ἐκδηλοτέραν τὴν οἰκείαν αὐθεντίαν καὶ ἐξουσίαν ποιεῖ, « Ἐγώ εἰμι, λέγων, ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή. » Ἐπεὶ γὰρ ἡ γυνὴ ἔτι ἀπιστεῖ, καὶ τὸ, « Ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου, » οὐδ' ἐπέγνω, ἀλλ' ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἀναστάσει νοεῖ αὐτὸν ἀναστήσεσθαι· ᾔδει δὲ τὴν ἐσχάτην ἀνάστασιν ἐσομένην, τοῦτο μὲν καὶ ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν, μάλιστα δὲ ἀπὸ τῶν τοῦ Χριστοῦ συνεχῶν περὶ τῆς ἀναστάσεως ὁμιλιῶν· ἐπεὶ οὖν ἔτι γυνὴ ἦν ἡ γυνὴ, διανιστᾷ αὐτὴν ὁ Κύριος, καὶ ὥσπερ νενεκρωμένην τὴν πίστιν αὐτῆς διεγείρει, φάσκων ἐκδηλότερον· Σύ με [ʃ. σὺ μὲν] λέγεις, ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσωμαι τὸν Θεὸν, δώσει μοι· ἐγὼ δὲ φανερῶς οὕτω σοὶ φημι, ὅτι « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή. » Ὥστε οὐ τόπῳ περικλείεταί μου ἡ δύναμις, ἀλλὰ, καὶ ἀπὼν, καὶ παρὼν, δύναμαι ἰᾶσθαι. Ἐγὼ

[80] Marc. II, 23.

Digitized by Google

γάρ εἰμι ὁ χορηγὸς τῶν ἀγαθῶν, καὶ οὐχ ὡς ἑτέρου δεδόντος, ἀλλ' αὐτὸς ὢν ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή, ἰσχύω καὶ ἀνιστᾷν καὶ ζωοποιεῖν· καί, « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῃ, » τὸν θάνατον τοῦτον τὸν φυσικὸν, « ζήσεται, καὶ πᾶς ὁ ζῶν καὶ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ ἀποθάνῃ, » τὸν ψυχικόν. Ὥστε μὴ θορυβηθῇς· κἂν γὰρ τέθνηκέ σου ὁ ἀδελφὸς, ζήσεται. Καὶ τί λέγω περὶ τοῦ ἀδελφοῦ σου; Οὐδὲ ὑμεῖς, εἴ γε πιστεύετε εἰς ἐμὲ, τεθνήξεσθε, ἀλλὰ τοῦ δεινοτέρου θανάτου κρείττους ἔσεσθε τοῦ ψυχικοῦ. Ὁ δὲ τοῦ δεινοτέρου λυτρούμενος, πολλῷ μᾶλλον τοῦ ἐλάττονος τοῦ σωματικοῦ λυτρώσεται τὸν τεθνηκότα σου ἀδελφόν. Ἐρωτᾷ δὲ τὴν γυναῖκα, εἰ πιστεύει· ἡ δὲ καίτοι τοσαῦτα ἀκούσασα, ὅμως οὐ συνῆκε, τί εἶπεν αὐτῇ ὁ Κύριος, ὑπὸ τοῦ πάθους, οἶμαι, καὶ ἀνοησίαν νοσοῦσα. Ἄλλο γὰρ ἐρωτήσαντος ἐκείνου, ἄλλο αὐτὴ ἀποκρίνεται. Ὁ μὲν γὰρ ἤρετο, εἰ πιστεύει ὅτι αὐτός ἐστιν « ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωὴ, » καὶ ὅτι « ὁ πιστεύων » εἰς αὐτὸν « οὐ μὴ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα, » εἴτε τὸν ψυχικὸν βούλοιο νοεῖν θάνατον, εἴτε τὸν σωματικόν. Καὶ γὰρ ὄντως οἱ πιστοὶ διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως οὐδὲ θνήσκειν λέγονται. Ἡ δὲ τί ἀποκρίνεται; « Ἐγὼ πεπίστευκα, ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος· » καλῶς μὲν μαρτυρήσασα καὶ ἀληθῶς, οὐ μὴν τῇ ἐρωτήσει κατάλληλον ποιησαμένη τὴν ἀπόκρισιν. Τέως μέντοι κερδαίνει τὸ τὴν σφοδρότητα τῆς λύπης καταστεῖλαι, καὶ κωλῦσαι τὸ πολὺ πένθος· λάθρα δὲ καλεῖ τὴν ἀδελφὴν, σφόδρα συνετῶς τοῦτο διαπραξαμένη, διὰ τοὺς ἐκεῖσε παρατυχόντας Ἰουδαίους. Εἰ γὰρ ἔγνωσαν ἐκεῖνοι, ὅτι τῷ Χριστῷ συναντήσουσα ἄπεισιν, ἀνεχώρησαν ἄν, καὶ οὕτως ἔμεινεν ἀμάρτυρον τὸ θαῦμα. Νῦν δὲ νομίσαντες τὴν Μαρίαν εἰς τὸν τάφον ὡς δακρύσουσαν ἔρχεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο συναπελθόντες αὐτῇ, ἀναγκαίως τοῦ θαύματος αὐτόπται καὶ μάρτυρες γεγόνασι. Πῶς δὲ ἡ Μάρθα φησὶ πρὸς τὴν Μαρίαν, ὅτι « Ὁ διδάσκαλος φωνεῖ σε, » καίτοι τοῦ εὐαγγελιστοῦ μὴ ἐπισημηναμένου, ὅτι ἐφώνησεν αὐτὴν ὁ Κύριος; Εἴτε οὖν κατὰ τὸ σιωπώμενον ἐνετείλατο τῇ Μάρθᾳ ὁ Κύριος καλέσαι τὴν ἀδελφὴν, ἢ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἀντὶ φωνῆς νομίσασα εἶναι, φησὶν, ὅτι « Φωνεῖ σε ὁ διδάσκαλος. » Πῶς γὰρ οὐκ ὀφειλόμενον ἦν, τοῦ Χριστοῦ παρόντος, καὶ αὐτὴν πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν; Τὴν γοῦν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, ἀπαιτοῦσαν ἀναγκαίως ἀπαντῆσαι αὐτῷ, φώνημα λέγει ὁ εὐαγγελιστής. « Ὁ διδάσκαλος » γὰρ, φησὶ, πάρεστι, καὶ « φωνεῖ σε· » καὶ ἐπειδὴ « πάρεστιν, » αὐτὸ τοῦτο τὸ παρεῖναι ἀντὶ φωνῆς ποιεῖται πρὸς σέ· ἀπαραίτητον γὰρ τὸ, ἐκείνου παρόντος, εἰς συνάντησιν αὐτοῦ προελθεῖν καὶ σέ.

« Ἐκείνη ὡς ἤκουσεν, ἐγείρεται ταχὺ, καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτόν. Οὔπω δὲ ἐληλύθει ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν κώμην, ἀλλ' ἦν ἐν τῷ τόπῳ ὅπου ὑπήντησεν αὐτῷ ἡ Μάρθα. Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι οἱ ὄντες μετ' αὐτῆς ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ παραμυθούμενοι αὐτὴν, ἰδόντες τὴν Μαρίαν, ὅτι ταχέως ἀνέστη καὶ ἐξῆλθεν, ἠκολούθησαν αὐτῇ, λέγοντες, ὅτι Ὑπάγει εἰς τὸ μνημεῖον, ἵνα κλαύσῃ ἐκεῖ. Ἡ οὖν Μαρία ὡς ἦλθεν ὅπου ἦν ὁ Ἰησοῦς, ἰδοῦσα αὐτὸν, ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, λέγουσα αὐτῷ· Κύριε, εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανέ

A honorum suppeditator sum, et non quasi alius det, sed ipse sum « resurrectio et vita, » valeoque resuscitare et vivificare. « Et qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit » naturali hac morte, « vivet. » — « Et omnis qui vivit, et credit in me, non morietur » morte animæ : et ita ne turberis. Nam quamvis mortuus sit frater tuus, vivet. Et quid dico de fratre tuo? Neque vos, si quidem creditis in me, moriemini, sed prævalebitis graviori animarum morti. Et qui a graviore liberat, multo magis liberabit fratrem tuum qui mortuus est, a minori et corporali. Interrogavit autem et mulierem num credat. At illa quamvis hæc audivisset, attamen non intellexit quid ei dixerat Dominus, præ dolore, opinor, extra mentem constituta. Nam cum ille B interrogasset aliud, aliud ista respondit. Nam ille quidem interrogabat, num credat quod ipse sit « resurrectio et vita, » et quod « qui credit in ipsum, non moriatur in æternum, » sive de corporis sive de animæ morte intelligas. Nam fideles, propter spem resurrectionis, neque mori dicuntur. At illa quid respondet? « Ego credo quod tu es Christus Filius Dei, qui in mundum venisti. » Bene quidem testata fuit et vere, sed non interrogationi congruum reddidit responsum : et tunc lucrata est ut vehementiam doloris mitigaret, ac luctus nimietatem prohiberet. Clam autem vocat sororem, valde prudenter hoc faciens, propter eos qui illic aderant Judæos. Si enim cognovissent illi quod occursura esset Christo, abiissent, et caruisset C testibus insigne miraculum. Quia autem existimabant Mariam ad sepulcrum lacrymatum proficisci, propterea simul abierunt cum ea, miraculique spectatores fuerunt ac testes. Quomodo autem Martha inquit ad Mariam, « Magister vocat te : » tametsi evangelista non assignarit quod vocarit eam Dominus? Hoc scilicet latenter insinuat mandatum Marthæ a Domino ut vocet sororem, vel adventum Christi **661** vocis loco habebat. Dicit igitur : « Vocat te magister. » Quomodo enim Christo præsente non debebat ad illum etiam illa venire? Itaque adventum Domini, qui necessario illam petebat ut occurreret ei, vocationem dicit evangelista : « Magister enim, inquit, adest et te vocat. » Istuc D ipsum adesse pro voce factum est ad te. Detrectare enim non potes quin illum præsentem et tu accedas.

Vers. 29-32. « Illa ut audivit, surgit cito, et venit ad eum. Nondum autem venerat Jesus in castellum, sed erat in eo loco ubi occurrerat ei Martha. Judæi ergo qui erant cum ea in domo, et consolabantur eam, cum vidissent Mariam quod cito surrexisset, secuti sunt eam, dicentes : Vadit ad monumentum, ut ploret ibi. Maria ergo cum venisset eo ubi erat Jesus, videns eum, accidit ad pedes ejus, et dicit ei : Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. » Cum primum audivit adesse

Digitized by Google

Jesum, non segnis fuit Maria, sed « surgit, et ad eum venit. » Unde manifestum quod non prævenisset illam Martha, neque prius, si quidem nosset ista Jesum venturum. « Nondum autem Jesus venerat in castellum. » Tardius enim ibat, ne videretur ad miraculum properare, sed precibus illarum exoratus hoc facere. Et quandoquidem magnum erat futurum miraculum, et quale rarius fecit, erantque multi acquirendi per illud, propter hoc dispensat ut multi fiant miraculi testes. Dicit enim evangelista quod « Judæi qui erant cum illa in domo, secuti sint illam. » Maria autem majori fervore quam soror sua Martha accessit ad Christum. « Viso enim illo, inquit, procidit ad pedes ejus, » non reverita turbam, neque suspicata adesse nonnullos qui inimico erga Christum essent animo. Ad nullum autem hominum respiciebat præsente magistro, idque unum curabat, ut illi summum impenderet honorem. Dicit enim : « Domine, si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus. » Martha autem nihil tale fecit, neque enim procidit, sed magis Christo promittente ei de fratre meliora, apparuit incredula. Tametsi et ipsa Maria adhuc imperfecta videatur, dum dicit, « Si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus, » attamen Christus ad hanc non dicit quod ad sororem ejus, eo quod multa turba aderat, et non erat tempus ejusmodi verborum, sed se illi attemperat, et denudat humanam suam naturam, et humanæ naturæ proprietatem indicat. Audi enim quid dicat evangelista.

μου ὁ ἀδελφός. » Ἅμα τῷ ἀκοῦσαι ὅτι πάρεστιν ὁ Ἰησοῦς, οὐ βραδύνει ἡ Μαρία, ἀλλ' « ἐγείρεται, καὶ πρὸς αὐτὸν ἔρχεται. » Ὅθεν δῆλον, ὡς οὐκ ἂν προέλαβεν αὐτὴν ἡ Μάρθα οὐδὲ πρότερον, εἴπερ ἔγνω αὕτη τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον. « Οὔπω δὲ Ἰησοῦς ἐληλύθει εἰς τὴν κώμην. » Σχολαιότερον γὰρ ἐβάδιζεν, ἵνα μὴ δόξῃ ἑαυτὸν ἐπιρρίπτειν τῷ θαύματι, ἀλλ' ὡς ἀξιούμενος παρ' ἐκείνων, τοῦτο πεποιηκέναι. Καὶ ἐπειδήπερ τὸ μέλλον γενέσθαι θαῦμα μέγα ἦν, καὶ οἷον ὀλιγάκις πεποίηκε, καὶ ἔμελλον πολλοὶ κερδαίνειν δι' αὐτοῦ, διὰ τοῦτο οἰκονομεῖ πολλοὺς γενέσθαι τοῦ θαύματος μάρτυρας. Φησὶ γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι « Οἱ Ἰουδαῖοι οἱ ὄντες ἐν τῷ οἴκῳ μετ' αὐτῆς, ἠκολούθησαν αὐτῇ. » Θερμότερον δὲ ἡ Μαρία παρὰ τὴν ἀδελφὴν Μάρθαν προσῆλθε τῷ Χριστῷ. « Ἰδοῦσα γὰρ αὐτὸν, φησὶν, ἔπεσεν αὐτοῦ πρὸς τοὺς πόδας · » οὐκ αἰδεσθεῖσα τὸν ὄχλον, οὐχ ὑποπτεύσασα ὅλως, ὅτι, εἰκὸς εἶναί τινας ἐκεῖ ἀπεχθῶς τῷ Χριστῷ ἔχοντας · πάντα δὲ ἀνθρώπινον σκοπὸν ἐκβαλοῦσα, παρόντος τοῦ διδασκάλου, καὶ ἔμμονος γενομένη τῆς εἰς αὐτὸν τιμῆς, φησί · « Κύριε, εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανέ μου ὁ ἀδελφός. » Ἡ δὲ Μάρθα οὐδὲν τοιοῦτον ποιεῖ· οὔτε γὰρ προσπίπτει, ἀλλὰ μᾶλλον τῷ Χριστῷ ὑπισχνουμένῳ αὐτῇ περὶ τοῦ ἀδελφοῦ τὰ χρηστότερα φαίνεται ἀπιστοῦσα. Κἂν ἡ Μαρία δὲ ἀτελῶς καὶ αὕτη φαίνεται ἔχουσα διὰ τοῦ εἰπεῖν, « Εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανέ μου ὁ ἀδελφὸς, » ὅμως οὐδὲν πρὸς ταύτην ὁ Χριστὸς λέγει, οἷον πρὸς τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς, διὰ τὸ πολὺν παρεῖναι ὄχλον, καὶ μὴ εἶναι καιρὸν τῶν τοιούτων ῥημάτων. Συγκατα-

βαίνει δὲ μᾶλλον, καὶ ἀπογυμνοῖ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, καὶ τὰ ταύτης οἰκεῖα ἐνδείκνυται. Ἄκουε γὰρ τί φησιν ὁ εὐαγγελιστής.

Vers. 33-37. « Jesus ergo ut vidit eam plorantem, et Judæos qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu, et turbavit seipsum, et dixit : Ubi posuistis eum? Dicunt ei : Domine, veni et vide. Lacrymatus est Jesus. Dixerunt ergo Judæi : Ecce quomodo 662 amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt : Non poterat hic qui aperuit oculos cæci, facere ut hic non moreretur? « Ad lacrymas quidem natura mota est, et turbabatur propter Mariam flentem et ipsam et eos qui aderant. Dominus infremit in affectionem spiritu, hoc est, increpat per spiritum confusionem, et cohibet illam, et sic rogat, ut non cum ululatu esset interrogatio. Quia enim contristatus fuit [homo enim erat vere] ut credibilis esset humana natura, permisit illi propriam operari, et aspere tractat carnem, increpatque eam Spiritus sancti virtute. Itaque caro non ferens increpationem, turbatur et fremit, et cum mœrore pugnat. Hæc autem omnia Dominus naturam pati permittit, ut confirmet quod vere et non apparenter tantum sit homo, et ut doceat nos et terminos et modum tristitiæ ponere ejusque contrarios. Nam absque compassione et lacrymis esse, bestiarum est : multum autem lacrymari, plorare et contristari, mulierum. Igitur cum nostræ carnis et sanguinis particeps esset, particeps quoque fuit humanarum et naturalium affectionum, et istarum mo-

« Ἰησοῦς οὖν ὡς εἶδεν αὐτὴν κλαίουσαν, καὶ τοὺς συνελθόντας αὐτῇ Ἰουδαίους κλαίοντας, ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι, καὶ ἐτάραξεν ἑαυτὸν, καὶ εἶπε · Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; Λέγουσιν αὐτῷ · Κύριε, ἔρχου καὶ ἴδε. Ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς. Ἔλεγον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι · Ἴδε πῶς ἐφίλει αὐτόν. Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν εἶπον · Οὐκ ἠδύνατο οὗτος, ὁ ἀνοίξας τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ, ποιῆσαι, ἵνα καὶ οὗτος μὴ ἀποθάνῃ; » Εἰς δάκρυα μὲν ἡ φύσις ἐκινεῖτο, καὶ συνεχεῖτο διὰ τὴν Μαρίαν κλαίουσαν καὶ αὐτὴν, καὶ τοὺς συνελθόντας. Ὁ δὲ Κύριος ἐμβριμᾶται τῷ πάθει ἐν τῷ πνεύματι, τουτέστιν, ἐπιτιμᾷ διὰ τοῦ πνεύματος τῇ συγχύσει, καὶ ἐπέχει ταύτην, καὶ οὕτως ἐρωτᾷ, ὥστε μὴ μετὰ ὀλοφυρμοῦ γενέσθαι τὴν ἐρώτησιν. Ἐπεὶ γὰρ ἐλυπήθη (ἄνθρωπος γὰρ ἦν ἀληθῶς, καὶ διὰ τὸ πιστώσασθαι τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ἐνέδωκε ταύτῃ τὸ ἴδιον ἐργάσασθαι), καὶ ἐπιπλήττει τῇ σαρκὶ, καὶ ἐπιτιμᾷ αὐτῇ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δυνάμει. Ἡ οὖν σὰρξ μὴ ἐνεγκοῦσα τὴν ἐπιτίμησιν, ταράσσεται, καὶ τρέμει, καὶ τῆς λύπης περικρατεῖ. Ταῦτα δὲ πάντα συγχωρεῖ τὴν φύσιν πάσχειν ὁ Κύριος, ἅμα μὲν καὶ βεβαιῶν, ὅτι ἀληθῶς καὶ οὐ κατὰ φαντασίαν ἄνθρωπος ἦν, ἅμα δὲ καὶ παιδεύων ἡμᾶς καὶ ὅρους καὶ μέτρα τῆς λύπης καὶ τῆς ἀλυπίας τιθεὶς. Τό τε γὰρ ἀσυμπαθὲς καὶ ἄδακρυ, θηριῶδες, τό τε πολύδακρυ καὶ φιλόθρηνον καὶ πολύλυπον, γυναικῶδες. Ἐπεὶ τοίνυν κεκοινώνηκεν

Digitized by Google

ἡμῖν σαρκὸς καὶ αἵματος, τῶν ἀνθρωπίνων καὶ φυσικῶν μετέχει, καὶ μέτρα τούτων ὑποδεικνύει ἡμῖν. Ἐρωτᾷ δέ· « Ποῦ τεθείκατε; » οὐχ ὡς ἀγνοῶν, (πῶς γὰρ, ὅπου, καὶ πόρρωθεν ὤν, ᾔδει ὅτι τετελεύτηκεν;) ἀλλ' ὥστε μὴ δόξας [f. δόξαι], ὡς ἑαυτὸν ἐπιῤῥίπτει τῷ θαύματι, πάντα τε παρ' ἐκείνων μανθάνειν βουλόμενος, καὶ παρακαλούμενος ποιεῖν, ἵνα καὶ πάσης ὑποψίας ἀπαλλάξῃ τὸ σημεῖον. Ἐπειδὴ δὲ οὐδέπω οὐδὲν τεκμήριον τῆς τοῦ Λαζάρου ἀναστάσεως ἐδείκνυτο, οὐδὲ οὕτως ἐνομίζετο ἔρχεσθαι, ὡς ἀναστήσων αὐτὸν, ἀλλ' ὡς θρηνήσων, λέγουσιν αὐτῷ· « Κύριε, ἔρχου καὶ ἴδε. » Οἱ δὲ πονηροὶ Ἰουδαῖοι πάλιν τῆς πονηρίας οὐδ' ὅλως ἀφίενται, καίτοι συμφορᾷ τηλικαύτῃ πρὸ ὀφθαλμῶν αὐτῶν κειμένης· ἀλλὰ τί φασιν; « Οὐκ ἠδύνατο οὗτος, ὁ ἀνοίξας τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ, ποιῆσαι ἵνα μὴ καὶ οὗτος ἀποθάνῃ; » Διαβάλλοντες δὲ τὸ ἐπὶ τῷ τυφλῷ θαῦμα, ταῦτά φασιν. Ὀφείλοντες γὰρ θαυμάζειν τὸ σημεῖον ἐκεῖνο, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ θανάτου τούτου κἀκεῖνο ὡς μὴ γεγονὸς ἐνδιαβάλλουσι, καὶ προκαταλαμβάνουσι ταῖς κατηγορίαις, οὐκ ἀναμένοντες τὸ τέλος τοῦ πράγματος· οὕτω διεφθαρμένοι τὰς γνώμας ἦσαν τῷ φθόνῳ.

A dum ac mensuram nobis demonstravit. Interrogat autem : « Ubi posuistis? » non ut ignorans; quomodo enim ignoraret, qui sciebat et mortuum, cum procul esset? verum vult omnia ab eis discere, ne seipsum miraculo temere ingerere videatur, sed exoratus facere, ut et ab omni suspicione ipsum signum liberaret. Quia autem nulla adhuc conjectura resurrectionis Lazari ostensa erat, neque illuc putabatur venisse ut resuscitaturus illum, sed ut deploraturus, dicunt ei : « Domine, veni et vide. » Maligni autem Judæi iterum malignitatem contexunt, tametsi tanta calamitas ante oculos ipsorum sita erat. Sed quid dicunt? « Non potuit hic qui aperuit oculos cæci facere ut hic non moreretur? » Vellicabant autem miraculum cæci illuminati, B cum deberent signum illud admirari. Et hi a mor e filius etiam illud quasi non esset factum, calumniantur, elevandoque ac taxando præoccupant, et non exspectarunt finem rei. Ita ipsorum mentes corruperat invidia.

« Ὁ Ἰησοῦς οὖν πάλιν ἐμβριμώμενος ἐν ἑαυτῷ, ἔρχεται εἰς τὸ μνημεῖον. Ἦν δὲ σπήλαιον, καὶ λίθος ἐπέκειτο ἐπ' αὐτῷ. Λέγει ὁ Ἰησοῦς· Ἄρατε τὸν λίθον. Λέγει αὐτῷ ἡ ἀδελφὴ τοῦ τεθνηκότος Μάρθα· Κύριε, ἤδη ὄζει· τεταρταῖος γάρ ἐστι. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Οὐκ εἶπόν σοι, ὅτι ἐὰν πιστεύσῃς, ὄψει τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ; Ἦραν οὖν τὸν λίθον, οὗ ἦν ὁ τεθνηκὼς κείμενος. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄνω, καὶ εἶπε· Πάτερ, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἤκουσάς μου· ἐγὼ δὲ ἤδειν, ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις, ἀλλὰ διὰ τὸν ὄχλον τὸν περιεστῶτα εἶπον, ἵνα πιστεύσωσιν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας. » Τί δήποτε ἄνω καὶ κάτω ὁ εὐαγγελιστὴς στρέφει, ὅτι « Ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς, » καὶ ὅτι « ἐνεβριμᾶτο τῷ πάθει; » Διὰ τὸ μαθεῖν ἡμᾶς, ὅτι ἀληθῶς τὴν ἡμετέραν φύσιν περιεβάλετο. Ἐπειδὴ γὰρ παρὰ πάντας τοὺς εὐαγγελιστὰς ὑψηλότερα περὶ τοῦ Κυρίου φθέγγεται, καὶ θεολογεῖ μεγάλα τινὰ, διὰ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς σωματικοῖς πολὺ ταπεινότερα φθέγγεται. Ὅθεν καὶ ἐν τῷ πένθει πολὺ τὸ ἀνθρώπινον ἔχειν φησὶν, ἀπὸ τούτου δεικνύων τῆς σαρκὸς τὴν ἀλήθειαν, ἵνα σὺ μάθῃς ὅτι εἰ καὶ Θεὸς ἦν, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος ἦν. Ὥσπερ γὰρ ὁ Λουκᾶς ἀπὸ τῆς ἀγωνίας, καὶ τοῦ ἱδρῶτος, οὕτω καὶ οὗτος ἀπὸ τοῦ πένθους πιστοῦται, ὅτι σάρκα ἀληθῶς ἐφόρεσε. Τίνος δὲ ἕνεκεν οὐχὶ, τοῦ λίθου ἐπικειμένου, ἐποίησεν ἀναστῆναι τὸν Λάζαρον, ἀλλὰ λέγει, « Ἄρατε τὸν λίθον; » Καὶ γὰρ ὁ σῶμα κινήσας νεκρὸν τῇ φωνῇ, καὶ ψυχώσας τὸν ἤδη διεῤῥυηκότα, πολλῷ μᾶλλον λίθον κινῆσαι ἴσχυσεν ἂν τῇ φωνῇ. « Ἄρατε, λέγει, τὸν λίθον, » ἵνα αὐτοὺς μάρτυρας ποιήσῃ τοῦ θαύματος, ἵνα μὴ πάλιν λέγωσιν ὡς ἐπὶ τοῦ τυφλοῦ, ὅτι « Οὗτός ἐστιν, Οὐκ ἔστιν οὗτος. » Τὸ γὰρ παραγενέσθαι εἰς τὸν τόπον, καὶ τὸν λίθον ἆραι ταῖς αὐτῶν χερσὶν, ἱκανὰ ἦν ἐπιστομίσαι τοὺς ἀγνωμονοῦντας, μάρτυ-

A peccato suo prætexant, neque possint dicere quod Si venisset, credidissemus. Hoc autem quod dicit, **681** Non potuerunt credere, » significat, noluerunt. Nam malus et improbus homo non potest credere, quandiu talis fuerit, mala scilicet eligens ac volens. Porro cum audieris quod « excæcarit oculos eorum Deus, et induruerit cor eorum : » ne putes quod simpliciter hos quidem Deus bonos fecerit, illos autem malos, absit! sed Dei relictionem cæcationem totam intellige : ut exempli gratia quid dicam : Est quispiam non valde malus, cum quo videtur adhuc esse Deus; spes enim est quod convertatur : quando autem malitia repletur homo, tunc derelinquit eum Deus propter malam ejus voluntatem. Dicitur autem homo ut cæcus, privatus B divino lumine, in tenebris malitiæ ambulare, et tunc cæcitas videtur ei divini luminis absentia, et cordis cæcitas, privatio divini verbi, quod corda suscipientium mulcet. Excæcatur consequenter, qui nullos suscipit radios divini verbi; et induratus est, qui sermonem corda mollientem suscipere non vult, et omnino absentia Dei excæcat et obtenebrat. Cum igitur audieris quod excæcet Deus, sic intellige, quod excæcet cum præsens non sit. Si enim adfuisset Deus, non excæcatus fuisset homo. Si erat sol, non utique erant tenebræ. Nunc autem sol facit noctem, sed quo pacto? Occidens : ita et Deus cæcos facit homines, cum non adest eis. Non adest autem propter illorum malitiam, et tunc ut C cæci peccant, non se convertentes, et absque correctione prolabuntur. Videamus autem et Isaiæ dicta, « Domine, quis credidit auditui nostro? hoc est, nullus credidit. Quis enim sæpe in Scriptura usurpari solet pro Nullus : quasi ex persona Christi hoc dicat propheta, dicente Christo scilicet ad Patrem : « Domine, quis credidit auditui nostro : » pro, Nullus credidit sermoni nostro et prædicationi meæ. Prædicationem auditum nominavit. Etenim, « Quæ audivi a Patre meo, inquit, illa dico [23]. » — « Et brachium autem cui revelatum est [24]? » hoc est, Potens signorum virtus, quam brachium nominat, nulli ingratorum Judæorum revelatum est : sed et me tam multa signa facientem calumniantur.

« Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας, ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ. Ὅμως μέντοι καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν· ἀλλὰ διὰ τοὺς Φαρισαίους οὐχ ὡμολόγουν, ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται. Ἠγάπησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. » — « Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας, ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ (32). » Τίνος; Τοῦ Υἱοῦ, καίτοι τοῦ Πατρὸς τὴν δόξαν δοκεῖ ἰδεῖν, ὅσον ἀπὸ τῆς ἀκολουθίας, ὁ προφήτης. Ἐν-

D Vers. 41-43. « Hæc dixit Isaias quando vidit gloriam ejus, et locutus est de eo. Verumtamen etiam ex principibus multi crediderunt in eum : sed propter Pharisæos non confitebantur, ne e Synagoga ejicerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei. »—« Hæc dixit Isaias quando vidit gloriam ejus. » Cujus? Filii, quamvis Patris gloriam videatur spectare, juxta consequentiam prophetiæ. Hoc autem loco evangelista gloriam Filii

[23] Joan. xv, 15. [24] Joan. xii, 38.

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(32) Cod. 26 addit : καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ, « et mentionem fecit ejus. »

Digitized by Google

dicit vidisse Isaiam : Paulus autem Spiritus[25]. Una igitur gloria sanctæ Trinitatis : et quæ Patris, etiam Filii est : et quæ Filii, **682** etiam Spiritus est. Gloriam autem dicit vidisse Isaiam, fumum illum qui apparuit, Seraphin, carbones, altare, thronum. Vidit igitur Isaias hanc gloriam, et locutus est de illo, Filio videlicet. Quid autem locutus est de illo? Ea quæ supra dicta. « Quod excæcarit illorum oculos, et indurarit corda illorum. » Assignavit autem evangelista quod « ex principibus multi crediderint in illum, » ostendens quod et in hoc mentiti sint Pharisæi, dicentes : « Num quis principum credidit in illum? » Ecce « multi crediderunt etiam principum, sed propter Pharisæos non confitebantur. Dilexerunt enim gloriam hominum. » Hoc autem Christus eis prædixit[26] : « Quomodo potestis credere, gloriam ab hominibus accipientes, et gloriam a Deo solo non quærentes? » Itaque evangelista ostendit hoc eis accidere quod ante prædixit eis Christus. Sic ergo non fuerunt principes, sed servi, extremam vilissimamque servitutem servientes. Ex hoc disce quod vanæ gloriæ sectator servus est et ignominiosus.

A ταῦθα δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς δόξαν τοῦ Υἱοῦ, φησὶν, ἰδεῖν τὸν Ἡσαΐαν· ὁ δὲ Παῦλος, τοῦ Πνεύματος. Μία ἄρα ἡ δόξα τῆς ἁγίας Τριάδος, ἡ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, ἥ τε τοῦ ἁγίου Πνεύματός ἐστι. Δόξαν δὲ λέγει ἰδεῖν τὸν Ἡσαΐαν τὸν καπνὸν ἐκεῖνον, ὃν ἐφαντάσθη, τὰ Σεραφεὶμ, τοὺς ἄνθρακας, τὸ θυσιαστήριον, τὸν θρόνον. Εἶδεν οὖν ὁ Ἡσαΐας ταύτην τὴν δόξαν, καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ, τοῦ Υἱοῦ δηλαδή. Τί δὲ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ; Τὰ ἄνω εἰρημένα· « Ὅτι τετύφλωνεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πεπώρωκεν αὐτῶν τὰς καρδίας. » Ἐπισημαίνεται δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι « Καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, » δεικνύων ὅτι καὶ ἐν τούτῳ ἐψεύσαντο οἱ Φαρισαῖοι εἰπόντες· « Μή τις τῶν ἀρχόντων ἐπίστευσεν εἰς αὐτόν; » Ἰδοὺ γὰρ « πολλοὶ ἐπίστευσαν καὶ τῶν ἀρχόντων, ἀλλὰ διὰ τοὺς Φαρισαίους οὐχ ὡμολόγουν. Ἠγάπησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων. » Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Χριστὸς αὐτοῖς προεῖπεν, ὅτι « Πῶς δύνασθε πιστεύειν, δόξαν παρὰ ἀνθρώπων λαμβάνοντες, τὴν δὲ δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ ἀθετοῦντες (33); » Δείκνυσιν οὖν ὁ εὐαγγελιστὴς τοῦτο πάσχοντας αὐτοὺς, ἃ προεῖπεν αὐτοῖς ὁ Χριστός. Οὕτως ἄρα οὐκ ἦσαν ἄρχοντες, ἀλλὰ δοῦλοι, δουλείαν τὴν ἐσχάτην δουλεύοντες. Ἐκ τούτου οὖν μανθάνομεν, ὅτι ἐκεῖνός ἐστι δοῦλος καὶ ἄτιμος, ὁ φιλόδοξος.

B

Vers. 44, 45. « Jesus autem clamavit, et dixit : Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Et qui videt me, videt eum qui misit me. » Occultavit quidem se ad tempus Jesus, cedens paulisper ob iram Judæorum. Iterum autem comparet, ac clamat libere et publice. Ostendens autem « semetipsum æqualem Patri[27], » et Deo non contrarium, dixit, « Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me, » quasi hoc dicens : Quid timuistis credere in me? fides illa quæ est in me, ad Patrem meum transit. Vide autem et sermonis evidentiam. Non dixit, Qui credit mihi, sed, « qui credit in me, » quod fidem in Deum significat. Aliud enim est credere cuipiam, et aliud credere in quempiam. Nam is qui credit alicui, potest intelligi quod credat ei ut vera dicenti : qui autem credit in quempiam, omnino ut in Deum credit. Ideo recte quis crediderit apostolis, at non item in apostolos. Eapropter Dominus non dixit, Qui credit mihi (hoc enim Paulus fortassis et Petrus poterat dicere : Qui credit mihi. Sed et Hebræis quod non crediderint Mosi, opprobratur), majus autem est quod dicit, « Qui credit in me, » per quod ostendit se esse Deum : sicut et discipulis dicit[28], « Creditis in Deum, et in me credite. » Atque ita, quoniam qui credit in illum, fidem ad Patrem transmittit, utique et qui discredit ei, Patri discredit. « Qui autem videt me, videt eum qui misit me. » Nunquid videt lineamenta corporis ejus? Non : neque enim Pater habet cor-

C

Ἰησοῦς δὲ ἔκραξε, καὶ εἶπεν· Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με· καὶ ὁ θεωρῶν ἐμὲ θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με. » Ἐκρύβη μὲν πρὸς καιρὸν ὁ Ἰησοῦς, τῷ θυμῷ τῶν Ἰουδαίων ὑπεξιστάμενος· πάλιν δὲ ἐμφανίζεται, καὶ κράζει παῤῥησίᾳ. Δεικνύων δὲ ἑαυτὸν καὶ ἴσον τῷ Πατρὶ, καὶ οὐκ ἀντίθεον, φησίν· « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με· » ὡσανεὶ τοῦτο λέγων· Τί δεδοίκατε πιστεῦσαι εἰς ἐμέ; Ἡ εἰς ἐμὲ πίστις πρὸς τὸν Πατέρα μου διαβαίνει. Ὅρα δὲ καὶ τὴν ἀκρίβειαν τοῦ λόγου. Οὐκ εἶπεν, ὅτι Ὁ πιστεύων ἐμοὶ, ἀλλ', « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ· » ὃ τὴν εἰς Θεὸν πίστιν δηλοῖ. Ἄλλο γὰρ τὸ πιστεύειν τινὶ, καὶ ἄλλο τὸ πιστεύειν εἴς τινα. Ὁ μὲν γὰρ πιστεύων τινὶ δύναται νοηθῆναι, ὅτι πιστεύει αὐτῷ ἀληθῆ λέγοντι· ὁ δὲ πιστεύων εἴς τινα ὡς εἰς Θεὸν πάντως πιστεύει. Διὸ πιστεύειν μὲν τοῖς ἀποστόλοις, εἴποι ἂν τις· πιστεύειν δὲ εἰς τοὺς ἀποστόλους, οὐκ ἔτι. Διὰ τοῦτο οὖν ὁ Κύριος οὐκ εἶπεν, ὅτι Ὁ πιστεύων ἐμοὶ (τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Παῦλος τυχὸν καὶ ὁ Πέτρος ἠδύναντο εἰπεῖν, ὅτι Ὁ πιστεύων ἐμοί· ἀλλὰ καὶ οἱ Ἑβραῖοι διότι οὐκ ἐπίστευον Μωσεῖ, ὀνειδίζονται), τὸ δὲ μεῖζον εἶπεν, ὅτι « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ· » δι' οὗ δεικνύει ἑαυτὸν Θεὸν ὄντα· ὥσπερ καὶ τοῖς μαθηταῖς λέγει· « Πιστεύετε εἰς Θεὸν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε. » Ὥστε ἐπεὶ ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν τὴν πίστιν εἰς τὸν Πατέρα διαβιβάζει· καὶ ὁ ἀπιστῶν ἄρα αὐτῷ τῷ Πατρὶ ἀπιστεῖ. « Καὶ ὁ θεωρῶν δὲ ἐμὲ θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με. » Ἆρα ὁ θεωρῶν τὸν σωματικὸν χαρα-

D

[25] Rom. x, 19 seqq. [26] Joan. v, 44 ; I Cor. iv, 3. [27] Philipp. ii, 6. [28] Joan. xiv, 1.

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(33) Cod. 31, οὐ ζητοῦντες.

Digitized by Google

κτῆρα; Οὐχί. Οὐ γὰρ δὴ σῶμα ὁ Πατὴρ, ἵνα ὁ θεωρῶν σωματικῶς τὸν Χριστὸν, θεωρεῖν καὶ τὸν Πατέρα λεχθείη· ἀλλὰ θεωρίαν τὴν κατὰ νοῦν ἐνταῦθά μοι νόει· ὥσπερ ἂν εἰ οὕτως ἔλεγεν· Ὁ τὴν ἐμὴν οὐσίαν, ὡς δυνατὸν ἀνθρώπῳ, καταλαβὼν διὰ τῆς θεωρίας τοῦ νοῦ, καὶ τὴν τοῦ Πατρὸς κατείληφεν. Ὁ ἐμὲ γνοὺς, ὅτι Θεὸς, καὶ τὸν Πατέρα πάντως· εἰκὼν γάρ εἰμι τοῦ Πατρός. Διὰ πάντων δὲ τούτων τὸ ὁμοούσιον δηλοῦται τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ. Ἀκουέτωσαν οἱ τὰ τοῦ Ἀρείου νοσοῦντες, ὅτι ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν οὐ πιστεύει εἰς αὐτὸν, ἀλλ' εἰς τὸν Πατέρα· ὥστε ἢ κτίσμα καὶ ὁ Πατὴρ, ἢ οὐδὲ ὁ Υἱός. Ὥσπερ ἂν εἴποι τις, ὅτι Ὁ τὸ τοῦ ποταμοῦ ἀρυόμενος ὕδωρ, οὐ τὸ τοῦ ποταμοῦ, ἀλλὰ τὸ τῆς πηγῆς λαμβάνει· οὕτω καὶ ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, οὐκ εἰς τὸν Υἱὸν πιστεύει τὸν ποταμὸν (οὐδὲ γὰρ ἄλλης οὐσίας ἐστὶν ὁ Υἱὸς, οὐδὲ ἔχει τι παρὰ τὸν Πατέρα), ἀλλ' εἰς τὴν πηγὴν τοῦ ἀγαθοῦ πιστεύει, τὸν Πατέρα φημί.

« Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ ἐν τῇ σκοτίᾳ μὴ μείνῃ. Καὶ ἐάν τίς μου ἀκούσῃ τῶν ῥημάτων, καὶ μὴ πιστεύσῃ, ἐγὼ οὐ κρίνω αὐτόν. Οὐ γὰρ ἦλθον, ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον. » Καὶ πάλιν διὰ τούτου τὴν ὁμοουσιότητα ἐμφαίνει. Ἐπεὶ γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ πανταχοῦ τῆς Γραφῆς φῶς λέγεται, διὰ τοῦτο καὶ περὶ ἑαυτοῦ φησιν· « Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα. » Ὅθεν καὶ ὁ Παῦλος ἀπαύγασμα αὐτὸν ὀνομάζει, δεικνὺς ἐντεῦθεν, ὡς οὐδὲν μέσον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἀλλ' ἅμα Πατὴρ, ἅμα Υἱὸς, ὥσπερ ἅμα τῷ φωτὶ τὸ ἀπαύγασμα. Φῶς οὖν καὶ ὁ Υἱὸς, διά τε τὸ πλάνης ἀπαλλάττειν, καὶ τὸ νοητὸν σκότος λύειν· καὶ ὅτι ὥσπερ τὸ φῶς φανὲν, καὶ ἑαυτὸ δῆλον ποιεῖ, καὶ τὰ λοιπὰ ὁρατά· οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς ἐλθὼν καὶ φανεὶς ἡμῖν, ἑαυτὸν ἐγνώρισε καὶ τὸν Πατέρα, καὶ πρὸς πᾶσαν γνῶσιν τὰς καρδίας τῶν παραδεξαμένων αὐτὸν, ἐφώτισεν. « Ἐάν τις ἀκούσῃ μου, φησὶ, καὶ οὐ πιστεύσῃ, ἐγὼ οὐ κρίνω αὐτόν. Οὐ γὰρ ἦλθον, ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον. » Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Τῷ ἀπιστοῦντι ἀνθρώπῳ οὐκ ἐγὼ αἴτιός εἰμι τῆς κατακρίσεως· οὐ γὰρ ἐπὶ τούτῳ ἦλθον προηγουμένως, ἀλλ' ἐξ ἀποτελέσματος τοῦτο συνέβη. Ἐγὼ μὲν γὰρ ἦλθον, « ἵνα σώσω, » καὶ διὰ τοῦτο ἐδίδαξα. Εἰ δέ τις ἀπιστεῖ, οὐκ ἐγὼ αἴτιός εἰμι αὐτῷ τῆς κατακρίσεως, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτῷ ταύτην ἐπεσπάσατο. Καὶ διὰ τῶν μετὰ ταῦτα δὲ μᾶλλον σαφηνισθήσεται τὸ λεγόμενον· καὶ ἄκουε τῶν ἑξῆς.

« Ὁ ἀθετῶν ἐμὲ, καὶ μὴ λαμβάνων τὰ ῥήματά μου, ἔχει τὸν κρίνοντα αὐτόν. Ὁ λόγος ὃν ἐλάλησα, ἐκεῖνος κρινεῖ αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ· ὅτι ἐγὼ ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα, ἀλλ' ὁ πέμψας με Πατὴρ, αὐτός μοι ἐντολὴν ἔδωκε, τί εἴπω, καὶ τί λαλήσω· καὶ οἶδα, ὅτι ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιός ἐστιν. Ἃ οὖν λαλῶ ἐγὼ, καθὼς εἴρηκέ μοι ὁ Πατὴρ, οὕτω λαλῶ. » Ἐγὼ, φησὶν, οὐδένα κρίνω, ἀλλ' ὁ μὴ πιστεύων ἔχει τὸν κρίνοντα αὐτόν· ὥσπερ εἰώθαμεν καὶ ἡμεῖς πολλάκις λέγειν, ὅταν παιδίον ἀτακτοῦν μέλλω-

A pus, ut qui corporaliter videt Christum, videre dicatur et Patrem, sed intellige hic visionem mentalem sicut si ita diceret, Qui meam substantiam, ut possibile est homini, comprehenderit per 683 contemplationem mentis, et Patris quoque substantiam apprehendit. Qui cognovit me ut Deum, etiam Patrem omnino : quandoquidem imago sum Patris. Per omnia autem hæc manifestatur, eamdem esse substantiam Patris ac Filii. Audiant qui Arianorum morbo laborant : Qui credit in Filium, non credit in eum, sed in Patrem. Itaque aut creatura etiam Pater, aut neque Filius, quemadmodum dixerit quis : Qui haurit aquam ex flumine, non quod fluvii, sed quod fontis sumit ; ita et qui credit in Filium, non in Filium credit fluvium (neque B enim alterius substantiæ est Filius, neque habet aliquid præter Patrem), sed in fontem boni credit, Patrem, inquam.

Vers. 46, 47. « Ego lux in mundum veni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea, et non crediderit, ego non judico eum. Non enim veni in mundum ut judicem mundum, sed ut salvem mundum. » Iterum et per hoc se consubstantialem Patri declarat. Nam quia Pater in Scriptura passim lux dicitur, eapropter et de se ipso dicit : « Ego lux in mundum veni. » Unde et Paulus [29] deradiationem eum nominat, ostendens hoc loco quod nihil medi et inter Patrem ac Filium ; sed ubi Pater, ibi Filius : sicut ubi lux, ibi deradiatio. Lux igitur est Filius, et quia ab C errore liberat, et quia discutit mentales tenebras. Et sicut lux quæ apparuerit, et se manifestam facit, ac cætera visibilia ; ita et Filius qui venit et apparuit nobis, seipsum notum reddidit ac Patrem, et omni scientia corda suscipientium illustravit. « Si quis audierit me, inquit, et non crediderit, ego non judico eum. Non enim veni ut judicem mundum, sed ut salvem mundum. » Hujus dicti talis sensus est : Ei qui discredit homini, illi ego non sum condemnationis auctor : neque enim ad hoc præcipue veni, tametsi hoc ex consequenti eveniat. Ego enim, inquit, veni « ut salvem, » et propter hoc docui. Quod si quis discredit, non ego ei condemnationis sum D auctor, sed ipse sibi ejus auctor est : id quod per ea quæ sequuntur, magis evidens erit, quæ audi.

Vers. 48-50. « Qui rejicit me, nec accipit verba mea, habet qui judicet ipsum. Sermo quem locutus sum, ille judicabit eum in extremo die, quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, et quid loquar : et scio quod mandatum ejus est vita æterna. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor. » Ego, inquit, nullum judico ; sed qui non credit, habet judicantem se : sicut et nos sæpe dicere consuevimus quando puerum incompositum

[29] Hebr. 1, 3

Digitized by Google

verberaturi summus, quod non nos verberamus eum, sed ejus negligentia et dissolutio : et non **684** nos condemnamus eum, sed admonitiones nostræ quibus non paruit, illæ arguunt eum ut inobedientem. Sic igitur et Dominus : « Non ego judico, » sed « sermo quem locutus sum, ille condemnabit. » Quare enim non crediderunt? Num ut adversario Dei, et propriam gloriam quærenti [30] ? Et plane « ego a meipso locutus non sum, » sed omnia a Patre meo dixi. Nusquam meipsum prædicavi, aliud quiddam ab illo sentiens : « sed is qui misit me Pater mandatum mihi dedit quid dicerem, et quid loquerer. » Papæ, quanta verborum humilitas? Nunquid, o Domine, priusquam mitteret te Pater et daret mandatum, non cognoscebas quid loqui oportebat, sed ignarus eras mandati hujus, quod est vita æterna, et non cognoscebas vitam hanc, vitam æternam? et quomodo dixisti, « Ego sum vita? » Vides quæ absurditas prospectet, si non bona consideratione auscultemus. Cognosce igitur quare humiliter loquatur, nempe propter auditores, qui tam infirmi erant. Et quid vult per hæc signare? Nihil aliud, quam nihil se vel dicere vel sentire præter ea quæ Pater. Nam sicut, inquit, qui mandatum referunt, nihil dicunt præterquam eis demandatum : ita sane et ego ipse nihil aliud sentio vel docui præter ea quæ Patri visa sunt. Hoc igitur volens ostendere, concordiam, inquam, sententiæ cum Patre, mentionem fecit hujus exempli, mandati, inquam. Ideo addit [31], « Quæ igitur loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor. » Atque ita quia nihil a memetipso dixi, qualem occasionem prætexent qui non crediderint? Circa controversiam enim condemnabuntur, quod Patri non crediderunt. Nihil igitur humile intelligit orthodoxus ex humilibus illis verbis, « Mandatum accepi, » et similia; sed candide hæc exponit : sicut et hoc, « Mandatum accepi quid dicerem, et quid loquerer. » Sermo enim cum sit Filius, et enarret omnia quæ sunt in mente, in Patre dico, mandatum ab eo se accepisse ait, quid dicat et quid loquatur : sicut et noster sermo, si quando vera dicturi sumus, illa dicit quæ mens ei suggerit, et nusquam alterius substantiæ est sermo quam mens, sed omnino ejusdem substantiæ.

μεν τύπτειν, ὅτι οὐχ ἡμεῖς τύπτομεν αὐτὸ, ἀλλ' ἡ ἀμέλεια αὐτοῦ καὶ ἡ ἀταξία· καὶ οὐχ ἡμεῖς κατακρίνομεν αὐτὸν, ἀλλ' αἱ παραινέσεις ἡμῶν, αἷς οὐκ ἐπείσθη, αὗται κατηγοροῦσιν αὐτοῦ ὡς ἀνηκόου. Οὕτως οὖν καὶ ὁ Κύριος· « Οὐκ ἐγὼ κρίνω, » ἀλλ' « ὁ λόγος, ὃν ἐλάλησα, ἐκεῖνος κατακρίνει. » Διατί γὰρ ἠπίστησαν; ἆρα ὡς ἀντιθέῳ, καὶ τὴν ἰδίαν δόξαν ζητοῦντι; Καὶ μὴν « ἐξ ἐμαυτοῦ ἐγὼ οὐκ ἐλάλησα, » ἀλλὰ πάντα ἀπὸ τοῦ Πατρός μου εἰπών, οὐδαμοῦ ἐμαυτὸν ἀνεκήρυξα ἄλλο τι φρονοῦντα. « Ὁ γὰρ πέμψας με Πατὴρ ἐντολήν μοι δέδωκε, τί εἴπω καὶ τί λαλήσω. » Βάθαι τῆς ταπεινότητος τῶν ῥημάτων! Ἆρα γάρ, ὦ Κύριε, καὶ πρὶν ἢ πέμψῃ σε ὁ Πατὴρ, καὶ δῷ τὴν ἐντολὴν, οὐκ ἐγίνωσκες, τί δεῖ λαλῆσαι, ἀλλ' ἀμαθὴς ὑπῆρχες τῆς ἐντολῆς ταύτης, ἥτις ἐστὶ ζωὴ αἰώνιος, καὶ οὐκ ἐγίνωσκες τὴν ζωὴν ταύτην τὴν αἰώνιον; καὶ πῶς εἶπας, ὅτι « Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή; » Ὁρᾷς τὴν ἀτοπίαν, ὅση ἀνακύπτει, ἐὰν μὴ εὐγνωμόνως κατακούωμεν τῶν λεγομένων; Γνῶθι οὖν, διατί οὕτω ταπεινῶς φθέγγεται, ὅτι διὰ τοὺς ἀκροατὰς ἀσθενεῖς ὄντας. Καὶ τί βούλεται σημᾶναι διὰ τούτων; Τὸ μηδὲν ἕτερον ἢ λέγειν ἢ φρονεῖν παρὰ τὸν Πατέρα δηλαδή. Ὥσπερ γάρ, φησὶν, οἱ ἐντολεῖς οὐδὲν ἐκτὸς τοῦ ἐντεταλμένου λέγουσιν, οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς ἐγὼ οὐδὲν ἕτερον ἢ φρονῶ, ἢ ἐδίδαξα παρὰ τὰ τῷ Πατρὶ δόξαντα. Τοῦτο τοίνυν θέλων ἐνδείξασθαι, τὸ πρὸς τὸν Πατέρα, φημὶ, ὁμόγνωμον, ἐμνήσθη τούτου τοῦ ὑποδείγματος, τῆς ἐντολῆς λέγω. Διὸ καὶ ἐπάγει· « Ἃ οὖν λαλῶ, καθὼς εἴρηκέ μοι ὁ Πατὴρ, οὕτω λαλῶ. » Ὥστε ἐπεὶ οὐδὲν ἀπ' ἐμοῦ εἶπον, ποίαν πρόφασιν προβαλοῦνται οἱ ἀπειθήσαντες; Ἀναμφιλέκτως γὰρ κατακριθήσονται, ὡς τῷ Πατρὶ ἀπιστήσαντες. Μηδὲν οὖν ταπεινὸν ἐννοεῖ [f. ἐννόει] ὁ ὀρθόδοξος, ἀπὸ τῶν ταπεινῶν ῥημάτων, ἤγουν τοῦ, « Ἐντολὴν ἔλαβον, » καὶ τῶν τοιούτων· ἀλλὰ εὐγνωμόνως ταῦτα ἐκλάμβανε, οἷον καὶ τοῦτο τὸ, « Ἐντολὴν ἔλαβον, τί εἴπω, καὶ τί λαλήσω. » Λόγος γὰρ ὢν ὁ Υἱὸς, καὶ ἐκφαίνων πάντα τὰ ἐν τῷ νῷ, τῷ Πατρὶ, φημὶ, ἐντολὴν παρ' αὐτοῦ φησιν λαβεῖν, τί εἴπῃ, καὶ τί λαλήσῃ. Ὥσπερ καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος, εἴγε ἀληθεύειν μέλλοιμεν, ἐκεῖνα λέγει, ἃ ὁ νοῦς αὐτῷ ὑποβάλλει, καὶ οὐ δήπου ἑτεροούσιός ἐστιν ὁ λόγος πρὸς τὸν νοῦν, ἀλλ' ὁμοούσιος πάντως.

CAPUT XIII.

De pelvi sive malluvio. Quomodo Judas exiverit ut Christum traderet. De præcepto se invicem diligendi. De eo qui Petrum interrogavit, quo abiret Jesus.

VERS. 1. « Ante festum autem Paschæ sciens Jesus quod venisset hora ipsius, ut transiret ex hoc mundo ad Patrem : cum dilexisset suos qui erant in mundo, usque ad finem dilexit eos. » Sciebat quidem Dominus **685** et ante omnia sæcula horam

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Περὶ τοῦ νιπτῆρος. Περὶ τοῦ ἐξελθόντος Ἰούδα ἵνα τὸν Χριστὸν παραδώσῃ. Περὶ τῆς ἐντολῆς τοῦ ἀγαπᾶν ἀλλήλους. Περὶ τοῦ ζητοῦντος Πέτρου, ποῦ ὑπάγει ὁ Κύριος.

« Πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἐλήλυθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα, ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τὸν Πατέρα, ἀγαπήσας τοὺς ἰδίους τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ, εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτούς. » Ἤδει μὲν ὁ Κύριος καὶ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων τὴν

[30] Joan. XIV, 6. [31] Joan. XV, 15.

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(34) Cod. 26, Ἐκεῖνος κατακρίνει αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. « Ille condemnabit ipsum in extremo die. »

Digitized by Google

ὥραν τοῦ θανάτου αὐτοῦ· ἐνστάσης δὲ τότε αὐτῆς, πρᾶγμα ποιεῖ πολλῆς τῆς φιλανθρωπίας καὶ συγκαταβάσεως γέμον, καὶ πολλὴν τὴν ἀγάπην ἐμφαῖνον πρὸς τοὺς μαθητάς. Μέλλων γὰρ ἐγκαταλιμπάνειν αὐτοὺς, σφοδροτέραν τὴν ἀγάπην ἐπιδείκνυται. Τὸ γὰρ, « Ἀγαπήσας αὐτοὺς, εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτούς, » τοῦτο δηλοῖ, ὅτι οὐδὲν ἐνέλιπεν, ὧν τὸν σφόδρα ἀγαπῶντα εἰκὸς ἦν ποιῆσαι. Διὸ καὶ τὸ τελευταῖον πάντων τοῦτο ποιεῖ, νίπτων τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, ὥστε αὐτοῖς ἐπιτείναι τὸν πόθον, καὶ πολλὴν αὐτοῖς προαποθέσθαι παράκλησιν πρὸς τὰ μέλλοντα ἐπιέναι δεινὰ, λογισαμένοις ὅτι ὁ οὕτως ἀγαπήσας αὐτοὺς, ὡς καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν νῖψαι, οὐ περιόψεται αὐτοὺς, οὐδὲ ἐν τοῖς δεινοῖς. Μετάβασιν δὲ ὀνομάζει τὸν θάνατον τοῦ Χριστοῦ διὰ τὴν ἐξ ἀναστάσεως ἀνάληψιν. Ἐπεὶ τοίνυν μεταβῆναι ἐμελλεν « ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, » ἐνδείκνυται τὴν πρὸς « τοὺς ἰδίους » ἀγάπην· ἰδίους δὲ τοὺς μαθητὰς ὀνομάζει κατὰ τὸν τῆς οἰκειώσεως λόγον. Ἴδιοι μὲν γὰρ Θεοῦ κατὰ τὸν τῆς δημιουργίας τρόπον καὶ πάντες ἄνθρωποι· καθὸ εἴρηται· « Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον· » ἴδιοι δὲ αὐτοῦ οἱ ἅγιοι κατὰ τὸ οἰκεῖοι αὐτῷ εἶναι· ὥσπερ οὖν καὶ ἐνταῦθα ἰδίους ἐκάλεσε τοὺς μαθητὰς, προσέθηκε δὲ, « τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ, » ἐπειδὴ καὶ ἄλλοι εἰσὶν αὐτοῦ ἴδιοι, Ἀβραὰμ καὶ οἱ πατριάρχαι, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ κόσμῳ· ἐξεδήμησαν γὰρ ἐντεῦθεν. Τούτους δὴ « τοὺς ἰδίους » αὐτῷ « τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ εἰς τέλος ἠγάπησεν· » ὅπερ ἐστὶ, τελείαν ἀγάπην εἰς αὐτοὺς ἐνεδείξατο.

A mortis suæ : cum autem illa instaret, rem facit magnæ misericordiæ et condescensione plenam, miramque erga discipulos præ se fert dilectionem. Relicturus enim illos vehementiorem charitatem ostendit. Nam per hoc quod dicit, « Cum dilexisset suos, usque ad finem dilexit eos : » hoc vult, quod nihil omiserit eorum quæ facere decet eum qui multum diligit. Ideo et postremo pedes discipulorum omnium lavat, ut ingerat magnum desiderium, et magnam eis consolationem afferat in malis quæ passuri erant, si cogitarent quod sic dilexerit eos, ut et pedes eorum laverit : quare neque despecturus sit eos in rebus gravioribus. Transitum autem nominat mortem Christi, propter assumptionem ex resurrectione. Quia igitur transiturus erat « ex hoc mundo, » ostendit charitatem erga « suos. » Suos autem discipulos nominat secundum familiaritatis rationem. Quantum enim, ad rationem creationis, ejus proprii sunt omnes homines, quemadmodum dictum est[35] : « In propria venit : et sui eum non receperunt. » Sui autem etiam sancti, eo quod familiares ei sint, quemadmodum et hoc loco suos vocavit discipulos. Adjecit autem his, « qui in mundo : » quia et alii erant sui, ut Abraham et patriarchæ, sed non in mundo; demigraverant enim ab eo loco. « Hos igitur suos quos in hoc mundo, usque in finem dilexit, » hoc est, perfectam erga illos charitatem declaravit.

B

C

« Καὶ δείπνου γενομένου, τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος Ἰσκαριώτου, ἵνα αὐτὸν παραδῷ, εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πάντα δέδωκεν αὐτῷ ὁ Πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας, καὶ ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθε καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὑπάγει, ἐγείρεται ἐκ δείπνου, καὶ τίθησι τὰ ἱμάτια, καὶ λαβὼν λέντιον, διέζωσεν ἑαυτόν· εἶτα βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα, καὶ ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ ἐκμάσσειν τῷ λεντίῳ, ᾧ ἦν διεζωσμένος. » Θαυμάζων ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι τὸν ἤδη τὴν προδοσίαν ἐκμελετήσαντα ἐνιψε ὁ Χριστὸς, φησὶ, « Τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Σίμωνος· » οὕτως ἄχρι τέλους τὸν προδότην ἐθεράπευε. Καὶ τὸ, « Δείπνου δὲ γενομένου, « οὐ μάτην κεῖται, ἀλλ' ἵνα δειχθῇ τὸ ἀπάνθρωπον τοῦ Ἰούδα, ὅτι οὐδὲ ἡ τῆς τραπέζης κοινωνία κατεδυσώπησεν αὐτόν. « Εἰδὼς οὖν ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πάντα παρέδωκεν αὐτῷ ὁ Πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας· » τουτέστιν, ὅτι τὴν σωτηρίαν τῶν πιστῶν αὐτῷ ἐνεχείρισε, καὶ δεῖ λοιπὸν πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν ὑποδεικνύναι αὐτοῖς, ὁποῖον καὶ τὸ νίψαι τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν. Ταπεινοφροσύνην γὰρ ἐντεῦθεν νομοθετεῖται. Καὶ ἄλλως δέ· « Εἰδὼς (35)

VERS. 2-5. « Et cœna facta, cum diabolus jam immisisset in cor Judæ Simonis Iscariotæ ut proderet eum, sciens Jesus quod omnia sibi dedisset Pater in manus, et quod a Deo exisset, et ad Deum iret, surgit a cœna et ponit vestimenta : et cum accepisset linteum, præcinxit se. Deinde misit aquam in pelvim, et cœpit lavare pedes discipulorum, et exstergere linteo quo erat præcinctus. » Admirans evangelista quod Christus laverit eum qui meditabatur proditionem, dicit, « Cum diabolus immisisset in cor Simonis. » Ita ergo usque ad finem proditoris curam gerebat, nec frustra apponit, « Cœna autem facta : » ut ostendatur inhumanitas Judæ, quem neque mensæ communio placaverat. « Proinde Jesus sciens quod Pater omnia tradidisset ei in manus, » hoc est, quod concredidisset ei salutem fidelium, et debeat nunc omnia, quæ ad salutem eorum pertineant, monstrare eis, « et cœpit lavare pedes discipulorum. » Humilitatis enim lex hoc loco præcipitur. Et aliter, « Cum sciret quod omnia tradidisset ei Pater, et quod a Deo exisset, et ad Deum iret, » non timebat minui glo-

D

[35] Joan. I, 11.

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(35) Cod. 31, Ὑποδεικνύναι αὐτοῖς ὁποῖον καὶ τὸ νίψαι τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν (ταπεινοφροσύνην ἐντεῦθεν νομοθετεῖται), ἐγείρεται ἐκ τοῦ δείπνου, καὶ νίπτει τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν. Καὶ ἄλλως δὲ, εἰδὼς, κ. τ. λ. « Monstrare eis (*a*) : quale nam sit et lavare pedes discipulorum. (Hinc enim humilitas præscribitur.) Surgit a cœna, et lavat pedes discipulorum. Et aliter, cum sciret, » etc.

(*a*) Sic vertendus est Græcus textus.

Digitized by Google

riam suam, lavans pedes discipulorum. Non enim rapuerat gloriam, ut timeret ab illa excidere. 686 Et propterea non dignatur humile quiddam facere sicut qui generosi non sunt, quoniam gloriam rapiunt, nolentes ullo modo humiliari, ut ne perdant quod rapuerant. At omnium rex erat et Dei Filius. Hoc enim vult dum dicit, « A Deo exisset, » hoc est, ex Patris substantia, « et iterum ad Deum iret. » Et ita non minuebatur gloria ejus qui talis est, ex eo quod discipulos lavaret. Considera igitur, quod si humiliari opus est ejus qui a Deo egressus est, et ad Deum vadit : superbire et fastuosum esse, profecto opus est ejus qui a dæmonibus exivit, et ad dæmones vadit. Cum autem audieris, « Dedisset ei Pater : » ne existimes quamdam Filii impotentiam hic declarari, sed disce potius reverentiam erga Patrem et voluntatis concordiam : quia si impotens tibi videtur Filius, eo quod Pater ei ea dedisse dicatur, impotentem intellige et Patrem, eo quod Filius ei regnum tradit, ut Apostolus dicit [38]; sed non ita est. Verum traditio concordiam et cooperationem dicit, ut sic dicam, et beneplacitum Patris. Vide autem et eminentiam humilitatis. Non enim ante cœnam lavat, sed postquam omnes recubuissent, surgit solus ipse, illis recumbentibus, et deponit quidem vestimenta : docens nos ut expediti et leves simus ad ministerium. Linteo autem præcingitur, ipse omnia faciens, lavans et exstergens. Mittit item aquam, et hoc ipse faciens, non alii committens. Hæc autem omnia nobis indicia sunt et præcepta quomodo nos cum omni alacritate ministrare oporteat, et nos ipsos omnia operari, non aliis utentes ministris.

A ὅτι πάντα παρέδωκεν αὐτῷ ὁ Πατὴρ, καὶ ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθε, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὑπάγει, » οὐδὲ ἐλαττωθήσεται ἡ δόξα αὐτοῦ, νίπτοντος τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν. Μὴ γὰρ ἥρπασε τὴν δόξαν, ἵνα φοβῆται ἐκπεσεῖν ταύτης, καὶ διὰ τοῦτο μὴ καταδέχηταί τι ταπεινὸν ποιεῖν; οἷον οἱ δυσγενεῖς πάσχουσιν, ἐπειδ' ἂν δόξαν ἁρπάσωσι, μὴ θέλοντες ὅλως ὑποκλιθῆναι, ἵνα μὴ ἀπολέσωσιν ὃ μὴ διαφέρον αὐτοῖς ἥρπασαν. Ἀλλὰ πάντων βασιλεὺς ἦν, καὶ τοῦ Θεοῦ Υἱός· τοῦτο γὰρ τὸ, « Ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθε, » τουτέστιν, ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας, « καὶ πάλιν πρὸς Θεὸν ὑπάγει. » Ὥστε οὐκ ἐμελλεν ἐλαττωθῆναι ἡ δόξα αὐτοῦ τηλικούτου ὄντος ἐπὶ τοῦ τοὺς μαθητὰς νίψαι. Σκόπει δέ μοι, ὅτι εἰ τὸ ταπεινοῦσθαι ἔργον ἐστὶ τοῦ ἀπὸ Θεοῦ ἐξιόντος, καὶ πρὸς Θεὸν ὑπάγοντος· τὸ ἀλαζονεύεσθαι δηλαδὴ ἐκείνου ἔσται ἔργον, τοῦ ἀπὸ δαιμόνων ἐξιόντος, καὶ πρὸς δαίμονας ἀπιόντος. Ὅταν δὲ ἀκούσῃς, ὅτι « Παρέδωκεν αὐτῷ ὁ Πατὴρ, » μὴ ἀδυναμίαν νομίσῃς ἐνταῦθα ἐμφαίνεσθαι τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα τιμὴν καὶ ὁμόνοιαν. Ἐπεὶ εἰ ἀδύνατός σοι δοκεῖ ὁ Υἱὸς, διότι ὁ Πατὴρ λέγεται αὐτῷ παραδοῦναι, ἀδύνατον νόει καὶ τὸν Πατέρα, διότι ὁ Υἱὸς αὐτῷ τὴν βασιλείαν παραδίδωσιν, ὡς ὁ Ἀπόστολός φησιν. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο· ἀλλ' ἡ παράδοσις τὴν ὁμόνοιαν, καὶ συνεργίαν, ἵν' οὕτως εἴπω, καὶ εὐδοκίαν τοῦ Πατρὸς δηλοῖ. Ὅρα δὲ καὶ τὸ ὑπερβολικὸν τῆς ταπεινώσεως. Οὐ γὰρ πρὸ τοῦ δείπνου νίπτει, ἀλλὰ μετὰ τὸ πάντας ἀναπεσεῖν, ἐγείρεται μόνος αὐτὸς, ἐκείνων ἀναπαυομένων· καὶ ἀποτίθησι μὲν τὰ ἱμάτια, τὸ περὶ τὴν διακονίαν ἀνεμποδίστους ἑαυτοὺς ποιεῖν καὶ ἐλαφροὺς διδάσκων ἡμᾶς· λεντίῳ δὲ διαζώννυται, αὐτὸς πάντα ποιῶν, καὶ τὸ νίψαι, καὶ τὸ ἐκμάξαι· βάλλει δὲ ὕδωρ, καὶ τοῦτο αὐτὸς ποιῶν, καὶ οὐκ ἄλλῳ ἐπιτρέψας· ταῦτα δὲ πάντα δείγματα ἡμῖν εἰσι καὶ νομοθεσίαι τοῦ, πῶς δεῖ διακονεῖν, ὅτι μετὰ πάσης προθυμίας, καὶ αὐτοὺς τὰ πάντα διενεργοῦντας, οὐκ ἄλλοις ὑπουργοῖς χρωμένους.

B

C

Vers. 6, 7. « Venit ergo ad Simonem Petrum, et dicit ei ille : Domine, tu mihi lavas pedes? Respondit Jesus, et dixit ei : Quod ego facio, tu nescis nunc, scies autem postea. » Non primum lavat Petrum, quamvis primatum discipulorum gerebat; sed forte proditor, cum esset impudens et inverecundus, ante Petrum recumbebat, ejusque pedes loti sunt. Unde hoc manifestum? « Cœpit, inquit, pedes discipulorum lavare et exstergere, » deinde « venit ad Simonem Petrum. » Atque ita declarat quod non primo laverit Petrum. Non enim dixisset quod venisset ad Simonem Petrum, nisi alium quemdam ante Petrum lavisset. Ex aliis itaque discipulis nullus sustinuisset ante Petrum lavari. Proditorem autem hoc assum fuisse possibile est. Nam si ab aliis discipulis cœpisset lavare quempiam, prohibuisset Dominum ille quisquis fuisset, et dixisset quæ et Petrus, « Domine, tu meos lavas pedes? » et non permisisset. Non igitur illum alium lavit prius quam proditorem, et deinde Petrum. A Petro autem eruditos cæteros verisimile

D « Ἔρχεται οὖν πρὸς Σίμωνα Πέτρον, καὶ λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος· Κύριε, σύ μου νίπτεις τοὺς πόδας; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ὃ ἐγὼ ποιῶ, σὺ οὐκ οἶδας ἄρτι, γνώσῃ δὲ μετὰ ταῦτα. Οὐ πρῶτον τὸν Πέτρον νίπτει, εἰ καὶ τὰ πρωτεῖα τῶν μαθητῶν ἐφέρετο, ἀλλὰ τάχα ὁ προδότης ἰταμὸς ὢν καὶ ἀναίσχυντος, πρὸ τοῦ Πέτρου κατεκλίνετο, καὶ τοὺς πόδας ἐνίψατο. Πόθεν τοῦτο δῆλον; Ἐντεῦθεν· « Ἤρξατο, φησὶ, νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν καὶ ἐκμάσσειν· » εἶτα « ἔρχεται πρὸς Σίμωνα Πέτρον. » Ὥστε δηλοῖ, ὅτι οὐ πρῶτον τὸν Πέτρον ἔνιψεν. Οὐ γὰρ ἂν εἶπεν, ὅτι « Ἔρχεται πρὸς Σίμωνα Πέτρον, » εἰ μὴ ἄλλον τινὰ πρὸ τοῦ Πέτρου ἔνιψεν. Ἐκ τῶν ἄλλων μὲν οὖν μαθητῶν οὐκ ἄν τις ηὐθαδιάσατο, ὡς πρὸ τοῦ Πέτρου νίψασθαι· τὸν δὲ προδότην τοῦτο τολμῆσαι ἐνδέχεται. Εἰ γὰρ ἐκ τῶν ἄλλων μαθητῶν ἤρξατο νίψαι τινὰ, ἐκώλυσεν ἂν τὸν Κύριον ἐκεῖνος, ὅστις ἂν ἦν, καὶ εἶπεν ἃ καὶ Πέτρος· « Κύριε, σύ μου νίπτεις τοὺς πόδας; » Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο. Οὐκ ἄρα τινὰ τῶν ἄλλων ἔνιψε πρῶτον, ἀλλὰ τὸν προδότην, εἶτα τὸν

[38] I Cor. xv, 15.

Digitized by Google

Πέτρον. Ἐκ δὲ τοῦ Πέτρου παιδευθέντας τοὺς λοιποὺς, εἰκὸς μὴ ἀντιβῆναι, ἀλλὰ καταδέξασθαι τὴν τοιαύτην τιμὴν παρὰ τοῦ Ἰησοῦ προσαγομένην αὐτοῖς. Ὅρα δὲ καὶ τοῦ Πέτρου τὰ ῥήματα, πόσην ἔμφασιν ἔχουσι· « Σύ μου νίπτεις τοὺς πόδας » ταῖς χερσὶ ταύταις, αἷς λεπροὺς ἐκαθάρισας, αἷς νεκροὺς ἀνήγειρας, αἷς ὀφθαλμοὺς τυφλῶν ἀνέῳξας; Σὺ ὁ ταῦτα καὶ πλείω ποιήσας, ἐμοῦ τοῦ δούλου, τοῦ ἀμαθοῦς, καὶ οὐ χεῖρας, οὐδὲ ἄλλο μέρος ἐντιμότερον, ἀλλὰ πόδας, τὸ ἔσχατον πάντων, τὸ μάλιστα ῥυπαινόμενον μέλος καὶ ἄτιμον δοκοῦν; Τί δὲ ὁ Κύριος; « Ὃ ποιῶ ἐγὼ, σὺ νῦν οὐκ οἶδας, » ὅτι ταπεινοφροσύνην περιέχει πολλὴν, καὶ ταύτην διδάσκω καὶ ὑμᾶς. « Μετὰ ταῦτα » μέντοι, ὅτε τῷ ἐμῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐκβαλεῖς, ὅταν ἴδῃς με εἰς οὐρανοὺς ἀναλαμβανόμενον, ὅταν παρὰ τοῦ Πνεύματος μάθῃς, ὅτι ἐκ δεξιῶν κάθημαι τοῦ Πατρὸς, τότε « γνώσῃ, » ὅτι ὁ οὕτω ταπεινωθεὶς, ὡς καὶ τοὺς πόδας σου νίψαι, ἐκεῖνός σοι δίδωσι τὴν τοσαύτην δύναμιν κατὰ δαιμόνων, καὶ ἀνελήφθη, καὶ συνεδοξάσθη τῷ Πατρὶ, μηδὲν ἐλαττωθεὶς ἐκ τοῦ ταπεινοῦσθαι· καὶ οὕτω λοιπὸν ἐνστερνίσῃ καὶ αὐτὸς τὴν ταπείνωσιν, ἢ μᾶλλον ὑψοῖ, καὶ οὐκ ἐλαττοῖ.

« Λέγει αὐτῷ Πέτρος· Οὐ μὴ νίψῃς τοὺς πόδας μου εἰς τὸν αἰῶνα. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ. Λέγει αὐτῷ Σίμων Πέτρος· Κύριε, μὴ τοὺς πόδας μου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὴν κεφαλήν. » Σέβας πολὺ τῷ Πέτρῳ πρὸς τὸν διδάσκαλον, διὸ καὶ εὐλαβεῖται σφόδρα καὶ ἀποπέμπεται τὴν τοιαύτην θεραπείαν. Κἂν γὰρ καὶ ἄλλοτε ἐπετιμήθη παρὰ Χριστοῦ, καὶ ἔδει διὰ γοῦν τὴν ἐπιτίμησιν ἐκείνην καταδέξασθαι καὶ νῦν ὑπονίπτοντος αὐτὸν τοῦ Κυρίου, ἀλλ' οὖν διὰ τὸ μέγα καὶ πολὺ εἶναι τὸ νῦν παρὰ Χριστοῦ γινόμενον, παραιτεῖται, καὶ οὐχ ὑπολογίζεται, ὅτι πάλιν αὐτῷ ἐπιτιμήσει ἴσως σφοδρότερον ὡς ἀπειθοῦντι ὁ Κύριος. Τί οὖν ὁ Χριστός; Οὐ λέγει αὐτῷ, ὅτι Ταπεινοφροσύνην σε διδάσκω, ὦ Πέτρε, καὶ διὰ τοῦτο νίπτω σου τοὺς πόδας. Εἶπε γὰρ ἂν αὐτῷ ὁ Πέτρος, καὶ ἐπωμόσατο, ὅτι καὶ χωρὶς τοῦ τοὺς πόδας νίψασθαι τὴν ταπεινοφροσύνην ἀσκήσει. Ἀλλὰ τί φησι πρὸς αὐτόν; Ὃ μάλιστα ἐγίνωσκε δάκνον αὐτοῦ τὴν καρδίαν, τοῦτο ἐπισείει αὐτῷ, καθάπερ τι φόβητρον, « Ἐὰν μὴ νίψω σε, λέγων, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ. » Ἐπεὶ γὰρ αὐτὸς ἦν ὁ μάλιστα πάντων τῶν ἄλλων μαθητῶν ποθῶν συνεῖναι Χριστῷ (διὸ καὶ ἠρώτα· « Ποῦ ὑπάγεις; » καὶ, « Τὴν ψυχήν μου ὑπὲρ σοῦ θήσω, » ἐπαγγελλόμενος ἐξ ἀγάπης), διὰ ταύτης τῆς ἀπειλῆς κατασείει αὐτοῦ τὴν ψυχήν. « Ἐὰν γὰρ μὴ νίψω σε, φησὶν, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ. » Ὡς οὖν ἤκουσε Πέτρος ταύτην τὴν φοβερὰν ἀπειλὴν, ὅσον ἦν ἐν τῇ παραιτήσει σφοδρὸς, τοσοῦτον καὶ ἐν τῇ συγχωρήσει, μᾶλλον δὲ καὶ σφοδρότερος, ὅσῳ καὶ τὴν κεφαλὴν εἰς τὸ νίψασθαι δίδωσιν. Ἀμφότερα δὲ ἐξ ἀγάπης· ἥ τε γὰρ παραίτησις ἐκ τοῦ σφόδρα τιμᾷν τὸν Κύριον, ἥ τε συγχώρησις ἐκ τοῦ μὴ θέλειν χωρισθῆναι αὐτοῦ. Σὺ δέ μοι, ὅταν ἴδῃς τινὰ σφόδρα

est non contravenisse, sed honorem hunc a Domino A
687 suscepisse. Vide autem et Petri verba quantam habeant emphasim, « Tu lavas meos pedes » manibus illis quibus oculos cæcorum aperuisti, quibus leprosos mundasti, quibus mortuos suscitasti? Tu qui hæc et majora fecisti, meos, servi imperiti, et non manus, neque aliam partem honestiorem, sed pedes, qui extremæ omnium maxime sordidæ partes ac ignominiosæ habentur? Quid igitur ait Dominus? « Quod ego facio, tu nunc nescis, » quod summam humilitatem in se continet, et eamdem vos quoque doceo. « Posthac, » quando ejicies in meo nomine dæmonia, quando videbis me in cœlum sumi, quando a Spiritu disces quod ad dexteram sedeam Patris, tunc « scies » quod ille B qui ita sic se humiliat ut et pedes tuos lavet, tibi det tantam virtutem contra dæmones, et assumptus sit, et glorificatus cum Patre, in nullo imminutus propter suam humiliationem. Et ita nunc in pectore tuo conserves etiam ipse humilitatem, quæ te magis exaltabit, quam humiliabit.

Vers. 8, 9. « Dicit ei Petrus : Non lavabis pedes meos in æternum. Respondit ei Jesus : Si non lavero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus : Domine, non tantum pedes meos, sed et manus, et caput. » Magna reverentia Petri erga magistrum, unde et religiose hanc ejus curam a se amandat. Quamvis autem et alio loco increpatus C fuerit a Christo [34], et oportebat certe et ob increpationem superiorem nunc permittere ut lavaret ipsum Dominus ; tamen quia usque adeo magnum erat quod a Christo gerebatur, recusat; et non cogitat quod iterum increpaturus sit eum vehementius tanquam inobedientem Dominus. Quid igitur Christus? Si dixisset, Humilitatem te doceo, o Petre, et propterea lavo tuos pedes : dixisset utique ei Petrus, et jurasset, quod etiam absque pedum lotione humilitatem exercuerit. Sed quid dicit ad illum? Quod maxime sciebat cor ejus vellicaturum, incutit ei tanquam terriculamentum quoddam, « Nisi lavero te (dicens) non habes partem mecum. » Nam cum ipse præ omnibus aliis discipulis D magis desideraret esse cum Christo, ideo rogabat, « Quo vadis? » et, « Animam meam pro te ponam, » promittebat ex charitate : hujusmodi minis animum concutit. « Nam si non lavero te, inquit, non habes partem mecum. » Ubi audivit Petrus terribiles hasce minas, quam vehemens erat detrectando, tam vehemens, imo vehementior erat admittendo, ita ut et caput ad lavandum daret. Utrumque autem ex charitate fiebat : et detrectatio, quia plurimum observabat Dominum : et admissio, quia a Domino separari nolebat. Tu autem cum videris aliquem valde urgentem præ temeritate, ac dicentem, et cum juramento, 688 Nunquam faciam

[34] Matth. xviii, 21, 22.

Digitized by Google

hoc : et deinde reverentia juramenti permanere in hoc, quod male decreverat, pertinacem, et ex eo periclitantem vel in anima, vel in corpore, recte utaris hoc Petri exemplo, qui cum pertinax esset, ubi vidit pertinaciam vergere in separationem a Christo, abstitit ab illa.

Vers. 10. « Dicit ei Jesus : Qui lotus est, non opus habet nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus : et vos mundi estis, sed non omnes. » Sciebat enim quisnam esset qui proderet se : propterea dixit, « Non estis mundi omnes. » Sumpta occasione Dominus arguit proditorem ut eum ab immunda sententia abduceret, et indigentem lavari a malitia in aliam sententiam transferret. Vos igitur, inquit, cum sitis loti, non indigetis alio lavacro. Unus autem est immundus, qui lotione opus habet. Quærunt autem multi quomodo dixerit Dominus apostolis, « Vos mundi estis. » Nondum enim erant liberati a peccatis, nondum Spiritum assecuti erant. Adhuc enim peccatum prævalebat, adhuc maledictio operabatur. Nondum enim « Agnus qui tollit peccata mundi [34], » immolatus erat. Nondum suspensus in ligno, a maledicto nos redemerat. Quomodo igitur mundi fuerunt apostoli? Est igitur dicendum quod quamvis non fuerint omnino liberati a peccatis, attamen propter sermonem, inquit, quem locutus sum vobis, « mundi estis : » hoc est, secundum hoc nunc estis mundi, nunc lucem accepistis, nunc liberati estis ab errore Judaico : quia et Isaiam audi, quomodo doceat nos lavari : « Lavamini, et mundi estote, deponite malitias ab animabus vestris [35]. » Et ita etiam illi quia cum magna innocentia et simplicitate versabantur cum Christo, merito loti et mundi a Domino dicuntur. Intellexerunt autem quidam per cœnam agnitionem mysterii secundum Christum in fine sæculorum, quam Christus docens suos discipulos, lavat et pedes ipsorum, non ut maculam habentes, sed ut paratos eos faciens ad Evangelium, juxta hoc, quod dictum est ab Isaia; « Quam speciosi pedes evangelizantium pacem [36]. » — « Nam vos quidem, inquit, mundi estis, » sed quantum ad vos attinet. Oportet autem ob aliorum purificationes vos mitti : quod per lotionem pedum docetur. Lavacrum igitur non facit ut intelligamus purificationem peccatorum apostolorum (mundi enim esse perhibentur), sed symbolum est quod mittendi sint in prædicationem, et transvehant etiam ad alios homines puritatem, quæ ipsis data est per Verbum Dominicum. Idcirco et Petrus inquit, « Non solum pedes meos laves, sed et caput, » hoc est, non ad prædicationem tantum mittas me, sed et caput meum per martyrium purifica. Intellige autem quod et nunc hæc perficiantur. **689** Etenim et nunc cœna fit in divina sacra operatione divini corporis et sanguinis quæ proponuntur. Quid igitur ab uno

A ἐνιστάμενον ἐκ προπετείας, καὶ λέγοντα καὶ μεθ' ὅρκου, ὅτι Οὐ μὴ ποιήσω τόδε, εἶτα αἰδοῖ τοῦ ὅρκου ἐμμένοντα τῷ κακῶς κεκριμένῳ, καὶ ἐκ τούτου κινδυνεύοντα, ἢ περὶ ψυχήν, ἢ περὶ σῶμα· εὐστόχως ἂν χρήσαιο τῷ τοῦ Πέτρου ὑποδείγματι, ὃς ἐνιστάμενος, ἐπειδὴ εἶδε τὴν ἔνστασιν εἰς τὸν ἀπὸ Χριστοῦ χωρισμὸν φέρουσαν, ἀπέστη ταύτης.

« Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι, ἀλλ' ἔστι καθαρὸς ὅλος· καὶ ὑμεῖς καθαροί ἐστε, ἀλλ' οὐχὶ πάντες. » Ἤδει γὰρ τὸν παραδιδόντα αὐτόν· διὰ τοῦτο εἶπεν, ὅτι « Οὐχὶ πάντες καθαροί ἐστε. » Ἀφορμῆς δραξάμενος ὁ Κύριος, ἐλέγχει τὸν προδότην, ὡς ἀκάθαρτον γνώμην ἔχοντα, καὶ δεόμενον τοῦ ἀπολούσασθαι τὴν πονηρίαν, καὶ μεταβουλεύσασθαι. Ὑμεῖς μὲν οὖν, φησὶ, B λελουμένοι ὄντες, οὐ δέεσθε ἔτι ἄλλου λουτροῦ· εἷς δέ ἐστιν ὁ ἀκάθαρτος ὁ δεόμενος ἐκπλύσεως. Ζητοῦσι δὲ πολλοὶ, πῶς εἶπεν ὁ Κύριος τοῖς ἀποστόλοις, ὅτι « Ὑμεῖς καθαροί ἐστε· » οὔπω γὰρ τῶν ἁμαρτημάτων ἀπηλλάγησαν, οὔπω Πνεύματος ἠξίωντο. Ἔτι γὰρ ἡ ἁμαρτία ἐκράτει, ἔτι ἡ κατάρα ἐνήργει. Οὔπω γὰρ « ὁ Ἀμνὸς ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου » ἐσφάγη, οὔπω ἐκρεμάσθη ἐπὶ τοῦ ξύλου ὁ ἐκ τῆς κατάρας ἡμᾶς ἐξαγοράσας. Πῶς οὖν ἦσαν καθαροὶ οἱ ἀπόστολοι; Ἔστιν οὖν εἰπεῖν, ὅτι εἰ καὶ μὴ τῶν ἁμαρτιῶν ἀπηλλάγησαν πάντη, ἀλλ' οὖν διὰ τὸν λόγον, φησὶν, ὃν λελάληκα ὑμῖν, « καθαροί ἐστε· » τουτέστι, Κατὰ τοῦτό ἐστε καθαροὶ τέως. Ἤδη τὸ φῶς ἐδέξασθε, ἤδη τῆς πλάνης ἀπηλλάγητε τῆς Ἰουδαϊ- C κῆς. Ἐπεὶ καὶ Ἡσαΐας, ἄκουε, πῶς διδάσκει ἡμᾶς λούεσθαι· « Λούσασθε, καὶ καθαροὶ γίνεσθε· ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν. » Ὥστε καὶ αὐτοὶ, ἐπεὶ μετὰ πάσης ἀκακίας καὶ ἀδολότητος συνῆσαν τῷ Χριστῷ, εἰκότως λελουμένοι καὶ καθαροὶ παρὰ τοῦ Κυρίου λέγονται. Ἐνόησαν δέ τινες δεῖπνον τὴν ἐν τῷ τέλει τῶν αἰώνων τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου γνῶσιν, ἣν ὁ Ἰησοῦς διδάσκων τοὺς οἰκείους μαθητὰς νίπτει καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν, οὐχ ὡς ῥύπον ἔχοντας, ἀλλ' ἑτοίμους αὐτοὺς ποιῶν εἰς τὸ Εὐαγγέλιον, κατὰ τὸ ὑπὸ Ἡσαΐου ῥηθέν· « Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην. » — « Ὑμεῖς μὲν γὰρ, φησὶν, καθαροί ἐστε, » ἀλλὰ καθ' ἑαυτούς· δεῖ δὲ καὶ περὶ τὴν ἑτέρων κάθαρσιν ἀποσταλῆναι ὑμᾶς· ὃ διὰ [τοῦ] τοὺς πόδας ὑμῶν D νίπτεσθαι δηλοῦται. Ὁ τοίνυν νιπτὴρ οὐ κάθαρσιν δίδωσιν ἡμῖν νοεῖν τῶν ἁμαρτιῶν τῶν ἀποστόλων (καθαροὶ γὰρ μαρτυροῦνται), ἀλλὰ σύμβολόν ἐστι τοῦ στέλλεσθαι αὐτοὺς ἐπὶ τὸ κήρυγμα, διαπορθμεύσαντας καὶ τοῖς ἄλλοις τὴν παρὰ τοῦ Λόγου τοῦ Δεσποτικοῦ δοθεῖσαν αὐτοῖς καθαρότητα. Διὸ καὶ Πέτρος, « Μὴ τοὺς πόδας μου νίψῃς μόνον, φησὶν, ἀλλὰ καὶ τὴν κεφαλήν· » τουτέστι, Μὴ εἰς τὸ κήρυγμα μόνον πέμπε, ἀλλὰ καὶ τὴν κεφαλήν μου διὰ τοῦ μαρτυρίου καθάρισον. Ἐκλάμβανε δή μοι καὶ ὡς νῦν ταῦτα τελούμενα. Καὶ γὰρ καὶ νῦν δεῖπνον γίνεται ἐν τῇ θείᾳ ἱερουργίᾳ τοῦ θείου σώματος καὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ προκειμένου. Τί οὖν ἀπαιτεῖται ἕκα-

[34] Joan. I, 29. [35] Isa. I, 16. [36] Isa. LII, 7.

Digitized by Google

στος ἡμῶν ποιεῖν, ἄκουε· Ἔχομεν ἐν ἑαυτοῖς ἅπαντες εἰς Χριστὸν πιστεύσαντες, τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα. Πάντες γὰρ ὑπεδεξάμεθα τὸν Χριστὸν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, ἀλλ' ὀφείλομεν ἐν τῷ δείπνῳ τούτῳ τῷ θείῳ ἐξανιστᾶν τὸν Λόγον, καὶ ἀποτίθεσθαι αὐτοῦ τὰ ἱμάτια, ἃ συγκαλύπτουσιν αὐτόν. Ἱμάτιον δέ ἐστιν ἡ φιλαργυρία, ἱμάτιον ἡ κενοδοξία, ἱμάτιον ὁ φθόνος, καὶ ἕκαστον τῶν ἄλλων παθῶν, ἃ τῷ ἐν ἡμῖν θείῳ Λόγῳ ἐπικείμενα βαρύνουσιν αὐτόν. Ταῦτα τοίνυν δεῖ ἀποτίθεσθαι ἐγειρομένου τοῦ Λόγου, ἵνα ἐλαφρὸς ὢν δύνηται τὴν ἡμετέραν διὰ μετανοίας κάθαρσιν ἐνεργῆσαι. Ἐγερθεὶς γὰρ ὁ Λόγος, καὶ πᾶν φορτίον καὶ μέριμναν βιωτικὴν ἀποθέμενος, νίψει τοὺς ἡμετέρους λογισμοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ὄντας, καὶ ἑπομένους αὐτῷ· νίψει δὲ τοὺς πόδας, τουτέστι, τὰς πρακτικὰς ἡμῶν κινήσεις καὶ τὰ διαβήματα ἡμῶν. Εἰ δέ τις δεῖται ἑτέρας καθάρσεως, καὶ τῆς ἐν τῷ διδασκαλικῷ καὶ θεωρητικῷ εὐδοκιμήσεως ἐφίεται, λεγέτω πρὸς τὸν Κύριον· « Κύριε, μὴ τοὺς πόδας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὴν κεφαλήν· » τουτέστι, Μὴ μόνον τὰ διαβήματά μου καθαρίσῃς, ἀλλὰ καὶ τὰς χεῖρας, ὡς ἂν καὶ ἑτέρους χειραγωγεῖν καὶ πρὸς τὸ καλὸν προσλαμβάνεσθαι δύνωμαι· καὶ τὴν κεφαλήν, ἵνα ἐν τῷ θεωρητικῷ καὶ θεολογικῷ μέρει κεκαθαρμένην καὶ ἀρύπαντον τὴν περὶ τὸ Θεῖον δόξαν ἔχω. Οὕτως οὖν διὰ τῆς ἐξομολογήσεως δυνάμεθα νίψασθαι, ὡς ἂν μὴ ἀναξίως μετάσχωμεν τοῦ δείπνου, « καὶ κρῖμα ἑαυτοῖς φάγωμεν καὶ πίωμεν. »

« Ὅτε οὖν ἔνιψε τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ ἔλαβε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἀναπεσὼν πάλιν εἶπεν αὐτοῖς· Γινώσκετε τί πεποίηκα ὑμῖν; Ὑμεῖς φωνεῖτέ με ὁ διδάσκαλος, καὶ ὁ Κύριος· καὶ καλῶς λέγετε· εἰμὶ γάρ. Εἰ οὖν ἐγὼ ἔνιψα ὑμῶν τοὺς πόδας, ὁ Κύριος καὶ ὁ διδάσκαλος, καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε ἀλλήλων νίπτειν τοὺς πόδας. Ὑπόδειγμα γὰρ ἔδωκα, ἵνα καθὼς ἐγὼ ἐποίησα ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ποιῆτε. Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ, οὐδὲ ἀπόστολος μείζων τοῦ πέμψαντος αὐτόν. » Οὐκ ἔτι πρὸς τὸν Πέτρον μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἅπαντας διαλέγεται, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς τοσαύτης περὶ ἑαυτοῦ ταπεινοφροσύνης τίθησιν. Ἡ δέ ἐστι τὸ δεῖν μιμητὰς αὐτοὺς τούτου γίνεσθαι. Μή ποτε οὖν καὶ ὅταν ἔλεγε τῷ Πέτρῳ, ὅτι « Γνώσῃ δὲ μετὰ ταῦτα, » περὶ τούτου τοῦ νῦν καιροῦ ἔλεγε; « γνώσῃ » γὰρ, ὦ Πέτρε, « μετὰ ταῦτα, » ὅτε λαβὼν τὰ ἱμάτιά μου καὶ ἀναπεσὼν, ἄρξομαι διδάσκειν ὑμᾶς καὶ λέγειν· « Γινώσκετε τί πεποίηκα ὑμῖν; » — « Εἰ γὰρ ἐγὼ » ὁ παρ' ὑμῶν μαρτυρούμενος « ὁ Κύριος καὶ διδάσκαλος, » καὶ οὐ ψευδῶς μαρτυρούμενος (εἰμὶ γὰρ), τοὺς πόδας ὑμῶν ἔνιψα (καὶ οὐκ εἶπε, τῶν δούλων, τῶν ἀγραμμάτων καὶ ἀμαθῶν, ἀλλ' ἀφῆκε τοῦτο συλλογίζεσθαι)· ὑμεῖς ἀναγκαιότατον χρέος ἔχετε, « ἀλλήλων νίπτειν τοὺς πόδας· » τουτέστι, πᾶσαν διακονίαν ἀλλήλους [*f.* ἀλλήλοις] ὑπουργεῖν. Διὰ γὰρ τοῦ νίπτειν, ὅπερ ἐσχάτη ὑπηρεσία δοκεῖ, καὶ τὰς ἄλλας πολλῷ μᾶλλον τὰς ἐντιμοτέρας τελεῖν

A quoque ut faciat exigatur, audi : Habemus in nobis omnes qui in Christum credimus, Verbum Dei et Evangelii prædicationem. Omnes enim suscepimus Christum in cordibus nostris. Sed debemus in cœna illa divina excitare Verbum ut surgat, et deponere ejus vestes, quæ obtegunt illud. Vestis est avaritia ; vestis, vana gloria ; vestis, invidia, et quævis aliarum affectionum quæ aggravant Verbum divinum in nobis. Illa oportet deponere, ut excitetur Verbum, et surgat, expeditumque sit, ut possit per pœnitentiam nostram operari purgationem. Verbum enim cum surrexerit, et omnem sarcinam sollicitudinemque temporalem deposuerit, lavabit cogitationes nostras, qui discipuli ejus sumus et ipsum sequimur. Lavabit autem pedes, hoc est, operativas nostras motiones, et gressus nostros. Si autem quis opus habuerit et alia purgatione, et desiderat etiam doctrina et contemplatione probari, dicat ad Dominum, « Domine, non solum pedes meos, sed et manus et caput, » hoc est, Non solum gressus meos purifices, sed et manus, ut ego et alios manuducere, et ad bonum simul assumere valeam : et caput, ut in contemplativa parte divinæ cogitationis, purgatam et immaculatam de divinis cogitationem habeam. Ita igitur per confessionem lavari poterimus, ut non indigne communicemus cœnæ « et judicium nobis manducemus et bibamus [87]. »

B

C Vers. 12-16. « Postquam ergo lavisset pedes eorum, receptisque vestibus suis accubuisset ; iterum dixit eis : Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magistrum ac Dominum, et bene dicitis : sum etenim. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dominus et magister : vos quoque debetis invicem alii aliorum lavare pedes. Exemplum enim præbui, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis. Amen, amen dico vobis, non est servus major domino suo, neque legatus major est eo qui legavit ipsum. » Non ultra ad Petrum solum, sed ad omnes loquitur, causamque tantæ erga illos humilitatis ponit, quæ est, ut illius fiamus imitatores. Et quid si hoc quod antea dixerat Petro, « Scies autem postea, » ad hoc tempus dicatur pertinere? « Scies » enim D « post hæc » dixit, Petre, quando receptis vestibus accubuero, et cœpero docere vos ac dicere, « Scitis quid fecerim vobis? » — « Nam si ego » quem vos testamini « Dominum et magistrum, » et bene testamini, (sum enim,) pedes vestros lavi (et non dixit servorum indoctorum et illitteratorum, sed hoc illorum reliquit considerationi), vobis maxime necessarium est, ut « alter alterius lavet pedes, » hoc est, omni ministerio vobis invicem **690** serviatis. Id enim vult per lotionem, quæ est ministeriorum infima, ut et alia longe honestiora non detrectemus. « Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis : »

[87] I Cor. xi, 29.

Digitized by Google

hoc est, cum alacritate. Quamvis quod ego feci, majus sit, quatenus ego Dominus servorum pedes lavi : vos autem conservorum pedes lavabitis, attamen et doctores videmus pueris litteras elegantiores præscribere, ut ad imitationem quamvis a longe veniant. Necessario autem apostolos admonet de his, quoniam in honore erant futuri, alii majore, alii minore, ut ne inter se dissiderent et superbirent, sed ut omnium ipsorum spiritus comprimerentur et dejicerentur. « Non est enim servus major domino suo, » quandiu servus est : « neque apostolus vel legatus eo qui legavit, » quandiu est legatus : quando autem major fit, neque servus est neque legatus.

Vers. 17-19. « Si hæc novistis, beati estis si feceritis ea. Non de omnibus vobis loquor, ego scio quos elegerim, sed ut adimpleatur Scriptura : Qui edit mecum panem, sustulit adversum me calcaneum suum. Nunc dico vobis, priusquam fiat : ut cum factum fuerit, credatis quod ego sim. » Ut ne dicant, Cur hæc dicis nobis quasi ignoremus? scimus etiam ipsi humilitatis bonum : propterea dicit, « Si novistis, » non sufficit hoc vobis solum, sed tunc perfecte « estis beati, si » et « feceritis : » quia et Judæi mandata sciverunt, sed non beati : miserrimi autem, utpote qui non fecerint ea. « Non de omnibus vobis dico : ego scio quos elegerim. » Arguit et non arguit proditorem, adumbratum sermonem referens. Volebat enim eum ad pœnitentiam reducere : et ideo relictis omnibus aliis beneficiis quæ in illum collocaverat, posuit hoc quod maxime omnium faciebat ad confundendum eum. « Qui edit panem mecum, » hoc est, qui pascitur a me, qui mea mensa fruitur, quod et inimicos placaret. Et non dixit, Ilic tradit me : sed, « Levavit adversum me calcaneum, » hoc est, dolum et deceptionem contra me composuit : a luctantibus sumpta metaphora, qui supplantantes adversarios suos, dum illorum calcaneum calcant, dejiciunt. Hoc autem dicens, « Non de omnibus vobis dico : » ne multis terrorem incutiat, separat illum manifeste, et ostendit unum esse hoc contra se meditantem; ideo dicit, « Qui edit panem mecum. » Dicente autem Domino, « Ego scio quos elegerim ; » quid dicemus de Juda? Nonne illum elegit? Elegit quidem eum cum bonus esset, sicut et Saul [18] : sed mutatus est, ipse liberi exsistens arbitrii. Permittit autem unicuique secundum quod vult operari ; non enim aufert liberum arbitrium. Mutatum autem Judam repulit, **691** quamvis prius elegisset. Cæterum dum dicit, « ut Scriptura impleatur : » ita intellige sicut similia alia de quibus sæpe diximus. Neque enim propter hoc coactus fuit Judas prodere, ut appareant veri sermones Scripturæ, id quod omni blasphemia plenum ; sed ut sciamus

[18] I Reg. IX, 2.

A ὀφείλομεν. « Ὑπόδειγμα γὰρ ἔδωκα » ὑμῖν, « ἵνα καθὼς ἐγὼ ἐποίησα ὑμῖν, » οὕτω « καὶ ὑμεῖς ποιῆτε. » τουτέστι, μετὰ τῆς αὐτῆς σπουδῆς. Εἰ γὰρ καὶ τὸ ἐμὸν μεῖζον, καθὸ Δεσπότης ὢν ἐγώ, δούλων πόδας ἔνιψα, ὑμεῖς δὲ τῶν ὁμοδούλων πόδας νίψετε· ὅμως καὶ τοὺς διδασκάλους ὁρῶμεν τοῖς παισὶ γράμματα μετὰ πολλοῦ τοῦ κάλλους παραδιδόντας, ἵνα κἂν πρὸς τὸ καταδεέστερον ἔλθωσι τῆς μιμήσεως. Ἀναγκαίως δὲ τοῖς ἀποστόλοις ταῦτα παραινεῖ. Ἐπεὶ γὰρ ἔμελλον τιμῆς ἀπολαύσασθαι, οἱ μὲν μείζονος, οἱ δὲ ἐλάττονος, ἵνα μὴ ἀλλήλων κατεπαίρωνται, πάντων αὐτῶν καθαίρει [*f.* καθαιρεῖ] τὰ φρονήματα. « Οὐκ ἔστι γὰρ δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ, » ἕως τ' ἂν ᾖ δοῦλος, « οὐδὲ ἀπόστολος μείζων τοῦ πέμψαντος αὐτὸν, » ἕως τ' ἂν ᾖ ἀπόστολος· ὅταν δὲ μείζων γέ-
A tam eum ad vos. » Valde gravati sunt tristitia discipuli, cum audirent talia sibi adventura. Ideirco et Dominus, « Hæc, » inquit, tam dura « a principio non dixi vobis, » non ut ignorans, sed « vobiscum eram, » et sufficiens confugium ad me habebatis, et omne certamen in me rejiciebatur, ipsi vero in omni securitate eratis. Igitur non opus erat talibus tunc sermonibus vos præparari et præmuniri ; sed nunc vadens ad Patrem meum, et vos relicturus, prædico ea, ut vos muniatis. « Et nullus ex vobis rogat me, Quo vadis? » sed præ tristitia confusi estis, et excessum mentis patimini : propter exspectationem gravium concussa sunt corda vestra. « At ego veritatem dico vobis. » Vide quomodo solatur eos : Etiamsi innumeris modis, inquit, magis tristitia afficiamini, B ego quod vobis utile est dico. Nam vos quidem velletis semper esse mecum, atqui hoc non est expediens. « Nam si ego quidem non abiero, Paracletus non veniet ad vos : » atque ita etiamsi vos præsentiam meam velletis, non obedirem vobis, sed eligerem potius quod vobis utile, quam perniciosam vobis vestram voluntatem. Ita et nos debemus facere, prospicientes semper quod et nobis et fratribus est utile, et non quod suave. Nam si ego non morior pro mundo, et eo ad Patrem, dato sacrificio et propitiatione pro peccatis mundi, « Paracletus non veniet. » Quomodo enim adveniet si inimicitiæ non solvantur, et occisa morte Pater humanæ naturæ non concilietur? Porro hoc loco Macedoniani quid C poterunt dicere, qui gloriam Spiritus extenuant et servum eum Filii dicunt? quomodo conducet abire Dominum, et advenire servum? Atque ita etsi tristes sitis propter meam absentiam, o discipuli, tamen propter adventum Spiritus gaudeatis, qui pluribus et majoribus vos beneficiis **719** prosequetur. Quomodo autem Dominus dixit, « Hæc ab initio non dixi vobis? » quandoquidem scriptum est quod convocatis illis duodecim, dixerit eis, « Ad præsides et reges ducemini [67]. » Dixit quidem, « Ad præsides ducemini, » non autem, Occident vos ut impios et perniciosos, et inimicos Dei. Et aliter : Illic quidem dicit quæ a gentibus eis infligenda, nunc autem quæ a Judæis. « Absque synagogis vos facient, » Judæi scilicet. Vide autem in hoc et Spiritum liberum D esse, et Filium approbare. Etenim quod dicit, « Paracletus veniet, » ad potestatem Spiritus pertinet : quod autem addit, « Ego mittam eum, » ad probationem et voluntatem Filii spectat, cui placet ut veniat Paracletus, et annuit, si sic dicere licet.

Vers. 8-11. « Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, et de justitia, et de judicio : de peccato quidem, quia non credunt in me : de justitia vero, quia ad Patrem vado, et posthac non vi-

[67] Matth. x, 18.

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(36) Cod. 32 addit : πρὸς ὑμᾶς.

Digitized by Google

debitis me : de judicio, quia princeps hujus mundi jam judicatus est. » Veniet Paracletus, et quæ inde utilitas? « Arguet, inquit, mundum de peccato, » et ostendet eos peccatores, quia non credunt. Quando enim viderint per manus discipulorum in Spiritu egregia signa et prodigia fieri, et neque sic credent, quomodo non condemnatione digni, et peccato maximo obnoxii? Nam nunc quidem possunt dicere quod fabri filius sim, et humilis matris, quamvis ego miracula faciam : tunc autem incredulitas omni carebit excusatione, Spiritu in nomine meo talia perficiente. Itaque « de peccato » illos « arguet, » hoc est, ostendet eos absque venia peccare, « Et de justitia » quoque « arguet, » quia ego ad Patrem meum vado, hoc est, ostendet eis quod ego, cum justus fuerim et irreprehensibilem egerim vitam, injuste ab ipsis occisus sim, et in ejus judicium ad Patrem vadam ; neque enim si injustus fuissem, ad Patrem ascendissem. Quia enim ut adversarium Deo et iniquum occiderunt, Ostendet eis, inquit, Spiritus, quod non sim talis. Neque enim si adversarius Dei fuissem, apud Deum et legislatorem hunc honorem assecutus essem, honoremque non temporarium, sed æternum. Jam quod dicit, « Posthac non videbitis me, » æternam ejus apud Patrem conversationem manifestat. « De judicio » autem arguet eos, « quia princeps hujus mundi judicatus est, » hoc est, etiam per hoc me justum, et a peccato immunem iterum ostendet me Spiritus, eo quod rector mundi a me judicatus est et victus. Quia enim dicebant, « Dæmonium habet [68] » et, « In Beelzebul miracula facit [69], » et, « Impostor est : » Hæc omnia, inquit, ostendentur vana, cum apparuerit diabolus condemnatus, et ostensum fuerit omnibus quod a me sit victus, id quod nequivissem, si non illo fuissem fortior, et ab omni peccato alienus. Quomodo hoc demonstratum **720** est? Per adventum Spiritus omnes qui credunt in Christum, conculcant et contemnunt rectorem mundi. Unde satis monstratum quod a Christo condemnatus sit multo antea. Arguit ergo Spiritus eos qui non credunt, ut peccatores. Fides enim baptismi peccata solvit per remissionem. Operationes autem Spiritus quæ apparent in his qui crediderunt, non visæ sunt in his qui non crediderunt. Unde redarguti sunt in vasa mala et coinquinata, indigna Spiritus susceptione. Et aliter : Arguit mundum qui non credidit Spiritus de justitia, hoc est quia privatus est justitia, quia non credidit in justum Jesum, eum, qui propter justitiam assumptus est in cœlos. Arguit autem et condemnat ut ignavum, quia vulnerato Satana, neque sic illum voluit vincere.

VERS. 12-14. « Adhuc multa habeo quæ vobis dicam, sed non potestis portare nunc : cum autem

οὐκ ἔτι θεωρεῖτέ με· περὶ δὲ κρίσεως, ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται. » Ἐλεύσεται ὁ Παράκλητος, καὶ τί τὸ κέρδος; « Ἐλέγξει, φησὶ, τὸν κόσμον περὶ ἁμαρτίας, » καὶ δείξει αὐτοὺς ἁμαρτωλοὺς, ὅτι οὐ πιστεύουσιν. Ὅταν γὰρ ἴδωσι διὰ τῶν χειρῶν τῶν μαθητῶν ἐν Πνεύματι σημεῖα ἐξαίσια, καὶ τέρατα γινόμενα, καὶ οὐδὲ οὕτω πιστεύσωσι, πῶς οὐ κατακρίσεως ἄξιοι, καὶ ἁμαρτίᾳ μεγίστῃ ἔνοχοι; Νῦν μὲν γὰρ ἔχουσι λέγειν, ὅτι τέκτονός εἰμι υἱὸς, ὅτι εὐτελοῦς μητρὸς, καίτοι καὶ θαύματα ποιοῦντός μου· τότε δὲ ἀπροφάσιστος ἔσται αὐτοῖς ἡ ἀπιστία, τοῦ Πνεύματος ἐν τῷ ὀνόματί μου τοιαῦτα ἐπιτελοῦντος. « Περὶ ἁμαρτίας » οὖν αὐτοὺς « ἐλέγξει· » τουτέστι, δείξει αὐτοὺς ἡμαρτηκότας ἀσύγγνωστα. « Καὶ περὶ δικαιοσύνης » δὲ ἐλέγξει, ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν Πατέρα μου πορεύομαι· τουτέστιν, Δείξει αὐτοῖς, ὅτι δίκαιος ὢν, καὶ ἅληπτον παρασχόμενος βίον, ἀδίκως ὑπ' αὐτῶν ἀνῃρέθην· καὶ τούτου δεῖγμα, τὸ πρὸς τὸν Πατέρα πορεύεσθαι· οὐκ ἂν γάρ, εἰ μὴ δίκαιος ἦμην, πρὸς τὸν Πατέρα ἀνηρχόμην. Ἐπεὶ γὰρ ὡς ἀντίθεον καὶ παράνομον αὐτὸν ἐφόνευσαν, Δείξει αὐτοῖς, φησὶ, τὸ Πνεῦμα, ὅτι οὐκ εἰμὶ τοιοῦτος. Οὐ γὰρ ἂν ἀντίθεος ὢν καὶ παράνομος, παρὰ τῷ Θεῷ καὶ νομοθέτῃ τιμῆς ἠξιούμην, καὶ τιμῆς οὐ προσκαίρου, ἀλλ' αἰωνίας. Τὸ γὰρ, « Οὐκ ἔτι θεωρεῖτέ με, » τὸ αἰώνιον τῆς παρὰ τῷ Πατρὶ διαγωγῆς δηλοῖ. « Περὶ δὲ κρίσεως » ἐλέγξει αὐτοὺς, « ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται· » τουτέστι, Καὶ ἐκ τούτου δὲ πάλιν δίκαιον καὶ ἀναμάρτητον ἀποδείξει με τὸ Πνεῦμα, ἐκ τοῦ τὸν κοσμοκράτορα ὑπ' ἐμοῦ κατακριθῆναι, καὶ καταπαλαισθῆναι. Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον, ὅτι « Δαιμόνιον ἔχει, » καὶ ὅτι « Ἐν τῷ Βεελζεβοὺλ θαύματα ποιεῖ, » καὶ « Πλάνος ἐστί· » Ταῦτα πάντα, φησὶ, δειχθήσονται μάταια, κατακρίτου φανέντος τοῦ διαβόλου, καὶ πᾶσι δειχθέντος, ὅτι ὑπ' ἐμοῦ νενίκηται· ὅπερ οὐκ ἂν ἠδυνήθην, εἰ μὴ ἰσχυρότερος αὐτοῦ ἦμην, καὶ πάσης ἁμαρτίας ἀλλότριος. Πῶς δὲ ἐδείχθη τοῦτο; Τῇ τοῦ Πνεύματος παρουσίᾳ πάντες οἱ πιστεύοντες εἰς Χριστὸν, καταπάτημα καὶ ὕβριν ἐποιοῦντο τὸν κοσμοκράτορα. Οὐκοῦν ἐδείκνυτο ἐκ τούτων, καὶ ὅτι ὑπὸ Χριστοῦ κατακέκριται πολλῷ πρότερον. Ἤλεγξε τοίνυν τὸ Πνεῦμα τοὺς μὴ πιστεύσαντας ὡς ἁμαρτωλούς. Ἡ γὰρ πίστις ἁμαρτίας λύει διὰ τῆς ἀφέσεως τοῦ βαπτίσματος. Ἐν δὲ τοῖς πιστεύσασιν αἱ φαινόμεναι τοῦ Πνεύματος ἐνέργειαι, ἐν τοῖς ἀπίστοις οὐχ ὡρῶντο. Ὅθεν ἠλέγχοντο σκεύη πονηρὰ, καὶ ἐναγῆ, καὶ ἀνάξια τῆς τοῦ Πνεύματος χωρήσεως. Καὶ ἄλλως δέ· Ἐλέγχει τὸν ἀπιστήσαντα κόσμον τὸ Πνεῦμα περὶ δικαιοσύνης, τουτέστιν, ὅτι ἐστέρηται δικαιοσύνης, ὁ μὴ πιστεύων εἰς τὸν δίκαιον Ἰησοῦν, τὸν διὰ δικαιοσύνην ἀναληφθέντα εἰς οὐρανούς. Ἐλέγχει καὶ κατακρίνει καὶ ὡς ῥᾴθυμον, ὅτι καταθραυσθέντος τοῦ Σατανᾶ, οὐδὲ οὕτως αὐτοῦ ἠθέλησε περιγενέσθαι.

« Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι. Ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ Πνεῦμα

[68] Matth. xi, 18. [69] Luc. ix, 19.

Digitized by Google

τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστι· διὰ τοῦτο εἶπον, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. » Εἰπὼν ἄνω, ὅτι « Συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἀπέλθω, » νῦν πλατύνει τοῦτο, καί φησιν, ὅτι « Νῦν μὲν οὐ δύνασθε βαστάζειν· ἐὰν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, » τότε δὴ τῶν ἐκείνου ἀπολαύσαντες χαρίτων, εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν ὁδηγηθήσεσθε. Ποίαν δὲ ἀλήθειάν φησι, ἢ τὴν περὶ πάντων γνῶσιν; Αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ Κύριος οὐδὲν περὶ ἑαυτοῦ μέγα ἐφθέγξατο· ἅμα μὲν καὶ ταπεινοφροσύνης τύπους διδοὺς, ἅμα δὲ καὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀκροωμένων, καὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀγνωμοσύνην. Ἀλλ' οὐδὲ τὴν τῶν νομικῶν παρατηρημάτων ἔκλυσιν φανερῶς εἰσηγεῖτο, ἵνα μὴ ἀντίθεος πᾶσι δόξῃ. Τοῦ δὲ Παρακλήτου ἐλθόντος, ἥ τε τοῦ Υἱοῦ ἀξία διετρανώθη, καὶ ἡ ἀληθὴς περὶ πάντων γνῶσις ἐξεφάνη, καὶ τῶν τύπων τῶν νομικῶν ἀρθέντων ἐκ μέσου, καὶ καταργηθέντων, εἰς τὴν ἀληθινὴν καὶ ἐν πνεύματι λατρείαν ὡδηγήθημεν, διὰ τῶν σημείων τῶν ἐν Πνεύματι τελουμένων, βεβαιωθείσης τῆς πίστεως. Εἶτα ἐπειδὴ μεγάλα τινὰ εἶπε περὶ τοῦ Πνεύματος, ἵνα μὴ νομίσωσί τινες, ὅτι μείζων αὐτοῦ ἐστι τὸ Πνεῦμα, εἴ γε αὐτὸ ὁδηγήσει πρὸς τὴν ἀλήθειαν, καὶ ποιήσει χωρητικοὺς καὶ δεκτικοὺς τῶν πολλῶν καὶ μεγάλων, ἃ, τοῦ Χριστοῦ παρόντος, οὐκ ἠδύναντο βαστάσαι· ἵνα οὖν μὴ τοῦτο νομισθῇ, ἐπιφέρει· « Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ· » τουτέστιν, Οὐδὲν ἴδιον παρὰ τὰ ἐμὰ ἐρεῖ. Τὸ γάρ, « Ὅσα ἂν ἀκούσῃ, » τοῦτο δηλοῖ, τὸ μηδὲν ἐκτὸς τῶν τοῦ Χριστοῦ διδάξαι. Ὥσπερ οὖν καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος λέγων περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι « Ὅσα ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός μου λαλῶ, » οὐ διδασκόμενον ἑαυτὸν εἰσάγει ὥσπερ τι νήπιον, ἀλλ' ὅτι οὐδὲν ἐκτὸς τῶν τοῦ Πατρὸς οὔτε γινώσκει, οὔτε διδάσκει· οὕτω καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος· ἐπεὶ ὅτι οὐ δεῖται διδασκαλίας τὸ Πνεῦμα, ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος· « Ὥσπερ οὐδεὶς οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἐν αὐτῷ· οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. » Ὁρᾷς αὐτοδίδακτον τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὥσπερ καὶ τὸ ἡμέτερον; Καὶ ἐκ τῶν ἑξῆς δὲ μαθήσῃ, ὁ εὐγνώμων, τοῦ Πνεύματος τὴν θεότητα. « Τὰ γὰρ ἐρχόμενα, φησὶ, ἀναγγελεῖ ὑμῖν· » τουτέστι, τὰ μέλλοντα, ὅπερ μάλιστα Θεοῦ ἴδιον, ἡ τῶν μελλόντων γνῶσις· ἐπεὶ γὰρ οὐδὲν ἄλλο διὰ πόθου οὕτως ἐστὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, ὡς ἡ περὶ τῶν μελλόντων γνῶσις, παραμυθεῖται τοὺς ἀποστόλους καὶ ἐκ τούτου. Τοσοῦτον γάρ, φησὶν, εὐεργετήσει ὑμᾶς, ὥστε καὶ τὸ μεῖζον δοκοῦν πάντων, δώσει ὑμῖν, τὴν τῶν ἐσομένων πρόγνωσιν. Ἅμα δὲ ἐπεὶ καὶ πρὸς πειρασμοὺς ἔμελλον ἀποδύσεσθαι, Ἐκεῖνος, φησὶ, πρὸς τὰ μέλλοντα ὑμῖν συμβαίνειν, παρασκευάσει ὑμᾶς, ὡς μὴ ἀφυλάκτως ἐξ ἀγνοίας ἐμπεσεῖν. « Δοξάσει δὲ καὶ ἐμέ· » ἐν γὰρ τῷ ἐμῷ ὀνόματι πάντα καὶ λαλήσει, καὶ ποιήσει, καὶ οὐδὲν ἐναντίον ἐρεῖ· ὥστε με διὰ

A venerit ille qui est Spiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem. Non enim loquetur a semetipso : sed quæcunque audierit, loquetur : et quæ futura sunt, annuntiabit vobis. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis. Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt ; propterea dixi quod de meo accipiet, et annuntiabit vobis. » Cum dixisset supra, « Expedit vobis ut abeam, » nunc hoc latius prosequitur, et dicit quod « Nunc quidem non potestis portare : si autem venerit ille, » tunc fruentes illius donis, in omnem veritatem ducemini. Quam autem veritatem inquit nisi scientiam de omnibus? Nam nihil de se magnum ipse Dominus locutus est : partim dans nobis figuram humilitatis, partim et propter infirmitatem audientium, et ingratitudinem Judæorum ; at neque legalium observationum solutionem manifeste introduxerat, ut ne Deo contrarius videretur omnibus. Ubi autem venit Paracletus, et manifestata fuit dignitas Filii, et vera de omnibus scientia in lucem producta, abolitis et sublatis e medio figuris legalibus, in verum et spiritualem cultum inducti sumus, per signa quæ in Spiritu fiunt, confirmata fide. Deinde quia magna quædam dixerat de Spiritu, ut ne putent aliqui quod major ipso sit Spiritus, siquidem ipse in veritatem sit introducturus, et facturus capaces majorum et plurium quæ, Christo præsente, portare non poterant : ne igitur hoc quis existimet, subdit : « Non enim loquetur a semetipso, » hoc est, nihil proprium loquetur præter mea. Cum enim dicit, « Quæcunque audierit, » hoc signat quod nihil docturus sit extra ea quæ Christus docuit. Sicut igitur et Dominus ipse dicens de se, « Quæcunque audivi a Patre meo, loquor : » non ut discentem et puerum se introducit, sed quod nihil vel sciat vel doceat, quam quæ Pater : ita et de Spiritu dicendum. Quod autem non opus habeat **721** doctore Spiritus, audi Paulum dicentem : « Quemadmodum nullus novit quæ hominis sunt, nisi spiritus qui est in eo : ita et quæ Dei, nullus novit, nisi Spiritus Dei [70]. » Vides quod sanctus Spiritus sui ipsius doctor sit, sicut et noster? Et ex his quæ sequuntur, discet cordatus deitatem Spiritus : « Quæ enim ventura sunt, inquit, annuntiabit vobis. » Maxime enim propria est Dei futurorum cognitio. Nam quia nihil aliud desiderabile ita est humanæ naturæ ut futurorum cognitio, consolatur apostolos et ex hoc. In tantum enim, inquit, benefaciet vobis, ut et futurorum præscientiam vobis, quæ maxima omnium videtur, daturus sit. Præterea quia ad tentationes erudiendi erant, Ille vos præparabit, inquit, ad futura quæ vobis contingent, ne per ignorantiam absque custode incidatis in illa. « Glorificabit autem et me. » In nomine enim meo omnia et loquetur et faciet, et nihil diversum dicet : atque ita et per miracula quæ per illum fient, Deus credar, cum in vos di-

[70] I Cor. II, 11.

Digitized by Google

scipulos meos abundans effundetur gratia etiam post meam mortem, cum meum nomen magis fulgebit : quod citra controversiam magna gloria est, si quis ignominiose occisus, magis clarescere incipiat. Deinde quia audiverant Dominum dicentem , « Unus vester est magister Christus [71], » ut ne existiment Quia unus magister tu es, quomodo dicis nobis et alium fore magistrum Spiritum? subdit, « quia De meo accipiet, » hoc est, ex his quæ novi, et ex mea scientia. Vel et aliter : « De meo, » hoc est, de meo thesauro, qui scilicet Patris est. Quoniam enim « Quæcunque habet Pater, mea sunt » et meæ divitiæ : Paracletus autem ex Patre loquetur : verisimiliter dico quod « De meo accepturus sit, » hoc est, thesauro et divitiis scientiæ. Quare autem Spiritus tanta dedit nobis bona, et non Filius? Igitur primum quidem dicimus quod viam donis Spiritus Filius paraverit, et ipse sit talium bonorum auctor. Nisi enim ipse peccatum solvisset, quomodo nos Spiritum obtinuissemus? Non enim habitabit Spiritus in corpore subdito peccatis [72]. Hinc est quod si magnum quid dedit Spiritus, occasiones a Christo habuit. Deinde quia hæretici Spiritui erant detracturi, quasi minor esset dignitate, eo quod posterius veniret ; propterea concedit ei majora operari per apostolos, ut per donorum magnitudinem compulsi, vel inviti dignitatem Spiritus agnoscant, et non quia posterior apparuit, propterea minor judicetur Filio.

A τῶν ὑπ' ἐκείνου γινομένων θαυμάτων πιστευθῆναι Θεὸν, ὑμῖν τοῖς ἐμοῖς μαθηταῖς ἐπιχυθείσης πλουσίας τῆς χάριτος, καὶ μετὰ τὸν ἐμὸν θάνατον τοῦ ἐμοῦ ὀνόματος λάμποντος μᾶλλον · ὃ δόξα μεγάλη ἐστὶ καὶ ἀναμφίλεκτος, ὅταν ὁ νεκρωθεὶς καὶ ἀτιμασθεὶς, μετὰ ταῦτα μᾶλλον λάμπῃ. Εἶτα ἐπειδὴ ἤκουσαν τοῦ Κυρίου λέγοντος, ὅτι « Εἷς ὑμῶν ὁ καθηγητὴς ὁ Χριστός ἐστιν, » ἵνα μὴ νομίσωσιν, ὅτι Ἐπειδὴ εἷς διδάσκαλος ὑπάρχεις αὐτὸς, πῶς λέγεις ἡμῖν καὶ ἄλλον ἔσεσθαι διδάσκαλον τὸ Πνεῦμα ; ἐπιφέρει, ὅτι « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται · » τουτέστιν, Ἐξ ὧν αὐτὸς οἶδα, ἐκ τῆς ἐμῆς γνώσεως. Ἢ καὶ ἄλλως · Τὸ, « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ, » τουτέστιν, Ἐκ τοῦ ἐμοῦ θησαυροῦ, ὅπερ ἐστὶ τοῦ Πατρός. Ἐπεὶ γὰρ « πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατήρ, ἐμά ἐστι, » καὶ ἐμὸς πλοῦτος, καὶ ὁ Παράκλητος δὲ ἐκ τοῦ Πατρὸς λαλήσει · εἰκότως λέγω, « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, » τουτέστι, θησαυροῦ, καὶ πλούτου, καὶ τῆς γνώσεως. Τίνος δὲ ἕνεκεν τὸ Πνεῦμα τοσαῦτα ἡμῖν δέδωκεν ἀγαθὰ, καὶ οὐχ ὁ Υἱός ; Πρῶτον μὲν οὖν τοῦτο λέγομεν, ὅτι τὴν ὁδὸν ταῖς τοῦ Πνεύματος δωρεαῖς ὁ Υἱὸς ἐποίησε, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ αἴτιος τῶν τηλικούτων ἀγαθῶν. Εἰ μὴ γὰρ αὐτὸς τὴν ἁμαρτίαν ἔλυσε, πῶς ἂν ἠξιώθημεν ἡμεῖς Πνεύματος ; Οὐ γὰρ κατοικήσει τὸ Πνεῦμα ἐν σώματι καταχρέῳ ἁμαρτίαις. Ὥστε εἴ τι μέγα δέδωκε τὸ Πνεῦμα, ἐκ τοῦ Χριστοῦ τὰς ἀφορμὰς ἔσχεν. Ἔπειτα, ἐπεὶ οἱ αἱρετικοὶ ἔμελλον σμικρύνειν τοῦ Πνεύματος τὴν ἀξίαν ἐκ τοῦ ὕστερον ἐλθεῖν, τούτου ἕνεκεν αὐτῷ παραχωρεῖ τὰ μείζονα ἐν τοῖς ἀποστόλοις ἐνεργῆσαι· ἵνα διὰ τῆς τῶν δωρεῶν μεγαλειότητος ἀναγκαζόμενοι, καὶ ἄκοντες, ἐπιγνῶσι τὴν ἀξίαν τοῦ Πνεύματος, καὶ μὴ διότι ὕστερον ἐφάνη, διὰ τοῦτο ἔλαττον κριθείη τοῦ Υἱοῦ.

Vers. 16-18. « Pusillum, et non videtis me, et iterum pusillum et videbitis me, quia vado ad Patrem. Dixerunt ergo quidam ex discipulis ejus inter se : Quid est hoc quod dicit nobis, Pusillum et non videtis me, et iterum pusillum et videbitis me, et Quia vado ad Patrem? Dicebant ergo : Quid est hoc quod dicit pusillum? nescimus **722** quid loquatur. » Quare Christus recessum et mortem suam in memoriam eis reducit, quamvis magis occultanda videantur? Mentem eorum exercebat, et probatiorem efficiebat : propterea semper commemorans tristia, assuefacit illos, et ad exspectationem illorum provehit, ne si repente eveniant, perterreantur : simul autem et adjungit tristibus læta. Igitur sic hoc loco, « Pusillum, et non videtis me » dicens, ad triste statim addidit lætum quiddam : « Et iterum pusillum, et videbitis me, » et, Ad Deum vado, qui vos juvare potest : et non pereo, sed transeo : et ad parvum quidem tempus secessus erit, postea autem perpetuo conversabor vobiscum. Illi quidem non intellexerunt ; unde admiretur quispiam quomodo non agnoverint quæ dicebat. Videtur ergo vel tristitia mentem eorum adeo invasisse, ut abjicerent dictorum memoriam, vel propter obscuritatem verborum evenit ne intelligerent. Ideo Jesus videtur eis con-

C « Μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με · καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με · ὅτι ἐγὼ ὑπάγω πρὸς τὸν Πατέρα μου. Εἶπον οὖν ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλους · Τί ἐστι τοῦτο ὃ λέγει ἡμῖν · Μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με · καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με, καὶ Ὅτι ὑπάγω πρὸς τὸν Πατέρα μου ; Ἔλεγον οὖν · Τοῦτο τί ἐστιν, ὃ λέγει τὸ μικρὸν, οὐκ οἴδαμεν τί λαλεῖ. » Τίνος ἕνεκεν πάλιν αὐτοῖς ὁ Χριστὸς τὰ περὶ τῆς ἀναχωρήσεως καὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ εἰς μνήμην ἄγει, καίτοι ἔδει μᾶλλον συγκρύψαι ταῦτα ; Γυμνάζων αὐτῶν τὴν διάνοιαν, καὶ δοκιμωτέραν ἀπεργαζόμενος, καὶ διὰ τοῦτο ἀεὶ μνημονεύει τῶν λυπηρῶν, εἰς συνεθισμὸν αὐτοὺς ἄγων, καὶ εἰς προσδοκίαν τούτων, ἵνα μὴ τῷ ἀθρόῳ καταπλαγῶσιν · ἅμα δὲ καὶ προσπλέκει τοῖς λυπηροῖς τὰ ψυχαγωγοῦντα · ὥσπερ D οὖν κάνταῦθα, « Μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με, » εἰπὼν τὸ λυπηρὸν, ἐπήγαγε καὶ τὸ εὐφρόσυνον· « Καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με · » καὶ ὅτι Πρὸς τὸν Θεὸν ἄνειμι, τὸν δυνάμενον ὑμῖν βοηθεῖν, καὶ οὐκ ἀπόλλυμαι, ἀλλὰ μεθίσταμαι · καὶ πρὸς ὀλίγον μὲν ὁ χωρισμὸς, αἰώνιος δὲ ἡ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸ ἑξῆς διαγωγή. Ἐκεῖνοι μέντοι οὐ συνίεσαν· ὅθεν καὶ θαυμάσειεν ἄν τις, πῶς οὐκ ἐπεγίνωσκον ἃ λέγει. Ἔοικεν οὖν ἡ λύπη αὐτῶν τὴν διάνοιαν κατασχοῦσα, ἐκβαλεῖν τὴν μνήμην τῶν λεγομένων, ἢ ἀπὸ τῆς ἀσαφείας τῶν ῥημάτων, τὸ μὴ συνιέναι αὐτοῖς ἐπιγενέ-

[71] Matth. xxiii, 8. [72] Sap. i, 4.

Digitized by Google

σθαι. Διὸ καὶ δοκοῦσιν ἐναντία τινὰ αὐτοῖς τὸν Ἰησοῦν φθέγγεσθαι· Εἰ μὲν γὰρ ὀψόμεθά σε, ποῦ ὑπάγεις; Εἰ δὲ ὑπάγεις, πῶς ὀψόμεθά σε; Αἰνίγματα γὰρ ἐδόκουν ταῦτα.

« Ἔγνω οὖν ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἤθελον αὐτὸν ἐρωτᾷν, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Περὶ τούτου ζητεῖτε μετ' ἀλλήλων, ὅτι εἶπον· Μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με· καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με. Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι κλαύσετε, καὶ θρηνήσετε ὑμεῖς, ὁ δὲ κόσμος χαρήσεται, ὑμεῖς δὲ λυπηθήσεσθε, ἀλλ' ἡ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γενήσεται. Ἡ γυνὴ, ὅταν τίκτῃ, λύπην ἔχει, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα αὐτῆς· ὅταν δὲ γεννήσῃ τὸ παιδίον, οὐκ ἔτι μνημονεύει τῆς θλίψεως διὰ τὴν χαρὰν, ὅτι ἐγεννήθη ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον. Καὶ ὑμεῖς οὖν λύπην μὲν νῦν ἔχετε, πάλιν δὲ ὄψομαι ὑμᾶς, καὶ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία, καὶ τὴν χαρὰν ὑμῶν οὐδεὶς αἴρει ἀφ' ὑμῶν. » Ἐπειδὴ εἶδε τοὺς μαθητὰς μηδ' ὅλως συνιέντας τῶν λεγομένων διὰ τὴν ἐκ λύπης κάρωσιν, σαφέστερον αὐτοῖς τὸ περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ δόγμα ἐμπήγνυσιν, ἵνα συνεθισθέντες τοῖς ῥήμασι, καὶ τοῖς πράγμασιν, αὐτὸν γενναίως ἐνέγκωσι. Καὶ δή φησι· « Κλαύσετε μὲν καὶ θρηνήσετε ὑμεῖς, » ὃ τοῦ θανάτου ἐστὶ τοῦ σταυροῦ· « ὁ δὲ κόσμος χαρήσεται· » τουτέστιν, Οἱ τὰ τοῦ κόσμου φρονοῦντες Ἰουδαῖοι χαρήσονται, ὡς τὸν ἐχθρὸν αὐτῶν ἐμὲ ἀνελόντες. « Ἀλλ' ἡ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γενήσεται· » ὥσπερ οὖν καὶ ἡ τῶν Ἰουδαίων χαρὰ εἰς λύπην αὐτοῖς καταντήσει, ὅταν μετὰ τὴν ἀνάστασιν τὸ ἐμὸν δοξάζηται ὄνομα. Δύνασαι δὲ καὶ κόσμου χαρὰν, μὴ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἣν ἐχάρησαν, τοῦ Κυρίου ἀναιρεθέντος, ἀλλὰ τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν νοῆσαι, ὥστε εἶναι τὸ λεγόμενον τοιοῦτον· « Ὑμεῖς μὲν λυπηθήσεσθε, » ἀλλὰ τοῦτο τὸ ἐμὸν πάθος, ἐφ' ᾧ ὑμεῖς λυπεῖσθε, τοῦ κόσμου παντὸς χαρὰ καὶ σωτηρία ἔσται. Εἶτα καὶ παράδειγμα κοινὸν ἐπιφέρει τὸ τῆς γυναικὸς καὶ τῆς ὠδῖνος. Ταύτῃ δὲ τῇ παραβολῇ καὶ οἱ προφῆται κέχρηνται, τῇ δριμύτητι τῶν ὠδίνων τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀθυμίας παραδηλοῦντες. Τοιοῦτον δέ τι λέγει· Ὠδῖνες λήψονται ὑμᾶς ἀθυμίας, ἀλλ' ἡ ὠδὶν, τοῦ τόκου αἰτία γίνεται· ἅμα δὲ καὶ τὸν περὶ ἀναστάσεως πιστούμενος λόγον, καὶ δεικνύων, ὅτι τὸ ἀποθανεῖν ὅμοιόν ἐστι τῷ ἀπὸ μήτρας εἰς φῶς ἐξελθεῖν. Μὴ γὰρ θαυμάσητε, ὅτι διὰ λύπης τοσαύτης μέλλετε βαδίσαι ἐπὶ χαράν· ἐπεὶ καὶ ἡ μήτηρ διὰ τῆς ἐν τῇ ὠδῖνι λύπης, ἐπὶ τὸ γενέσθαι μήτηρ ἔρχεται. Αἰνίττεται δέ τι ἐνταῦθα καὶ μυστικὸν, ὅτι ἔλυσεν αὐτὸς τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, καὶ νέον ἄνθρωπον ἀπογεννηθῆναι ἐποίησεν, οὐκ ἔτι φθειρόμενον, οὐκ ἔτι ἀποθνήσκοντα· ὅς ἐστιν αὐτὸς ὁ Κύριος. Ὅρα γὰρ, πῶς οὐκ εἶπεν, ὅτι Οὐκ ἔτι μνημονεύει τῆς θλίψεως, ὅτι ἐγεννήθη αὐτῇ παιδίον, ἀλλ', « Ὅτι ἐγεννήθη ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον. » Τοῦτο γὰρ οὐ μάτην οὕτως εἶπεν, ἀλλὰ θέλων ἐμφαντικῶς καὶ κεκρυμμένως ὑπαινίξασθαι, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ γεννηθεὶς ἄνθρωπος, οὐ τῷ ὠδίναντι αὐτὸν ᾅδῃ, ἀλλὰ τῷ κόσμῳ. Ἡμῖν γὰρ ἐγεννήθη ἐξ ἀναστάσεως; ὁ νέος ἄνθρωπος καὶ ἄφθαρτος, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν. Τὸ τοίνυν παράδειγμα τῆς τικτούσης γυναικὸς μὴ δι' ὅλου ζήτει προσαρμόσαι τοῖς περὶ τὸν Χριστὸν

traria quædam dicere: Nam si quidem videbimus te, quo vadis? si autem vadis, quomodo videbimus te? Videntur enim hæc ænigmata esse.

Vers. 19-22. « Cognovit autem Jesus quod vellent interrogare se, et dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quod dixi: Pusillum, et non videtis me: et iterum pusillum, et videbitis me. Amen, amen dico vobis: Plorabitis et lamentabimini vos, mundus contra gaudebit: vos autem mœrore afficiemini, sed mœror vester vertetur in gaudium. Mulier cum parit, dolorem habet, quia venit hora ejus: cum autem peperit puerum, jam non meminit anxietatis, propterea quod gaudeat hominem natum esse in mundo. Et vos igitur nunc quidem mœrorem habetis, sed iterum videbo vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. » Postquam vidit discipulos non intelligere dicta, eo quod gravati erant mœrore, inculcat eis manifestius de morte sua, ut assueti verbis, etiam re ipsa eam fortiter ferrent. Etenim inquit: «Plorabitis et lamentabimini vos, » propter mortem ac crucem: « mundus autem gaudebit, » hoc est, Judæi mundana sapientes gaudebunt, tanquam qui interemerint me inimicum ipsorum. « Sed tristitia vestra in gaudium vertetur: » quemadmodum Judæis quoque suum gaudium in mœrorem cedet, quando post meam resurrectionem nomen meum gorificabitur. Potes autem et mundi gaudium, non Judæorum gaudium intelligere, quo gavisi sunt, mortuo Domino, sed salutem mundi: ut sit sensus dictorum: « Vos quidem mœrore afficiemini, » sed hæc mea Passio propter quam vos estis tristes, mundi totius gaudium et salus erit. Insuper et exemplum commune addit mulieris et partuum. Hac autem parabola et prophetæ **723** usi fuerunt dolore partus ingenti excellentiam mœroris significantes. Tale autem quiddam dicit: Apprehendent quidem vos dolores mœstitudinis, sed dolor ille causa efficitur partus. Interea confirmat et sermonem de resurrrectione, et ostendit mori simile esse ei qui a vulva in lucem prodit. Ne enim admiremini quod per tantam tristitiam ingressuri sitis in gaudium, qua et mater per mœrorem in partu ad hoc venit, ut sit mater. Insinuatur autem hoc loco et mysticum quiddam, quod ipse solverit dolores mortis, et novum hominem nasci fecerit, posthac non corrumpendum, neque mortalem, qui est ipse Dominus. Vide enim quomodo non dixerit quod posthac non recordetur anxietatis quia natus est ei puellus: sed, « Quia natus est homo in mundum. » Hoc enim non frustra ita dixit, sed volens cum emphasi et tacite insinuare quod ipse sit ille natus homo, non parturienti ipsum inferno, sed mundo: nobis enim ex resurrectione natus est novus homo, et incorruptibilis Jesus Dominus noster. Igitur exemplum mulieris parientis non per omnia quæras adaptare his quæ circa Jesum acciderint; sed tantum ut ostendatur quod temporalis sit dolor, et magnum lucrum do-

Digitized by Google

loris et quod resurrectionis partus sit ad vitam et regenerationem, alia autem omnia ad exemplum non alludunt, et merito. Parabola enim si per omnia servetur, non est parabola, sed illud ipsum quod per parabolam signatur. Et hoc loco intelligimus per dolorem parientis, tristitiam apostolorum : et per gaudium, consolationem resurrectionis ; et iterum per solutionem dolorum parientis, inferni destructionem ; et per nativitatem, resurrectionem Primogeniti ex mortuis. Porro non ultra signatur infernus per matrem. Non enim gavisus est infernus, sed apostoli gavisi sunt gaudio quod nullus abstulit ab eis. Tunc enim gaudebant, quando pro nomine Domini aspergebantur conviciis[13]. Insuper dicendo, « Gaudium vestrum nemo tollit a vobis, » ostendit quod ultra non moriatur, sed perpetuo vivens, illis incorruptibilis gaudii sit auctor futurus.

A συμβεβηκόσιν, ἀλλ' ἢ μόνον εἰς τὸ δεῖξαι, ὅτι πρόσκαιρος ἡ λύπη, καὶ ὅτι μέγα τῶν ὠδίνων τὸ κέρδος, καὶ ὅτι πρὸς ζωὴν καὶ παλιγγενεσίαν ὁ τῆς ἀναστάσεως τοκετός. Τὰ δ' ἄλλα πάντα τοῦ παραδείγματος ἀπᾴδουσι· καὶ εἰκότως. Παραβολὴ γάρ ἐστιν· ἡ δὲ παραβολὴ, ἐὰν διὰ πάντων σώζηται, οὐκ ἔστι παραβολὴ, ἀλλ' αὐτὸ ἐκεῖνο, δι' ὃ ἡ παραβολή. Καὶ ἐνταῦθα οὖν τὰς ὠδῖνας λαμβάνομεν εἰς τὴν λύπην τῶν ἀποστόλων, καὶ τὴν χαρὰν εἰς τὴν μετὰ τὴν ἀνάστασιν παραμυθίαν· καὶ πάλιν τὴν τῶν ὠδίνων λύσιν, εἰς τὴν τοῦ ᾅδου κατάλυσιν, καὶ τὴν γέννησιν εἰς τὴν ἀνάστασιν τοῦ Πρωτοτόκου ἐκ νεκρῶν· οὐκ ἔτι μέντοι τὸν ᾅδην εἰς τὴν μητέρα. Οὐ γὰρ ἐχάρη ὁ ᾅδης, ἀλλ' οἱ ἀπόστολοι ἐχάρησαν, καὶ χαρὰν, ἣν οὐδεὶς ἦρεν ἀπ' αὐτῶν. Ὅτε γὰρ ὑβρίζοντο, τότε B ἔχαιρον, ὅτε ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ ἠτιμάζοντο. Ἅμα δὲ καὶ διὰ τοῦ εἰπεῖν, ὅτι « Τὴν χαρὰν ὑμῶν οὐδεὶς αἴρει, » δείκνυσιν, ὅτι οὐκ ἔτι θανεῖται, ἀλλ' ἀεὶ ζῶν, ἀκαταλύτου χαρᾶς αὐτοῖς πρόξενος ἔσται.

Vers. 23, 24. « Et in illo die me non rogabitis quidquam. Amen, amen dico vobis : Quæcunque petieritis Patrem sub nomine meo, dabit vobis. Hactenus non petistis quidquam sub nomine meo. Petite et accipietis, ut gaudium vestrum sit perfectum. » Quando resurgam, tunc veniet super vos Paracletus, et inducet vos in omnem veritatem : « Meque non rogabitis » quidquam tale, quale prius, « Quo vadis ? » et, « Ostende nobis Patrem. » Omnia enim scietis in Spiritu. Vel « rogabitis, » hoc est, obsecrabitis, orabitis. Cum igitur a mortuis C resurrexero, mittam vobis Paracletum : tunc « non me rogabitis, » hoc est, petetis, ita ut sim vester mediator, sed **724** sufficiet vobis nomen meum ut a Patre accipiatis petitiones. Ostendit igitur hoc loco nominis sui virtutem ; siquidem cum neque videtur, neque obsecratur, sed cum nominatur solum, talia facit. « Hucusque, inquit, non petiistis quidquam sub nomine meo. » Ex hoc autem tempore « petite, et » omnino « recipietis : » et ita expedit vobis ut ego moriar : siquidem apud Patrem majorem quam nunc fiduciam inventuri estis. Non enim quod separor a vobis, existimate vos a me relictos, sed nomen meum majorem vobis fiduciam dabit, et gaudium vestrum tunc erit plenissimum, cum accipietis omnes petitiones. Considera D autem quod ille sumit, qui sub nomine Christi petit. Nullus igitur ex his qui mundana petunt ac animabus damnosa, in nomine Christi petit ; ideo neque accipit. Nomen enim Christi divinum est ac salutare. Quando autem quis petit quæ ad perditionem animæ pertinent, quomodo dicemus illum in salutari nomine petere ?

« Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδέν. Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσητε τὸν Πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν. Ἕως ἄρτι οὐκ ἠτήσασθε οὐδὲν ἐν τῷ ὀνόματί μου. Αἰτεῖτε, καὶ λήψεσθε, ἵνα ἡ χαρὰ ὑμῶν ᾖ πεπληρωμένη. » Ὅτε, φησὶν, ἀναστήσομαι, τότε ἐπιφοιτήσαντος ὑμῖν πάντως τοῦ Παρακλήτου, καὶ ὁδηγήσαντος εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, « ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδὲν, » τοιοῦτον οἷον καὶ πρώην· « Ποῦ ὑπάγεις ; » καὶ, « Δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα. » Πάντα γὰρ γνώσεσθε ἐν Πνεύματι, ἤτοι « ἐρωτήσετε, » ἀντὶ τοῦ, παρακαλέσετε, ἀξιώσετε. Ὅτε τοίνυν ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, πέμψω ὑμῖν τὸν Παράκλητον, τότε « οὐκ ἔτι ἐμὲ ἐρωτήσετε, » τουτέστιν, αἰτήσεσθε, ὥστε μεσίτην ἐμὲ γενέσθαι, ἀλλὰ ἀρκέσει ὑμῖν τὸ ὄνομά μου εἰς τὸ παρὰ τοῦ Πατρὸς λαβεῖν τὰ αἰτήματα. Δείκνυσιν οὖν ἐνταῦθα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τὴν δύναμιν, εἴ γε μηδὲ παρακαλούμενος, ἀλλ' ὀνομαζόμενος μόνον, τοιαῦτα ποιεῖ. « Ἕως ἄρτι, φησὶν, οὐκ ἠτήσασθε οὐδὲν ἐν τῷ ὀνόματί μου· » ἀπὸ τοῦ νῦν δὲ « αἰτεῖτε, καὶ » πάντως « λήψεσθε. » Ὥστε συμφέρει τὸ ἀποθανεῖν με, εἴ γε μέλλετε ἀπὸ τοῦ νῦν παῤῥησίας μείζονος τυγχάνειν παρὰ τῷ Πατρί μου. Μὴ γὰρ ἐπειδὴ χωρίζομαι ὑμῶν, νομίζετε ἐγκαταλειφθῆναι παῤ' ἐμοῦ, ἀλλὰ τὸ ὄνομά μου μείζω ὑμῖν παῤῥησίαν δώσει, καὶ ἡ χαρὰ ὑμῶν τότε ἔσται πληρεστάτη, λαμβανόντων πάντα τὰ αἰτήματα. Σκόπει δὲ, ὅτι ἐκεῖνος λαμβάνει, ὁ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ αἰτῶν. Οὐδεὶς οὖν τῶν κοσμικὰ αἰτούντων καὶ ψυχοβλαβῆ, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ αἰτεῖ, διὸ οὐδὲ λαμβάνει. Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, θεῖον καὶ σωτήριον· ὅταν δέ τις τὰ πρὸς ἀπώλειαν ψυχῆς φέροντα αἰτεῖ, πῶς ἐροῦμεν τοῦτον ἐν τῷ σωτηρίῳ ὀνόματι αἰτεῖν ;

Vers. 25- 28. « Hæc per parœmias locutus sum vobis : veniet tempus cum jam non per proverbia loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis ; in illo die in nomine meo petetis ; et non dico vobis quod ego rogaturus sim Patrem pro vobis :

« Ταῦτα ἐν παροιμίαις λελάληκα ὑμῖν· ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὐκ ἔτι ἐν παροιμίαις λαλήσω ὑμῖν, ἀλλὰ παῤῥησίᾳ περὶ τοῦ Πατρὸς ἀναγγελῶ ὑμῖν. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐν τῷ ὀνόματί μου αἰτήσεσθε· καὶ οὐ λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα περὶ

[13] Act. v, 41.

Digitized by Google

ὑμῶν· αὐτὸς γὰρ ὁ Πατὴρ φιλεῖ ὑμᾶς, ὅτι ὑμεῖς ἐμὲ πεφιλήκατε, καὶ πεπιστεύκατε, ὅτι ἐγὼ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον. Ἐξῆλθον παρὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον· πάλιν ἀφίημι τὸν κόσμον, καὶ πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα. » Παροιμία ἐστὶ λόγος, πλαγίως, καὶ ἐπικεκρυμμένως, καὶ τὸ ὅλον παραβολικῶς ὑποκείμενόν τι δεικνύων. Ἐπεὶ τοίνυν ὁ Κύριος πολλὰ αὐτοῖς ἐπικεκρυμμένως εἶπε, καὶ παραβολικὸν δὲ ἦν τὸ περὶ τῆς γυναικὸς καὶ τοῦ τοκετοῦ, φησί· « Ταῦτα ἐν παροιμίαις λελάληκα ὑμῖν, ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὐκ ἔτι ἐν παροιμίαις, ἀλλὰ παῤῥησίᾳ περὶ τοῦ Πατρὸς ἀναγγελῶ ὑμῖν. » Μετὰ γὰρ τὴν ἀνάστασιν παραστήσας ἑαυτὸν ζῶντα, δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ἐλάλει αὐτοῖς τὰ περὶ τοῦ Πατρὸς τὰ μυστικώτερα καὶ ἀκριβέστερα. Πρότερον γὰρ οὕτως ἐνόμιζον αὐτοῦ Πατέρα εἶναι τὸν Θεὸν, ὡς καὶ ἡμῶν ἐστι, χάριτι. Πάλιν δὲ θάῤῥος αὐτοῖς διδοὺς, ὅτι λήψονται ἐν τοῖς πειρασμοῖς βοήθειαν ἄνωθεν, « Ἐν τῷ ὀνόματί μου, φησὶν, αἰτήσασθε [f. αἰτήσεσθε], » καὶ τοσοῦτον ὑμῖν διαβεβαιοῦμαι φίλον εἶναι τὸν Πατέρα, ὥστε οὐδὲ τῆς μεσιτείας λοιπὸν ἐμοῦ χρῄζετε. « Αὐτὸς γὰρ » ἐκεῖνος « φιλεῖ ὑμᾶς. » Εἶτα ἵνα μὴ ἀποπηδήσωσι τοῦ Χριστοῦ, ὡς οὐκ ἔτι αὐτοῦ χρῄζοντες, ἀλλὰ τῷ Πατρὶ ἀμέσως ἀγαπώμενοι, φησί· « Διὰ τοῦτο φιλεῖ ὑμᾶς ὁ Πατὴρ, διότι ὑμεῖς ἐμὲ πεφιλήκατε. » Ὅτε οὖν ἐκπέσοιτε τῆς ἐμῆς φιλίας, αὐτίκα καὶ τοῦ Πατρὸς ἐκπεσεῖσθε. Ἐπεὶ δὲ διαφερόντως αὐτοὺς παρεμυθεῖτο, τὸ ἀκούειν ὅτι παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθε, καὶ πάλιν πρὸς Θεὸν ὑπάγει, διὰ τοῦτο συνεχῶς αὐτὸ στρέφει. Ὅθεν καὶ αὐτοὶ ἐκ τοῦ ταῦτα ἀκούειν ὠφεληθέντες, καὶ ἀναπνεύσαντες, τί φασιν;

A ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, et credidistis quod a Deo exiverim. Exivi a Patre, et veni in mundum : iterum relinquo mundum, et vado ad Patrem. » Parœmia est sermo oblique et occulte ac per parabolas totum argumentum ostendens. Quia igitur Dominus multa eis occulte dixerat, et parabolam narrarat de muliere ac partu, dicit : « Hæc per parœmias nunc locutus sum vobis, sed venit hora, quando non ultra in parabolis loquar, sed libere de Patre annuntiabo vobis. » Post resurrectionem enim, cum se exhibuisset vivum per quadraginta dies, loquebatur eis de Patre magis mystica et manifestiora [74]. Prius enim sic putabant ejus esse Patrem Deum, sicut et noster est, gratia. Iterum autem dat eis fiduciam, quod habituri sint
B in tentationibus supernum adjutorium. « Sub nomine meo, inquit, petetis : » et in tantum vobis conservabo amicum Patrem, ut posthac neque me opus habeatis intercessore : « nam ipsemet Pater vos amat. » Insuper ut non resiliant a Christo, quasi ipso non habeant opus, sed a Patre absque mediatore diligantur, dicit : « Propterea amat vos Pater, eo quod me dilexistis. » Quando igitur excideritis a mea amicitia, tunc et a Patris amicitia excidetis. Et quia multum eos consolatus fuit, quia audiebant eum a Patre exivisse, et iterum ad Patrem ire, propterea continuo hoc versat : unde et illi audiendo hæc, utilitate percepta respirantes aliquantulum, quid aiunt?

« Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Ἴδε νῦν, παῤῥησίᾳ λαλεῖς, καὶ παροιμίαν οὐδεμίαν λέγεις· νῦν οἴδαμεν, ὅτι οἶδας πάντα, καὶ οὐ χρείαν ἔχεις ἵνα τίς σε ἐρωτᾷ. Ἐν τούτῳ πιστεύομεν, ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθες. Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἄρτι πιστεύετε. ἰδοὺ ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐλήλυθεν, ἵνα σκορπισθῆτε ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια, καὶ ἐμὲ μόνον ἀφῆτε· καὶ οὐκ εἰμὶ μόνος, ὅτι ὁ Πατὴρ μετ' ἐμοῦ ἐστιν. » Ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ, ὅτι φίλος ἔσται αὐτοῖς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, καὶ ὅτι οὐ δέονται τῆς αὐτοῦ μεσιτείας, ὡς τῷ Πατρὶ ὡκειωμένοι, καὶ ὅτι ἐξῆλθε παρὰ τοῦ Θεοῦ, φασὶν, ὅτι « Νῦν οἴδαμεν, ὅτι οἶδας πάντα, » τουτέστι, Γινώσκεις τὰ σκανδαλίζοντα τὴν ἑκάστου καρδίαν, « καὶ οὐ χρείαν ἔχεις, » ἵνα παρά τινων μανθάνῃς αὐτά. Καὶ « ἐν τούτῳ πιστεύομεν, ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθες. » Θεοῦ γὰρ, τὸ εἰδέναι τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας. Σκόπει δὲ, πῶς ἀτελεῖς ἦσαν λέγοντες τὸ, « Νῦν οἴδαμεν. » Οἱ γὰρ τοσούτων ἀκούσαντες διδασκαλιῶν, « Νῦν οἴδαμεν, » φασίν. Ὁ δὲ Χριστὸς δεικνύων αὐτοῖς, ὅτι ἀτελεῖς εἰσιν ἔτι, καὶ οὔπω οὐδὲν μέγα περὶ αὐτοῦ ἐνενόησαν, ἀλλὰ κάτω καὶ περὶ τὴν γῆν ἔτι στρέφονται, φησίν· « Ἄρτι πιστεύετε. » Ὥσπερ γὰρ ἐπιμέμφεται αὐτοῖς καὶ προσονειδίζει τὴν βραδύτητα τῆς πίστεως. Ἵνα [δὲ] μὴ δόξωσι χαρίζεσθαι αὐτῷ, τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ ἐννοοῦντες, φησίν· « Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα σκορπισθῆτε ἕκαστος. » Ὑμεῖς γὰρ,

C Vers. 29-32. « Dicunt ei discipuli ejus : Ecce nunc aperte loqueris, nec proverbium ullum dicis · **725** nunc scimus quod scis omnia, nec opus est tibi ut quis te interroget. Per hoc credimus quod a Deo existi. Respondit eis Jesus : Nunc creditis! Ecce instat tempus, et jam venit, ut dispergamini unusquisque in sua, meque solum relinquatis : et tamen non sum solus, quia Pater mecum est. » Cum audissent discipuli amicum illis futurum Deum et Patrem, neque indigere se illius intercessione, uti maxime familiares Patri, exiisseque illum a Deo, dicunt : « Nunc scimus quod scis omnia, » hoc est, cognoscis quæ uniuscujusque cor offendunt, et « non opus habes » ut ab aliquo discas ea, « et in hoc credimus quod a Deo exieris [75] : » Dei enim
D est scire occulta cordis [76]. Vide autem quomodo imperfecti fuerint dicentes, « Nunc scimus : » qui enim tantas audierant doctrinas, dicunt, « Nunc scimus. » Christus autem ostendens eis quod imperfecti sint, et quod nondum quidquam magni de se intellexerint, sed deorsum et in terrenis versentur, inquit : « Nunc creditis! » Quodammodo improperat eis tarditatem fidei illorum. Ut autem ne videantur gratificari ipsi talia de ipso sentientes, inquit : « Venit hora ut dispergamini unusquisque. » Vos enim, inquit, videmini de me magnum quid-

[74] Act. I, 3. [75] Joan. XVI, 30. [76] Psal. XLIII, 22.

Digitized by Google

dam sentire : ego autem dico vobis, quod usque adeo imperfecti estis, ut me inimicis derelicturi sitis, et invasura est vos formido, et ita neque junctim secedetis, sed separatim dispergemini, et unusquisque sibiipsi de salute et profugio prospiciet. Verum ego propterea non habebo pejus : « Non enim solus sum, » sed habeo et Patrem mecum : atque ita neque per impotentiam pătior, sed voluntarium me permitto crucifixoribus. Cum igitur audieris clamantem, « Ut quid me dereliquisti [77] ? » ne sic simpliciter intellige, quod derelictus sit Salvator a Patre : alioqui quomodo hoc loco testaretur, « Pater mecum est ? » sed intellige ut ab humana natura dictum, derelicta propter peccatum et abjecta, in Christo autem conciliata, et assumpta per Patrem.

Vers. 32. « Hæc autem locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis ; In mundo afflictionem habebitis, sed confidite, ego vici mundum. » — « Hæc, inquit, locutus sum vobis, » ut ne ejiciatis me ex mente vestra, neque commoveamini et turbemini a stabili erga me charitate, sed « pacem habeatis in me, hoc est, Maneatis infracti, recipientes ut certa quæcunque dixi vobis. Audiat autem et Arius, quia hæc omnia quæ humilia et indigna videntur gloria Filii, propter auditores dicta sunt, non ut nos utamur his pro dogmatibus. Dicta enim sunt apostolis in consolationem, et demonstrant amorem quem erga illos gerebat. « In mundo afflictionem habebitis. » Non enim per prædicta tantum vos tentari permittam, inquit, sed quandiu fueritis in mundo, « afflictionem habebitis : » non nunc tantum, quando trador, sed et postea ; sed resistite turbationi, et **726** « confidite, quia ego vici mundum ; » ego autem cum vicerim, non oportebit vos discipulos animum despondere, sed contemnere eum ut victum. Quomodo autem vicit mundum ? Quia devicit principem affectionum mundi ; sed hoc et ex posterioribus manifestum. Omnia enim ei subjecta sunt et cesserunt. Sicut igitur Adam victo, omnis natura condemnata est ; ita ubi Christus vicit, in omnem naturam victoria transiit, et virtus nostra in Christo Jesu gratiam assecuta est calcandi super serpentes et scorpios, et super omnem potestatem inimici. Per hominem enim intravit mors, et per hominem vita [78], et imperium contra diabolum. Nam si nudus Deus vicisset, nihil spectasset ad nos.

CAPUT XVII.

Oratio Jesu pro datis sibi a Patre discipulis.

Vers. 1-3. « Hæc locutus est Jesus, et sublatis oculis in cœlum, dixit : Pater, venit hora, glorifica Filium tuum, ut et Filius tuus glorificet te : sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est

[77] Matth. xxvii, 46. [78] I Cor. xv, 21.

A φησί, δοκεῖτε μέγα τι περὶ ἐμοῦ φαντασθῆναι· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι τοσοῦτόν ἐστε ἀτελεῖς, ὥστε ἐγκαταλιπεῖν με μέλλετε τοῖς ἐχθροῖς· καὶ τοσαύτη δειλία ὑμῶν κατακρατήσει, ὥστε οὐδὲ μετ' ἀλλήλων δυνήσεσθε ἀναχωρῆσαι, ἀλλὰ καὶ ἀπ' ἀλλήλων διασκορπισθήσεσθε, καὶ ἕκαστος καταφυγὴν καὶ σωτηρίαν ἑαυτῷ πορίσεται. Ἀλλ' οὐδὲν ἐκ τούτου δεινὸν πείσομαι· « Οὐ γὰρ μόνος εἰμί, » ἀλλ' ἔχω καὶ τὸν Πατέρα μετ' ἐμοῦ. Ὥστε οὐ δι' ἀδυναμίαν πάσχω, ἀλλ' ἑκὼν παραχωρῶ τοῖς σταυρωταῖς. Ὅταν οὖν ἀκούσῃς τὸ, « Ἵνα τί με ἐγκατέλιπες ; » μὴ οὕτως ἁπλῶς νόει, ὅτι ἐγκατελείφθη ὁ Σωτὴρ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς (πῶς γὰρ ἐνταῦθα μαρτυρεῖ, ὅτι « Ὁ Πατήρ μετ' ἐμοῦ ἐστι ; »), ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ῥηθῆναι νόει τοῦτο, τῆς ἐγκαταλειφθείσης διὰ τὰς
B ἁμαρτίας, καὶ ἀποβριφείσης, ἐν Χριστῷ δὲ καταλλαγείσης, καὶ προσληφθείσης τῷ Πατρί.

« Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ἐν ἐμοὶ εἰρήνην ἔχητε. Ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε, ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. » — « Ταῦτα, φησὶν, ἐλάλησα ὑμῖν, » ἵνα μὴ ἐκβάλητέ με ἐκ τῆς διανοίας ὑμῶν, μηδὲ διασαλευθῆτε, καὶ ταραχθῆτε ἀπὸ τῆς ἐν τῇ ἐμῇ ἀγάπῃ σταθερότητος, ἀλλ' εἰρηνεύητε ἐν ἐμοί· τουτέστι, Μένητε ἀκλόνητοι, παραδεχόμενοι ὡς πιστὰ, ὅσα εἶπον ὑμῖν. Ἀκουέτω δὲ καὶ Ἄρειος, ὅτι ταῦτα πάντα τὰ ταπεινὰ, καὶ ἀνάξια δοκοῦντα τῆς τοῦ Υἱοῦ δόξης, διὰ τοὺς ἀκροατὰς εἴρηται, οὐχ ἵνα ἡμεῖς πρὸς τὰ δόγματα τούτοις χρώμεθα. Ἐλέχθησαν γὰρ τοῖς ἀποστόλοις πρὸς παρηγορίαν, ὡς ἐνδεικτικὰ
C τῆς αὐτοῦ πρὸς αὐτοὺς ἀγάπης. « Ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε. » Οὐ μέχρι τῶν ῥηθέντων, φησὶ, δεινῶν στήσω ὑμῖν τοὺς πειρασμοὺς, ἀλλ' ἕως ἂν ἦτε ἐν τῷ κόσμῳ, « θλῖψιν ἕξετε, » οὐ νῦν, ὅτε παραδίδομαι, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα· ἀλλ' ἀντίστητε τῷ λογισμῷ· « Θαρσεῖτε γὰρ, ὅτι ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον· » ἐμοῦ δὲ νικήσαντος, οὐ δεῖ τοὺς μαθητὰς ὑμᾶς ἀλύειν, ἀλλὰ καταφρονεῖν αὐτοῦ ὡς νενικημένου. Πῶς δὲ νενίκηκε τὸν κόσμον ; Τὸν ἄρχοντα τῶν τοῦ κόσμου παθῶν καταπαλαίσας. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἀπὸ τῶν μετὰ ταῦτα δῆλον. Πάντα γὰρ αὐτῷ ὑπετάγησαν, καὶ παρεχώρησαν. Ὥσπερ οὖν τοῦ Ἀδὰμ ἡττηθέντος, πᾶσα ἡ φύσις κατεκρίθη· οὕτω τοῦ Χριστοῦ νικήσαντος, εἰς πᾶσαν τὴν φύσιν ἡ νίκη διαβέβηκεν, καὶ δύναμις
D ἡμῶν ἐχαρίσθη ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Δι' ἀνθρώπου γὰρ εἰσῆλθεν ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἡ ζωὴ, καὶ τὸ κατὰ τοῦ διαβόλου κράτος. Εἰ γὰρ ψιλὸς Θεὸς ἐνίκησεν, οὐδὲν ἂν ἦν πρὸς ἡμᾶς.

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Περὶ τῆς προσευχῆς τοῦ Ἰησοῦ πρὸς τὸν Πατέρα ὑπὲρ τῶν δεδομένων ἑαυτῷ μαθητῶν.

« Ταῦτα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐπῆρε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ εἶπε· Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα· δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε, καθὼς ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκός· ἵνα πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ, δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν

Digitized by Google

αἰώνιον. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωή, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. » Εἰπὼν τοῖς μαθηταῖς, ὅτι « Θλῖψιν ἕξετε, » καὶ παραινέσας αὐτοῖς θαρσεῖν, ἀνίστησι πάλιν διὰ τῆς εὐχῆς, παιδεύων ἡμᾶς ἐν τοῖς πειρασμοῖς, πάντα ἀφιέντας, ἐπὶ τὸν Θεὸν καταφεύγειν. Ἄλλως τε· Οὐδὲ εὐχὴ τὸ πρᾶγμά ἐστιν, ἀλλὰ διάλεξις πρὸς τὸν Πατέρα. Εἰ δὲ ἀλλοχοῦ εὔχεται, καὶ ἐπὶ γόνατα κάμπτεται, μὴ θαυμάσῃς. Ἦλθε γὰρ ὁ Χριστὸς μὴ μόνον ἑαυτὸν φανερώσων, ἀλλὰ καὶ ἀρετὴν πᾶσαν παιδεύσων· τὸν δὲ παιδεύοντα, οὐ διὰ ῥημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ πραγμάτων παιδεύειν χρή. Δεῖξαι δὲ θέλων, ὅτι οὐκ ἄκων, ἀλλ' ἑκὼν ἐπὶ τὸ πάθος ἔρχεται, φησί· « Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα. » Ἰδοὺ γὰρ ὡς ἀσπαστὸν τοῦτο ποθεῖ, καὶ δόξαν τὸ πρᾶγμα καλεῖ, οὐκ οἰκείαν μόνην, ἀλλὰ καὶ τοῦ Πατρός· ὃ καὶ γέγονεν. Οὐ γὰρ ὁ Υἱὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ Πατὴρ ἐδοξάσθη. Πρὸ μὲν γὰρ τοῦ σταυροῦ οὐδὲ Ἰουδαῖοι αὐτὸν ᾔδεσαν (« Ἰσραὴλ γάρ με οὐκ ἔγνω, » φησί)· μετὰ δὲ τὸν σταυρὸν ἡ οἰκουμένη πᾶσα αὐτῷ προσέδραμε. Δείκνυσι δὲ τίς ἐστιν ἡ δόξα αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Πατρός. Τὸ πιστεῦσαι, φησὶ, πᾶσαν σάρκα, καὶ εὐεργετηθῆναι, τοῦτό ἐστι δόξα Θεοῦ. Οὐ γὰρ εἰς Ἰουδαίους μόνους ἡ χάρις συσταλήσεται, ἀλλ' εἰς τὴν οἰκουμένην ἐκταθήσεται. Εἶπε δὲ τοῦτο, ὅτι ἔμελλε πέμπειν αὐτοὺς εἰς τὰ ἔθνη. Ἵν' οὖν μὴ νομίσωσι καινοτομίαν εἶναι τοῦτο, καὶ ἀβούλητον τῷ Πατρὶ, δείκνυσιν, ὅτι ὑπὸ τοῦ Πατρὸς δέδοται αὐτῷ κατὰ πάσης σαρκὸς ἐξουσία. Πρὸ τούτου δὲ ἔλεγεν αὐτοῖς· « Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε. » Τί δέ ἐστι τὸ, « Πάσης σαρκός; » οὐ γὰρ δὴ πάντες ἐπίστευσαν. Καὶ μὴν ὁ Χριστὸς, τὸ ἑαυτοῦ μέρος, ἐσπούδαζε πάντας εἰς πίστιν ὑπαγαγέσθαι· εἰ δὲ μὴ προσέσχον ἐκεῖνοι, οὐ τοῦ διδάσκοντος τὸ ἔγκλημα, ἀλλὰ τῶν μὴ δεχομένων. Ὅταν δὲ ἀκούσῃς τὸ, « Δέδωκας, » καὶ, « Ἔλαβον, » καὶ τὰ τοιαῦτα, συγκαταβατικῶς εἰρῆσθαι νόει, ὡς μυριάκις εἴπομεν. Φυλάττων γὰρ ἀεὶ τὸ αὐτός τι περὶ αὐτοῦ λέγειν μέγα, συγκαταβαίνει τῇ ἀσθενείᾳ τῶν ἀκροατῶν· καὶ ἐπειδὴ ἐσκανδαλίζοντο, μεγάλα περὶ αὐτοῦ ἀκούοντες, τὰ τέως αὐτοῖς χωρητὰ φθέγγεται· ὥσπερ καὶ ἡμεῖς, τοῖς παιδίοις διαλεγόμενοι, καὶ τὸν ἄρτον οὕτως ὀνομάζομεν ὡς ἐκεῖνα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ ἁπλῶς τ' ἄλλα πάντα. Ἐπεὶ ὅταν ὁ εὐαγγελιστὴς περὶ τοῦ Κυρίου λέγῃ, ἄκουσον τί φησι· « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· » καὶ, « Ὅσοι ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. » Ὁ ἑτέροις διδοὺς, πῶς αὐτὸς ταύτην οὐκ εἶχεν, ἀλλ' ἐλάμβανε παρὰ τοῦ Πατρός; Ἔπειτα καὶ ἐνταῦθα ἐν τοῖς δοκοῦσι τούτοις ταπεινοῖς ῥήμασι, παραπέπλεκταί τι καὶ ὑψηλόν. « Ἵνα γὰρ, φησὶ, πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ, » τοῦτο τῆς συγκαταβάσεως· « δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον, » τοῦτο τῆς ἐξουσίας τοῦ Μονογενοῦς καὶ τῆς θεότητος. Θεοῦ γὰρ, τὸ διδόναι ζωὴν, καὶ ταύτην αἰώνιον. « Μόνον δὲ ἀληθινὸν Θεὸν » εἶπε τὸν Πατέρα, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ψευδωνύμων παρ' Ἕλλησι θεῶν, οὐ γὰρ δὴ χωρίζων ἑαυτὸν τοῦ Πατρὸς, ἄπαγε! Καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ Υἱὸς

A autem vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum. » Cum dixisset discipulis, « Afflictionem habebitis, » et ad fiduciam exhortatus esset : iterum eos erigit per preces, erudiens nos in tentationibus, relictis omnibus, ad Deum confugere debere. Et aliter : Non hic oratio est, sed colloquium cum Patre. Quod autem alio loco orat, et genua flectit, ne mireris. Venit enim Christus non solum seipsum manifestaturus, sed omnem virtutem docturus; docentem autem, non tantum verbis, sed et operibus docere oportet. Ostendere autem volens quod non invitus, sed sua sponte ad Passionem accedat, dicit : « Pater, venit hora. » Ecce enim ut optabile hoc desiderat, et gloriam vocat, non suam tantum,
B sed et Patris : quod et factum est. Non enim Filius solus, sed et Pater glorificatus est. Nam ante crucem quidem neque Judæi ipsum sciverunt : « Israel enim me non cognovit [79], » inquit : post crucem autem totus orbis ad eum confluxit. Ostendit autem quæ sit gloria ejus et Patris : Credere, inquit, omnem carnem, et beneficia experiri, gloria Dei est. Non enim ad Judæos solos gratia contrahitur, sed in totum orbem extenditur. Dixit autem hoc, quoniam missurus erat illos in gentes. Ut igitur ne putent novitatem esse, et præter voluntatem Patris, indicat a Patre sibi datam potestatem omnis carnis. Nam ante dicebat eis : « In viam gentium ne abieritis [80]. » Quid **727** autem est, « Omnis carnis ? » nam non omnes crediderunt. Et sane Chri-
C stus, quantum ad se attinebat, omnes ad fidem adducere curabat : quod autem illi non attenderunt, non docentis, sed non suscipientium crimen est. Quando autem audieris, « Dedisti, » et « Accepi, » et similia, intellige ea dicta esse ad auditorum captum, sicut sæpe diximus. Semper enim cavet ne de seipso magna dicat, et se attemperat infirmitati auditorum. Et quia offendebantur magna de eo audientes, loquitur de his quorum capaces sunt : sicut et nos sæpe cum pueris loquimur, et panem ita nominamus ut illi, et aquam, et in summa omnia. Nam quando evangelista de Domino dicit, audi quæ dicat : « Omnia per ipsum facta sunt [81] : » et, « Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri [82]. » Qui aliis dat, quomodo ipse potestatem non
D habet, sed accipit a Patre ? Insuper et hic in his verbis quæ videntur humilia, asseritur sublime quiddam. Nam, ut dicit, « Omne quod dedisti ei, » hoc per condescensionem est dictum : « Det eis vitam æternam, » hoc potestatem indicat Unigeniti et deitatis. Dei enim est dare vitam, eamque æternam. « Solum autem verum Deum » dixit Patrem, opponendo eum mendacibus, qui apud gentiles erant, diis. Non enim seipsum a Patre separat. Absit ! Nam cum sit verus Filius, non erit mendax Deus, sed verus : sicut hic evangelista de Domino in Epistola sua catholica inquit, « Jesus Christus, hic est verus Deus, et vita æterna [83]. » Si autem ur-

[79] Isa. I, 3. [80] Matth. X, 5. [81] Joan. I, 3. [82] Ibid. 12. [83] I Joan. V. 20.

Digitized by Google

geant hæretici falsum esse Deum ipsum Filium, quia Pater solus dictus sit verus Deus, discant quod hic de Filio evangelista dicat : « Erat lux vera [84]. » Igitur secundum eos Pater est lux falsa ; sed absit : et ita quando verum Deum dicit Patrem, falsis diis gentilium opponitur : sicut et hoc, « Gloriam quæ a solo Deo est non quæritis. » Hæc enim in sensu hæreticorum intelligere, nempe quod, cum Deus solus dictus sit Pater, minime Deus sit Filius, illud omnino fuerit absurdum.

Vers. 4-6. « Ego te glorificavi super terram. B opus consummavi quod dedisti mihi ut facerem : et nunc glorifica me, Pater, apud temetipsum gloria quam habui priusquam hic mundus esset apud te. Manifestavi nomen tuum hominibus. » Disce hoc loco quomodo glorificet Pater Filium, utique sicut et Filius Patrem : « Ego te, inquit, glorificavi super terram. » Merito addidit, « super terram. » In cœlis enim glorificatus erat, et ab angelis adorabatur; terra autem ignorabat eum. Igitur quia Filius annuntiavit eum omnibus, ideo dicit : « Glorificavi te super terram » omnem, notitia Dei disseminata, et perfecto opere « quod dedisti mihi. » Hoc enim opus est incarnationis Unigeniti, sanctificare naturam nostram, et prosternere rectorem mundi, qui se prius Deum faciebat, et inserere creaturæ **728** notitiam Dei. Quomodo autem consummavit hoc, cum nondum inceperit? Quod ad me attinet, inquit, consummavi. Vel quia fecit quod maximum omnium, et radicem bonorum omnium nobis substravit, dæmone victo, et se objecto voracissimæ bestiæ morti : radicem hanc necessario secuturi erant et fructus divinæ notitiæ : propter hoc dixit, « Perfeci opus. » Seminavi, inquit, radicem plantavi, fructus autem sequentur. « Glorifica igitur me, Pater, et tu apud teipsum gloria quam habebam apud te priusquam mundus subsisteret. » Nondum autem glorificata erat carnis natura, neque incorruptibilitate fruebatur, neque regium thronum acceperat : propterea dicit, « Glorifica me : » hoc est, humanam meam naturam, quæ nunc in ignominia, quæque crucifigenda, et subvehe eam in gloriam quam habebam apud te ego Verbum et Filius tuus, « priusquam mundus esset. » Collocavit enim humanam naturam in throno regio, et adoratur nunc ab omni creatura. « Manifestavi nomen tuum hominibus. » Nunc interpretatur quid sit, « Ego glorificavi nomen tuum super terram, » hoc est, Manifestavi nomen tuum. Quomodo igitur Manifestavit Filius? Etenim Isaias quoque dicit : « Jurandum per Deum verum [85]. » Sed, quod sæpe diximus, quamvis manifestum fue-

[84] Joan. I, 9. [85] Isa. XIX, 18.

B ἦλθεν ἐν αὐτῷ, εἶτα μετέστη, ὥσπερ καὶ Ἐνὼχ καὶ Ἠλίας. Ἀνατρέπει τοίνυν ὁ εὐαγγελιστὴς τὴν ψευδῆ δόξαν τῶν οἰομένων, ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει ὁ μαθητὴς οὗτος, ἀλλ' ἀθάνατος ἔσται. Ψευδὲς γὰρ ὄντως, τὸ ἀθάνατον εἶναι ἄνθρωπον. Κἂν γὰρ Ἐνὼχ καὶ Ἠλίας οὐκ ἀπέθανον, ἀλλ' ὅμως θνητοί. Οὕτως οὖν καὶ οὗτος, κἂν οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλ' ἀποθανεῖται. Τὸ οὖν, « Οὐκ ἀποθνήσκει, » τουτέστιν, ἀθάνατος ἔσται, ψευδές. Ἄλλοι δὲ διαβεβαιοῦνται, ὅτι ἀπέθανε. Τὸ δὲ, « Ἐὰν θέλω αὐτὸν μένειν, » ὡς ἄνωθεν ἡρμηνεύσαμεν, οὕτω νοοῦσι. Πάσας δὲ τὰς δόξας εἴπομεν, ὑπὲρ τοῦ μηδεμίαν ἀγνοεῖσθαι τοῖς φιλομαθέσιν· ὡς ἡμῖν γε τὸ, « Μένειν, ἕως ἔρχομαι, » οὕτως ἀρέσκει νοεῖσθαι, ὡς τῷ θείῳ καὶ χρυσῷ τὴν γλῶτταν Ἰωάννῃ δοκεῖ, οὐχὶ περὶ τῆς ζωῆς, ἀλλὰ περὶ τοῦ μὴ συνεζεῦχθαι τῷ Πέτρῳ.

VERS. 24, 25. « Hic est discipulus ille qui testi-
C monium perhibet de his, et scripsit hæc, et scimus quod verum est testimonium ejus. Sunt autem et alia multa quæ fecit Jesus, quæ si scribantur per singula, nec ipse, opinor, mundus caperet eos qui scriberentur libros. » Quare cum nullus evangelistarum alius de seipso perhiberet testimonium, hic de seipso testatur ? Dicitur postremus ad scribendum accessisse, cum motus et excitatus esset ad id per Christum. Et propter hoc sæpe dilectionis meminit, ostendens causam propter quam ad scribendum accesserit, quod Christus commiserit hoc opus ei, qui præ aliis magis diligebatur. Et scio, inquit, quod vera dicit, hoc est, Certis indiciis compertum habens, scripsi quæ scripsi, utpote qui
D interfui omnibus sermonibus, et operibus et passionibus et his quæ post resurrectionem acciderunt. Dilectus enim eram, et non excludebar, atque ita fidenter et de meipso dico quod vera dico, provocatus ut exquirerem quæ facta sunt, et singula examinarem. Prorsus autem solemus nos homines quando bene fidimus veritati nequaquam testimonia nostra recusare : id quod et apostoli dicebant : « Nos sumus testes eorum quæ dicimus, et Spiritus quem dedit obedientibus sibi. » Unde autem manifestum, inquit, quod vera dicam, et non aduler præceptori ? Ex eo quod multa prætermitto, unde perspicuum quod non aduler. Qui enim ignominiosa omnia in medium protuli, et non abscondi, quod eum et prævaricatorem legis, et seductorem nominaverunt, et

C « Οὗτός ἐστιν ὁ μαθητὴς ὁ μαρτυρῶν περὶ τούτων, καὶ γράψας ταῦτα· καὶ οἴδαμεν, ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ, ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἅτινα ἐὰν γράφηται καθ' ἕν, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία. » Τίνος ἕνεκεν μηδενὸς τῶν ἄλλων εὐαγγελιστῶν μαρτυρήσαντος ἑαυτῷ, οὗτος μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ; Λέγεται ὕστερον πρὸς τὸ γράφειν ἐλθεῖν, τοῦ Χριστοῦ κινήσαντος αὐτὸν καὶ διεγείραντος. Διὰ τοῦτο καὶ μέμνηται συνεχῶς τῆς ἀγάπης, δεικνὺς τὴν αἰτίαν ἀφ' ἧς ἐπὶ τὸ γράφειν ἦλθεν, καὶ ὅτι ἀγαπωμένῳ τῶν ἄλλων μάλιστα ἐνεχείρισε τοῦτο τὸ ἔργον ὁ Χριστός. Καὶ οἶδα, φησὶ, ὅτι ἀληθῆ λέγει· τουτέστι, Πληροφορηθεὶς ἔγραψα, ἃ ἔγραψα, ἅτε
D πᾶσι παρὼν, καὶ τοῖς ἔργοις καὶ τοῖς λόγοις, καὶ τοῖς πάθεσι, καὶ τοῖς μετὰ τὴν ἀνάστασιν. Ἀγαπητὸς γὰρ ἦμην, καὶ οὐκ ἀπελιμπανόμην. Ὥστε παῤῥησιάζομαι, καὶ περὶ ἐμαυτοῦ λέγω, ὅτι ἀληθεύω, προκαλούμενος ἐξετάζειν τὰ γεγενημένα, καὶ βασανίζειν καθ' ἕκαστον. Εἰώθαμεν δὲ πάντως οἱ ἄνθρωποι, ὅταν σφόδρα θαῤῥῶμεν ἐπὶ τῇ ἀληθείᾳ, μηδέποτε τὴν ἑαυτῶν μαρτυρίαν ἀρνεῖσθαι, ὅπερ καὶ οἱ ἀπόστολοι ἔλεγον· « Ἡμεῖς ἐσμεν μάρτυρες ὧν λέγομεν, καὶ τὸ Πνεῦμα, ὃ ἔδωκε τοῖς πειθαρχοῦσιν αὐτῷ. » Πόθεν δὲ δῆλον, ὅτι Ἀληθῆ, φησὶ, λέγω, καὶ οὐ χαρίζομαι τῷ διδασκάλῳ; Καὶ ἐκ τοῦ τὰ πολλὰ παραλιπεῖν, ὅθεν δῆλον, ὅτι οὐκ ἂν ἐχαρισάμην. Ὁ γὰρ τὰ ἐπονείδιστα πάντα εἰς μέσον θεὶς, καὶ μηδὲ τοῦτο ἀποκρυψάμενος, ὅτι καὶ ἄνομον αὐτὸν ἐκάλεσαν καὶ πλάνον, καὶ δαιμονῶντα, εὔδηλον ὅτι οὐκ ἂν ἐχαρι-

Digitized by Google

σάμην. Ὁ γὰρ χαριζόμενος, τοὐναντίον ποιεῖ· τὰ ἀπονείδιστα παριεὶς, τὰ ἔνδοξα εἰς μέσον παράγει. Μὴ θαυμάσῃς δὲ, εἰ τὰ γραφόμενα βιβλία περὶ τῶν τοῦ Ἰησοῦ ἔργων ἔφη μὴ χωρῆσαι τὸν κόσμον· ἀλλ' ἐννοήσας τὴν ἄφατον δύναμιν τοῦ Θεοῦ Λόγου, πιστῶς δέξαι τὸ ῥηθέν. ὥσπερ γὰρ ἡμῖν τὸ φθέγγεσθαι, οὕτως ἐκείνῳ, μᾶλλον δὲ πολλῷ ῥᾷον, ποιεῖν ἅπερ ἤθελεν. Τινὲς δὲ Γραφικῷ ἔθει ῥηθῆναι ὑπερβολικῶς τοῦτό φασιν. Ἔθος γὰρ τῇ Γραφῇ ταῖς ὑπερβολαῖς κεχρῆσθαι· Ὥσπερ τὸ, Εἴδομεν πόλεις ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ φθανούσας· καὶ τὸ, Εἴδομεν ἄνδρας, καὶ ἦμεν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ ἀκρίδες· καὶ ὅσα τοιαῦτα. Οὕτως οὖν καὶ τὸ μὴ δυνηθῆναι « τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία. » Τινὲς δὲ « κόσμον » μὲν νοοῦσι, τὸν κοσμικὰ φρονοῦντα, ἔργα δὲ πεποιημένα ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ, τὰ θεῖα καὶ μυστηριώδη αὐτοῦ, τὰ ἔν τε τῇ ἀοράτῳ κτίσει καὶ τῇ ὁρατῇ, καὶ ὅσα περὶ τὴν ἐπ' ἐσχάτων οἰκονομίαν, ἃ μυστηρίων γέμοντα, τὸν κοσμικὸν ἄνθρωπον μὴ δύνασθαι νοῆσαι· ὡς τὸ, « Πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν. » Ἀλλὰ γὰρ εὐξώμεθα μηδέποτε εἰς λήθην ἐλθεῖν τῶν τοῦ Κυρίου ἔργων τε καὶ λόγων, ἀλλ' ἀεὶ ἀνελίσσειν τὸ βιβλίον τοῦτο τοῦ ἠγαπημένου, καὶ διερευνᾶσθαι τὸν ἐγκείμενον θησαυρὸν καὶ τοῖς θαύμασι τοῦ Ἰησοῦ καὶ τοῖς ῥήμασιν· ἵνα δυνηθέντες ἐκκαθᾶραι ἑαυτοὺς καὶ λόγῳ καὶ βίῳ, καταξιωθῶμεν καὶ τῶν ἀπορρητοτέρων ἔργων καὶ μυστηρίων ἐν ἡμέρᾳ ἀποκαλύψεως, ἃ νῦν ἐν τῷ κόσμῳ ὄντες, οὐ δυνάμεθα χωρῆσαι· καὶ τελειωθῶμεν ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς, καὶ διὰ τοῦ ἠγαπημένου αὐτοῦ μαθητοῦ, φωτίσαντι ἡμᾶς ἐν τῇ θεολογίᾳ καὶ ἐπιγνώσει αὐτοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A dæmoniacum, manifestum est quod neutiquam adulatus fuerim. Qui enim adulatur, et ad gratiam loquitur, contrarium facit, omissisque eo: temptibilibus, gloriosa in medium adducit. Ne admireris autem si libros qui de operibus Jesu scribantur, mundum dixit non capere, sed intellecta ineffabili vi Dei Verbi, dictum fideliter accipe. Nam sicut nobis loqui, ita illi, imo multo facilius est facere ea quæ voluit. Quidam autem per hyperbolen more Scripturæ putant dictum. Mos enim Scripturæ est hyperbole uti : sicut, Vidimus civitates pertingentes in cœlum [29], et, Vidimus viros, et eramus sicut locustæ coram eis [30], et quæcunque sunt similia. Ita igitur quod « non possit mundus capere libros qui scribantur, » intelligere licet. Quidam autem per « mundum » intelligunt eos qui mundana sapiunt : opera autem quæ facta sunt a Jesu, divina et mysteriis plena, tam in invisibili quam in visibili creatura, et quæ futura sunt, et mysteriis sunt referta mundanum hominem non posse intelligere : sicut et cum dicitur [31], « Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. » Cæterum, **774** precemur nequando dictorum sanctorumque Christi obliviscamur, sed revolvamus librum hunc, dilecti, et scrutemur in eo positum thesaurum in miraculis ae verbis Jesu, ut sic valeamus purificari et vita et sermone, consequamurque in die revelationis ineffabilia opera et mysteria, quæ nunc quandiu in mundo sumus, capere non possumus : et perficiamur in Christo, qui dilexit nos, et per dilectum suum discipulum illustravit nos in theologia et agnitione sui, et Patris, et Spiritus sancti, cui sit gloria in sæculorum sæcula. Amen.

B

C

Τέλος τῆς εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον Ἑρμηνείας Θεοφυλάκτου.

Enarrationum Theophylacti in Evangelium Joannis, finis.

[29] Dan. IV, 17. [30] Isa. XL, 22. [31] Joan. XVI, 12.

Digitized by Google

THEOPHYLACTI

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI

IN OMNES DIVI PAULI EPISTOLAS COMMENTARIUS.

PHILIPPI MONTANI PRÆFATIO

(Edit. Basil. anni MDLIV.)

Quod in commentariorum recognitione, quos in Evangelia Theophylactus diserte scripserat, supra aliquot annos fecimus, idem quoque nunc facere in iis quos in omnes divi Pauli Epistolas edidit, operæ pretium duximus, candide Lector: ut videlicet aliqua saltem ex parte intelligas, dum emendata quædam proferimus, quantum commodum tuis studiis afferre conati simus: ne, quod plerumque fit, splendidis typographorum titulis tibi hic quoque fucum fieri putes, atque ita per imprudentiam, qualiumcunque nostrorum laborum fructu priveris: quod Germanis in recognitione Commentariorum Chrysostomi apud Carolum Guillard sub *Sole aureo* impressorum magno studiosorum incommodo contigisse animadvertimus: cum ne ea quidem quæ D. Erasmus a nobis admonitus ipse emendarat, illi secuti fuerint: quos quidem labores non parvos in tuam et studiosorum omnium utilitatem haud gravatim suscepimus, fore sperantes, ut Deo in primis optimo maximo (in cujus gloriam omnes conatus nostri potissimum incumbere debent; et cujus auxilio freti, istud quidquid est operis tentavimus) haudquaquam ingrati essent, et tibi, candide Lector, haud cuivis sacræ Scripturæ studioso non infructuosi. Sed ne diutius te remorer, ea paucis accipe quorum te præmonitum cupimus.

Nos Græci codicis, quo usus est aliquando D. Erasmus, fidem quam potuimus diligentissime pro nostra qualicumque mediocritate secuti sumus, nisi sicubi scriba dormitasse videretur: perabsurdum enim fuerit ubique scribam nimium bona fide amplecti, hoc est, una cum ipsis erratis, quod Lonicerus sæpius factitasse deprehenditur. Usus est autem, ni fallor, eodem nostro exemplari: in quo divi Pauli contextus a Theophylacti glossa aut capita ipsa frequenter male distinguuntur, et nonnunquam dictiones aliæ pro aliis substituuntur (quæ res nobis non parum exhibuit negotii); quibus sane restituendis qua simus usi cautione dum diligenter expendimus quid ipse auctor in præcedentibus aut subsequentibus eumdem locum attingentibus, quidve Chrysostomus eum locum tractans aut OEcumenius scripserit, aut etiam Porsenna vetus interpres legerit, in margine Græci codicis, quem typographus brevi typis excudere statuit, suis locis exposuimus: ut I ad Corinth. XIV, ἀπόστολοις depravate scriptum fuerat pro ἀπίστοις, et ad Galat. V, *scandalum Christi*, pro scandalo crucis; quæ quidem scriptoris errore contigisse vehementer admiror Lonicerum non animadvertisse: cum vel ex mox sequentibus facile a mediocriter erudito et attento error deprehendi potuerit. Item ad Ephes. I depravate legebatur, *divitiæ datæ*, cum legendum fuerit, *divitiæ gloriæ;* δόξης enim, non δόσεως scribendum fuerat. Quinto autem capite primæ ad Timotheum Epistolæ, locum in Græcis et Latinis mutilum ex Porsennæ scriptis, quæ eo quidem loco rectius habere videbantur, restituimus; hoc enim loco quid Theophylactus scripsisset non satis nobis constabat, sed quæ illinc assumpsimus, his notis () interclusimus, ne quid temere præter Græci codicis fidem de nostro addidisse videremur. Porsennæ autem viri eruditi, ut opinor, et eloquentis versione, ut multum a Græcis discedente, ne dicam plerumque dissidente, ut quæ

Digitized by Google

sit paraphrastica potius atque etiam nimium libera, utpote quæ plerumque adjiciat quæ in Græcis non habentur : et contra, plerisque in locis complures versus prorsus omittat, quæ tamen in nostro manuscripto codice Græco, eoque pervetusto aperte continentur, illius, inquam, omissa versione, Loniceri potius interpretationem arripuimus; eamque passim, ubi tolerabilis esset, retinuimus. Novam quidem ex amicorum quorumdam consilio edere statueramus, sed cum id in præfatione adorti animadverteremus, nobis ad id nec satis esse otii, nec temporis, ea potissimum mutavimus quæ, Theophylacti mentem aut non assequi viderentur, aut non satis explicarent. Ad hæc margini multis in locis quædam addidimus, sine quibus Latina legens vix unquam quid sibi velit Theophylactus intelligere queat : dum videlicet aut Græci sermonis variam attingit lectionem, aut Græcæ dictionis compositionem, aut diversam significationem, aliudve quidquam hujusmodi. Pleraque etiam delevimus ab interprete male addita, quod aut parum ad rem facerent, aut cum Theophylacti sententia pugnarent. Quædam vero perspicuitatis gratia, aut ambiguitatis vitandæ causa, a nobis sunt mutata, ut mediocriter erudito Lectori consulatur. Ista enim veritatis et sacræ Scripturæ studiosis scribuntur, quibus nuda et perspicua auctoris sententia magis placet, quam interpretis fucata et affectata dictio, quæ istiusmodi studiosis tenebras offundens, plurimum facessit negotii. Porro vulgarem in Paulino textu versionem, qua passim utitur Ecclesia, fere retinuimus, nisi sicubi Theophylacti interpretatio illam immutare coegerit : ut, ad Romanos cap. XII necesse fuit mutare *conformari* in *configurari*, quod Theophylactus differentiam ponat inter figuram et formam, et figuram mundo, formam autem virtuti attribui dicat. Item I Timoth. VI pro *inutilia*, necesse fuit ponere *stulta*, quod Theophylactus id interpretans dicat : «Quomodo enim non est stultum ; » et mox, « Hæc stulta sunt et noxia.» Noster enim vulgaris interpres legisse videtur ἀνονήτους, Theophylactus vero cum Chrysostomo legit ἀνοήτους. Item II Timoth. II pro *ne quando* ponendum fuit *si quando*, aut *si forte* vel *fortasse :* eo enim loco μήποτε, non est negantis, sed dubitantis sive addubitanter asseverantis : quo in sensu sæpe accipit Theophylactus, ut in epistola Evangeliis præfixa satis docuimus. In ipsa autem Loniceri versione quam multa fuerint male versa, aut prorsus omissa, ex his quæ decerpsimus conjicere licebit, si totum opus conferre graveris. Et quoniam principium fervere solet, exploremus quam fuerit initio ferveus et diligens, ex multis tamen pauca decerpentes, ne a Theophylacti præclaro opere diutius retardati præstantiorum jacturam faciamus. Noster enim Theophylactus pulchre Horatianum illud vitans, *Brevis esse laboro, obscurus fio :* mediocritatem scite usque adeo amplexus est, ut perspicue docendo, et ex probatis auctoribus optima quæque apiculæ more seligendo, prolixitate non sit molestus. Sed ut et nos molestiam istam vitemus, pauca illa accipe. In ipsa statim operis præfatione, ubi de Epistolarum ordine Theophylactus disserit, ac declarat Epistolam ad Romanos non propterea primo loco collocari, quod ante alias omnes scripta fuerit, ad hunc modum verterat Lonicerus : «Quandoquidem ad Corinthios, tum ad Thessalonicenses una, in qua de ministerio Hierosolyma transmittendo omnes ipsos occulte quidem commonefacit, hanc præcesserint : » cum in Græcis hic sit sensus : Quandoquidem hanc præcedant duæ quæ ad Corinthios sunt missæ : quin et has præcedit ea quæ est ad Thessalonicenses; in qua, etc. Vides, candide Lector, quod ad Epistolarum ordinem attinet, hic doceri eam quæ ad Thessalonicenses scripta fuerit, eas præcedere quæ ad Corinthios fuerint missæ : qua in sententia est Chrysostomus, quod Lonicerus plane tacuerat. Græca autem sic habent : Καὶ γὰρ πρὸ αὐτῆς εἰσιν αἱ πρὸς Κορινθίους δύο· καὶ πρὸ τούτων αὖ ἡ πρὸς Θεσσαλονικεῖς, ἣν ἦ... Sed ad caput primum veniamus, et e multis pauca perstringamus. In eum Pauli locum qui in capitis est initio : *De Filio suo qui natus est ex semine David*, cum de duplici generatione Christi ageret Theophylactus, divina et humana, ita scriptum fuerat : « Quocirca non de vili exiguove homine Evangelium hoc est, nam de Filio Dei est ; nec de exiguo Deo, nam de nato ex sanguine Davidis secundum carnem. » Hactenus Loniceri verba. Vides quam inepte colligat Filium Dei non esse exiguum Deum, propterea quod natus sit ex sanguine Davidis secundum carnem, cum ipse Paulus de incarnatione ad Philippenses scribens, longe aliter dicat : *Exinanivit semetipsum*, etc., et paulo post : *Humilliavit semetipsum*. Quod itaque Theophylactus negat Evangelium hoc esse περὶ ψιλοῦ θεοῦ, et paulo ante περὶ ψιλοῦ ἀνθρώπου, non erat vertendum, « De exiguo sive parvo Deo, » neque, « De vili exiguove homine, » sed, De *mero*, nudo et simplici Deo aut homine; ut sit

Digitized by Google

sensus : Evangelium hoc non esse de eo qui tantum sit homo, aut tantum Deus, sed qui idem et Deus sit et homo. Eodem primo cap. ibi, *Cui servio in spiritu meo in Evangelio*, etc. sic prius habebatur : « Nam servitutis Evangelii conatus necesse habet, » etc. ; nos vero clarius ad hunc modum : « Cui enim Evangelii annuntiandi servitus est commissa, illi necesse est ut, » etc. Et in Glossa sequenti ubi ait : « Atqui D. Paulus dum assidue orat tanquam vidisset eos », etc., potius dicere debuit, « Cæterum quod Paulus continenter orabat ut eos videret, sive videre contingeret, ex ferventi hoc charitate faciebat ; » et paulo post, ubi hortatur ut constantes simus in orationibus nostris, sic habebatur : « Neque enim Paulo sumus potiores, qui pro cruce etiam sua removenda precatus est. » Græce autem sic : Οὐ γάρ ἐσμεν Παύλου βελτίους, ὃς καὶ ὑπὲρ τοῦ σκόλοπος τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσε, hoc est, « Neque enim Paulo sumus meliores, qui pro stimulo ter Dominum precatus est, » ubi dictionem *ter* omisit, quæ potissimum ad orationis constantiam et perseverentiam pertinebat ; et crucem etiam pro stimulo posuit. Et mox, ἐπὶ τῇ τῆς πίστεως ἐπιδόσει, vertit, « Erga fidei communicationem, » cum, « ob fidei incrementum, » potius vertendum esset. Eodem primo capite, in illud, *Quemadmodum et in reliquis gentibus*, ita scripserat : « Committens autem ipsos, inquit, quemadmodum et in reliquis gentibus. » Συστέλλων δὲ καὶ αὐτοὺς, φησὶ, καθὼς, etc., hoc est, « Illorum autem fastum etiam comprimens, inquit, quemadmodum, » etc. Quod enim sic intelligi debeat, satis declarant sequentia. Eodem capite, ubi explicat locum Pauli : *Tradidit eos in desideria*, etc., ibi Theophylactus notat, *tradit* dici, pro *deserit* eos, et *permittit*. Lonicerus vero pro καὶ ἐᾷ, id est, *et permittit*, posuerat, *amice :* idque fortasse ob scripturæ difficultatem ; mire enim scriba ε cum α calamo veluti luxuriante conjunxerat, ideoque interpres ad ὡτάν, pro ὃ ἐτάν forte respexit. Item paulo post cum declarat quod aliis impellentibus non habuerint opus : « Sed ipsi, inquit, se contumelia affecerunt. Hujusmodi enim sunt impuri illi affectus ; » ubi longe alia prius habebatur sententia, ut etiam in mox sequentibus, ibi, *Sicut non probaverunt Deum habere in notitia ;* ubi Theophylactus : « Injuria, inquit, qua Deum affecerunt, non ex ignorantia processit, sed a meditatione et studio, » uti nos restituimus. Qui plura volet in hoc eodem primo capite emendata notare, id ex utriusque collatione facile poterit. Nec id tamen dico, ut Lonicero detraham : plurimum enim illi debere me ingenue fateor : nisi enim ipsius versione fuissem adjutus, haud facile plerisque in locis pervetustos characteres agnovissem, ut interim de ipsorum figura mihi quidem insueta sileam ; sed ne studiosi, ut diximus, si aut pauca, aut nullius momenti loca hic emendata fuisse putent, eo fructu priventur, quem ex hac recognitione ipsos σὺν Θεῷ consecuturos speramus. Sunt fortasse nonnulla quæ typographo potius quam interpreti ascribenda sunt, ut quod *Christum* pro *crucem* expresserat ; sed ne fastidium pariam, ea cum plerisque aliis prætereo : ideoque ex aliis capitibus pauciora huc transcribam. Capite secundo in illud Pauli, *Qui igitur alium doces, teipsum non doces*, ibi : « Si namque gentes, » etc. multum ab auctoris mente aberrare videtur, et paulo ante negatio non fuerat omissa ; et in glossa sequenti, post ista verba, *Sin minus*, ista desiderabantur : *Non dixit, Non prodest, ne ipsam contumelia afficere videatur, sed Judæum ea nudat, dicens :* « *Circumcisio*, » etc., et mox ubi duo præputia posuisset, unum secundum carnem, alterum secundum spiritum sive voluntatem, de hoc posteriore loquens, sic reddiderat Lonicerus : « Quæ sese habent uti commemoratum est, quando nihil carnalium quisquam affectuum habuerint, ut qui sint ablati. » Græca vero sic habent : Ἥτις ἐστὶν, ὡς εἴρηται, ὅταν τις μηδὲν ἔχει τῶν σαρκικῶν παθῶν περιῃρημένον· ubi dictio ἥτις, refert ἀκροβυστίαν ἐκ προαιρέσεως, quæ nos sic restituimus, quod quidem est, ut dictum est, quando quis carnalium affectuum nullum habet circumcisum aut amputatum ; quæ sententia belle huic loco convenit, cui prior contradicebat, et sub finem hujus capitis ab auctoris mente, ni fallor, multum aberrabat. Sed longum esset singula capita excutere ; ad sextum igitur transilio. In illud Pauli : *Non regnet peccatum in mortali*, etc., ubi extollit Christi gratiam, sic ait Theophylactus : « Itaque corpus sua natura haud nocet, sed obedire peccato, illud vero plurimum obest. Observa hic Chrisii gratiam, quomodo Adam peccarit, cum tamen nondum mortale corpus haberet : nos vero in mortali corpore peccatum vincimus et superamus. » Hactenus auctoris verba ad Græcum exemplar restituta, quæ prius longe diversam aut contrariam præ se ferebant sententiam, aut conferendo patebit ; quod si tamen ad alteram editionem recurrere graveris, ibi ad istum scribebatur modum : « Itaque corpus haud

Digitized by Google

nocet naturæ, sed obedire peccato, illud vero plurimum obest. Observa hic Christi gratiam quomodo Adam peccarit, cum tamen nondum mortale corpus haberet, nos vero in corpore mortali peccato exuberamus, adeoque in peccatis nascimur. » Vides Lector, ut *haud nocet naturæ*, pro *sua natura haud nocet;* et, *peccato exuberamus*, pro *peccatum vincimus*, dixerit diverso et contrario sensu? Capite etiam sequenti in annotatione : *Et inventum est*, [item in alia, *Nunc autem jam non ego operor*] fœdos lapsus deprehendes si conferre lubet, ut et cap. IX, XI et XIII. In hoc ubi Paulus ait : *Ut in die honeste ambulemus*. Ibi Theophylactus de Romanis honoris et gloriæ studiosis hoc modo scribit : Ἐπειδὴ γὰρ πολὺς αὐτοῖς τῆς παρὰ τῶν πολλῶν δόξης ὁ λόγος, ἐφέλκεται αὐτοὺς ἀπὸ τῆς εὐσχημοσύνης, hoc est, « Quandoquidem ipsi vulgi gloriam sive honorem, qui a multis exhibetur, magnifacerent, ab honestate eos allicit ; » prius autem sic redditum fuerat : « Cum enim ipsi Romani multa verba facerent, » etc., ubi πολὺς λόγος, non multa verba, sed multam curam, rationem sive respectum habere gloriæ et auræ popularis potius significat. Deinde quod adjectum est, « abstrahit eos ab ea gloriæ turpitudine, » multum erat a Pauli et Theophylacti proposito alienum ; suspicor interpretem existimasse pro εὐσχημοσύνης legendum esse ἀσχημοσύνης. Sub ea enim dictione ducta erat linea, quasi suspecta esset scriptura, quæ tamen belle habet, ut quæ Paulino textui respondet, ubi εὐσχημόνως.

Sed de hac una Pauli Epistola nimium multa ; pauciora igitur ex reliquis afferam ; et ne longius abeamus, initio Epistolæ sequentis, ubi Paulus ait, *Per voluntatem Dei*, in eum locum Lonicerus : « Animadverte hic deitatis vocabulum ad Patrem pertinere ; » egregia, scilicet animadversio, quasi vero usquam negarint Ariani deitatis vocabulum ad Patrem pertinere. Græca sic habent : Σημείωσαι δὲ τὸ, *διὰ* ἐπὶ Πατρὸς κείμενον, hoc est, « Nota autem hanc dictionem *per* Patri appositam, » sive de Patre dici. Ubi Theophylactus contra Arianos hunc locum profert, declarans quod hæc præpositio *per*, diminutionem non importet, ut ipsi volebant : cum etiam hic apponatur Patri, ubi dicitur *per voluntatem Dei*, ut fusius ait idem Theophylactus in eum locum Joannis, *Omnia per ipsum facta sunt*, ubi Ariani volebant Filium facere Patre minorem, quod per ipsum sicut per instrumentum aut servum Pater alia fecisset : contra quos ibi adducit hunc ipsum locum, *Per voluntatem Dei;* et item alium ex hoc eodem capite : *Fidelis Deus per quem vocati sumus in societatem Filii sui*, ubi dictio *per*, Patri juncta, nequaquam significat Patrem Filio minorem. Hunc locum pluribus tractavi quod plerisque subobscurus videretur, et a Lonicero quidem male versus, ut qui ex præpositione *διά* deitatem fecerit ; a Porsenna vero plane omissus fuisset : solet enim iste si quid placeat liberius tractare ac multa de suo infarcire ; et contra si quid non arrideat, illud prorsus omittere : quod hic contigisse videtur, si modo ipsius exemplar cum nostro consenserit, eo sane pervetusto. Nec video cur hic de germana Theophylacti Scriptura dubitare debeamus, cum hujus loci mentionem ipse faciat Joannis primo, ut diximus. Quod autem Lonicerus glossam totam nonnunquam cum textu Pauli prætermiserit, non ipsius voluntate factum esse arbitror, sed ipsius aut scribæ potius negligentia aut errore contigisse.

Hic finem facere fortasse expediret : nam ex hujusmodi locis pro nostra qualicunque mediocritate restitutis facile candidus Lector de reliquis conjicere posset, nec plura, opinor, desideraret : ob morosiores tamen, adhuc paucula ascribam, ut quod hujus Epistolæ capite quarto, ibi : *Magnæ mihi gloriæ*, contrariam posuerat sententiam ; et capite quinto, in eum Pauli locum : *In interitum carnis*, scriptum erat : « Hoc est, ut a morbo eum liberet, solvat, » nos sic emendavimus : « Hoc est, ut morbo eum maceret et tabescere faciat, » de castigatione enim corporis loquitur, ut sequentia satis declarant. Capite autem septimo pleraque depravata, et non pauca omissa fuisse, qui totum hoc caput conferre volet, facile deprehendet ; quod quidem vel unum caput moroso etiam Lectori, si tamen veritatis studiosus fuerit, hanc nostram operam ut minime supervacaneam, commendare valeat. Possem ex cap. IX, XI et XV, manifeste depravata, et contrariam sententiam continentia proferre, sed in hac priore ad Corinthios Epistola diutius quam statueram sum immoratus. In secundæ vero ad Corinthios Epistolæ capite primo, ibi : *Et spes nostra firma est pro vobis*, glossa hujus textus cum textu sequenti fuerat omissa ; atque ita glossa textus sequentis huic erat adjecta, quod etiam factum est ad Romanos XIII, fœdo sane lapsu, ut alios ejusdem capitis præteream. Secundo autem capite bis contrariam reddidit sententiam. Primum in illud Pauli : *Ut ne circumveniamur a Satana*, dixerat : « Non enim a se discre-

Digitized by Google

pantia Satanas accipit, verum et nostra rapit, » cum dicere debuisset, « Non enim ad se pertinentia Satanas, » etc. Græce enim est : Ὁ γὰρ διάβολος οὐχὶ τὰ αὐτῷ διαφέροντα λαμβάνει. Deinde paulo post in illud Pauli : *Aliis quidem odor mortis in mortem*, pro, Deo acceptabiles esse, dixerat, esse reprobos et minime gratos apud Deum. Sed hic quodam modo excusandus venit, quod Græcus codex fuisset corruptus, quem secutus est fide, ut diximus, nimium bona ; nam loco ἀπρόσδεκτοι legendum est εὐπρόσδεκτοι, ut patet ex Chrysostomo et veteri interprete. Sed ad alia properans reliqua hujus Epistolæ capita transilio. Initio autem capitis primi ad Galatas, ibi : *Sed per Jesum Christum*, Theophylactus huic loco objicit quod est in Actis apostolorum cap. XIII, dicens, Καὶ μὴν αἱ Πράξεις ὑπὸ τοῦ Πνεύματος δηλοῦσιν αὐτὸν ἀφορισθῆναι· id est : « Atqui Acta apostolorum a Spiritu sancto indicant eum segregatum esse, » etc., Lonicerus vero, de Pauli operibus intelligens, sic verterat : « Ipsæ res gestæ et opera a Spiritu sancto profecta indicant, » etc., quæ huic loco minime conveniunt : nec quæ statim sequuntur hanc admittunt interpretationem ; subnectit enim : « Perspicuum est igitur quod sit una et eadem potestas et Patris et Filii et Spiritus sancti. » Similem objectionem facit ad Rom. primo, ibi : *Per quem accepimus gratiam.* Sed nimium his immoror. Si quis tamen ex aliis Epistolis quædam desideret, conferat primum caput ad Philippenses, ubi non pauca fuisse multum corrupta deprehendet. Expendat item quæ Theophylactus in eum Pauli locum ad Thessalonicenses quarto : *Non hominem spernit, sed Deum*, pulcherrima scripserat, et plurimum fuisse deformata comperiet : et quædam sub finem ejusdem capitis omissa fuisse perspiciet. Atque illinc transeat ad primæ ad Timotheum caput primum : et glossam in illud Pauli, *Sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci*, excutiat, et in una et eadem glossa non semel lapsum interpretem notabit. In Epistola vero ad Philemonem quod contra etiam Porsennæ versionem faciat reperiet, ubi : Imperandi quod ad rem pertinet ; contrariam habet sententiam. Porsennæ enim accepisse videtur τὸ ἀνῆκον, quasi α privativa particula esset, cum verterit, *quod ad rem non pertinet ;* quo in errore pergens, totam Theophylacti pervertit explicationem, cum potius contrarium significaret τὸ ἀνῆκον, nempe quod ad rem pertinet, sive τὸ πρέπον, ut ait Suidas, hoc est quod decet, quod convenit, sicut τὸ καθῆκον *officium* dicitur. Ἀνήκω enim est *attineo, pertineo, specto*, sicut καθήκω, προσήκω, *convenio, consentaneus sum.* Sic Demosthenes ait, τὰ εἰς ἀρετὴν ἀνήκοντα, ad virtutem spectantia, interprete Budæo ; quæ significatio huic loco maxime convenit. Sed de hujus versione eleganti quidem, sed parum fida, satis antea dictum puto ; finem itaque facio, nec verbum addo : qui plura desiderat, totum opus, si lubet, conferat, et, ni fallor, labores nostros boni consulet. Bene vale, candide Lector, et tui Montani conatus tuis studiis prodesse cupientis in bonam partem, quæso, accipe.

Lutetiæ, e musco nostro Tornacensi, XII Octobris, anno MDLII.

MONITUM

T. BAILII EDITORIS LONDINENSIS.

Præmaturus doctissimorum obitus quam gravi Ecclesiæ studiorumque incommodo evenire assolet, condocefecit nuperus reverendissimi viri, atque omni litterarum genere excultissimi, domini Augustini Lindselli, episcopi Herefordensis, inter media optimæ frugis molimina abrepti. Quem ita exstinctum etiam ignoti flebunt. At vero mei muneris esse duxi (qui in istiusmodi studiis illi inservierim) non tam defunctum ignavo questu prosequi, quam quæ voluerit, meminisse ; quæ mandaverit, exsequi. Hinc animus mihi accendebatur, hosce Theophylacti Commentarios, quos ille bono publico destinaverat, pro mediocritate mea potius excolere, quam una cum ipso sepelire. Priores ipsius curas atque etiam secundas experti erant : manus tantum deerat suprema. Unde licet fortassis haud usque adeo absolutos, non tamen omnino neglectos prodire comperies. Describebantur e vetusto codice manuscripto illustrissimi comitis Arundeliani, Angliæ mareschalli, viri ut antiquo stemmate, ita politæ antiquitatis studio delectati. Post apographon cum prototypo fideliter commissum, ad unum et alterum exemplar Oxoniense instituta est castigatio. Qua in re quantum ille fidei industriæque præstitit, testando erunt viri ad ele-

Digitized by Google

gantiorem doctrinam facti, Thomas Triplet, amicus mihi unicus, et Joannes Gregorius; quos in posterioris exemplaris collatione sibi συνεργοὺς ascivit. Cæterarum scilicet illius curarum ego ipse conscius, editionem istam ad mentem ejus, quantum pote, adornavi. Discrepantes codicum lectiones, appinguntur areæ marginali. Asteriscus dictionem loquitur ab uno aut altero codice absentem, atque sine magno sententiæ detrimento delebilem. Ἴσ. tessera est conjecturæ, cui parcius indulsimus, quo tibi facultas magis integra judicandi. Latina quidem versio est Philippi Montani; verum ubique adeo a nobis interpolata atque ad Græcorum veritatem revocata, ut (si per operas typographicas licuisset importune festinabundas) minus tædium foret novæ prorsus condendæ. Id quod committentibus liquebit. Vale.

ANNOTATA

PRO SINGULIS EPISTOLARUM ARGUMENTIS.

Ad Romanos ex Corintho scribit Apostolus, quos nondum viderat, visendi tamen percupidus, quia de his multa acceperat, quorum et suscipit et laudat fidem, ut quam sciret fama et nomine celebrem et ubique vulgatam: et (ut cætera omittam) de gentium vocatione copiosius disserit.

Nec secus ex Epheso ad Corinthios scribit Epistolam, illos objurgans quod plurimum inter se dissiderent, et primarium quemdam e suis rem cum noverca habentem satis negligerent, vellentque sub cælibatus prætextu nonnulli divortia facere, et uxores relinquere: et multi idolothytis vescerentur: et alii cæteris plane contemptis, eos duntaxat demirarentur, qui essent linguarum gratiam consecuti: et, quod erat detestabilius, nequaquam crederent humana corpora post mortem resurrectura. Ad eosdem deinceps et aliam ex Macedonia scribit, quando quidem ex priore plurimum profecissent: quippe quos pœniteret tandiu fornicantem illum tulisse, sed arrepti deinde seditiosissimorum hominum persuasu, legis duntaxat litteræ inhæserunt, indifferentem existimantes gratiam quæ a Christo esset in multos collata: quin etiam et præceptores admodum jactitabant, et gloriæ ducebant, cum Apollo vellent vel Cephæ partes tutari, id est suum quisque quem sectaretur extollere, unde multa erant inter hos oborta dissidia: alioqui in sanctorum alimoniam abunde et liberaliter conferebant.

Ex Roma ad Galatas litteras dedit. Hos enim cum antea ad fidem quam optime instruxisset, et credidissent eo prædicante in Christum Jesum, post ejus discessum mox lapsi, improborum hominum suggestione ut se circumciderent compulsi sunt. Quod utique Paulus ægre ferens, quia præter suam institutionem egissent, incusat acrius quod se celerrime adeo immutassent.

Ex Urbe præterea et ad Ephesios scribit, haud dum tamen per se aditos, sed auditione solum perceptos fideles esse, et Christum Jesum optime credere, et mira quadam in sanctos omnes affici charitate, alioqui a se percupere in fide hac stabiliri. Quocirca et hos per litteras instruit, aitque haudquaquam commentitium esse, aut nuper inventum hoc Christi mysterium, sed perstare a sæculo: et alia multa quæ ad hos in fide firmandos maxime faciunt.

Ad Philippenses insuper litteras mittit ex Urbe, quos adierat sane, et ad fidem instruxerat. His itaque Paulo ipsi et sanctis nonnullis ministrantibus necessaria, exorti sunt quidam, qui pravis persuasionibus, et sub legis umbra et circuncisionis obtentu, simplicium quorumdam corrumperent aures, asserentes neminem posse sine lege justificari. Quod Paulus audiens, Philippensium primo fidem probat, et eorum se memoriam habere inter precandum fatetur commemoratque quemadmodum Romæ sese ac Christi fidem tutatus sit, et qui præterea molesti sibi in vinculis fuerint.

Colossensibus etiam ex Urbe litteras impertitur, quippe quos cerneret per homines captiosos et subdolos falsis quibusdam argumentis circumventum iri, qui Christi fidem apertissime Græcis argutiis impugnarent, cum legis umbram et escas vetitas sectarentur et circumcisionem efferrent.

Ex Athenis vero Thessalonicensibus scribit, apud quos antea fuerat diutius commoratus: et quoniam multa cum in Verria, tum Macedoniæ civitate Philippis, tum Corinthi et Thessalonicæ fuerat perpessus, veritus ne vel ex suis pressuris illi offensi haud satis stabiles forent, vel mœrore nimio ob suorum e vita discessum conficerentur, quo patrio more certe plurimum angebantur, Timotheum cum epistola ad eos dimisit, ut in fide obfirmarentur, ne quoquam pacto ab ea desciscerent, sive ipsi afflictarentur, sive alios cernerent afflictari: hortaturque ut ducerent vitam quemadmodum a se accepissent. Commonefacit insuper, ne graviter ferant morientium casum, et alia pleraque. Ad eosdem idcirco ex Urbe et aliam scribit Epistolam, quia apud eos erant nonnulli segniores ad bonum, et nullius momenti viri, qui alios mira arte fallebant, astruentes jamjam instare Christi adventum, cujus et Paulum falso testabantur auctorem, et sese idem cognovisse per Spiritum affirmabant. Cujus rei certior factus Apostolus, per litteras Thessalonicensium primo adauctam fidem collaudat, et gloria ducit quod Christi ob gratiam viriliter ferient pres-

Digitized by Google

suras, solaturque asserens illatas his Deum vindicaturum quandoque injurias.

Scribit ad Timotheum ex Laodicea eam ob causam, quia Ephesi erant permulti qui Judaicos ritus servarent, cum longe aliter ipse Ephesios instruxisset, docereque et fallere integriores quosque adniterentur. Quocirca Timotheum hortatur ut Ephesi maneat, et corruptores illos castiget et corrigat, ut tandem a suis erroribus resanescant. Ad eumdem secundo ex Urbe conscribit Epistolam, monetque ut ad se redeat. Erat enim Apostolus ab omnibus jam destitutus, qui secum Romam ex Asia commigraverant, catenis absterriti, quibus erat devinctus.

Ex Nicopoli ad Titum litteras scribit; ibi namque hiemaverat Paulus. In Creta autem Titum reliquerat, ut per urbes institueret sacerdotes. Erant enim ibidem B *plerique qui sub legis prætextu seducere populum conabantur.*

Scribit ex Urbe ad Philemonem, cujus servus Onesimus fugiens Romam se ad Apostolum contulit, apud A *eumque habitavit conjectum in carcerem, et in vinculis detentum. Hunc itaque cum ei optime obsequeretur, et brevi probus evasisset, ut ei esset acceptior, Philemoni commendat per litteras, hortaturque ut libertate donet, nec eo ut servo, sed ut fratre utatur.*

Ad Hebræos demum ex Italia scribit : qui etsi Christi acceperant fidem, haud tamen prorsus a lege defecerant. Quod sane inique ferens Apostolus, etsi ad gentes erat, ut Evangelium prædicaret, jam destinatus, non hos tamen ferebat legis umbris obvolvi, existimans haudquaquam credentibus his molestam hanc fore epistolam, in qua de Christi adventu, lege ipsa umbratili disserat : quam cessasse affirmat, et nihil in posterum valituram, quia Christus advenerit, quem illa præfigurasset.

His itaque Epistolis Paulus tam valida fundamenta jecit, ut increscentis in posterum fidei tanta posset moles imponi.

LECTORI VENETUS EDITOR.

Prodit tomus alter Operum Theophylacti, ea quidem celeritate, quam satis esse putavimus ad fidem adstruendam promissioni nostræ, qua in *Prævia Declaratione* nos obstrinximus, integram operum præclari hujus auctoris editionem intra quadriennium absolvendam fore. Habes vero hoc in tomo *Commentarios* ipsius in omnes *Pauli Epistolas;* qui quidem aliquoties Latine, Græce autem et Latine semel tantum, nempe Londini anno 1636, in lucem prodiere. Ad hanc editionem satis nitidam et accuratam nostram plane exegimus, nisi quod manifesta quædam Latinæ versionis errata sustulimus. Quod vero hic e nostro adjecimus, præcipue sunt variantes lectiones ex codice bibliothecæ S. Marci depromptæ, quas ad calcem tomi, more nostro, apposuimus. Eas diligenter collegit juvenis industrius Georgius Constantini, natione Græcus, qui similem operam alias etiam nobis impendit. Collectas vero tradidimus Bonifacio Finetti, ordinis Prædicatorum, ut omnibus expensis, solertia sua et judicio, eas quæ frugi alicui esse possent, seligeret. Scilicet nos longe ab eorum opinione sumus, qui quidquid varietatis in codicibus reperiunt, id totum pro variantibus lectionibus habent, totumque in editiones suas effundunt, sicque paginas inutili congerie onerant haud raro. Nos econtra rati, variantes lectiones censendas non esse, nisi quæ phrasim vel sensum perficiunt ac complent, aut certe tales sunt, ut merito ambigas, num hæ vel illæ ab auctoris calamo profectæ fuerint, ea omnia prætermittenda putavimus, quæ aut manifestæ sunt amanuensium aberrationes, aut phrasim sensumve, potius quam compleant, reddunt imperfectiorem. Hocce delectu factum est, ut, cum variantes lectiones nostræ satis multæ forent, ad mediocrem numerum redactæ sint. Sed et aliud in causa est, cur ad majorem copiam non excreverint : nempe illæ omissæ sunt omnes quæ (non paucæ quidem) cum variantibus lectionibus ex codicibus Oxoniensibus a Londinensi editore collectis marginique ascriptis conveniebant (*a*). Non deerunt fortasse qui vellent eas quoque hic adnotatas habere, quod referat nonnihil scire an aliqua lectio non unius tantum, sed plurium codicum auctoritate confirmetur. At non existimavimus, rem hanc tanti esse, ut ulteriorem hunc laborem mereri posset ac postulare. Porro variantes istæ lectiones ferme in una vel altera voce sitæ sunt : quas idcirco Græce tantum apponere placuit, eo vel magis quod ex illis non paucæ Græcam phrasim unice spectent, adeoque Latinæ

(*a*) Omnes, ut moris est nostri, collegimus in margine inferiori. Littera *o* Oxoniensem, *m* cod. S. Marci Veneti designat. Edit. Patr.

Digitized by Google

versionis tenorem intactum relinquant. Nonnullæ tamen sunt paulo fusiores ; quarum Latinam versionem a dicto Bonifacio Finetti factam non prætermittimus ; sed eam ad calcem paginæ ponimus, ne ipsarum variantium lectionum seriem initumque ordinem abrumperemus. Ex fusioribus hisce variantibus lectionibus aliæ sunt velut quædam additamenta, quæ ipsi textui edito inseri possent, eumque pleniorem reddere; aliæ vero sunt potius diversæ expositiones, aut eædem etiam quoad sensum, sed verbis diversis expressæ; et quidem modo ampliores expositionibus textus editi; modo breviores, quæ scilicet textum editum veluti compendio exhibent. Perspicuum idcirco est, codices plerosque qui hos Commentarios continent, interpolatrices manus expertos esse : neque enim fieri potest ut tam breviores quam fusiores expositiones hujusmodi ab eadem Theophylacti manu effluxerint. Sed quænam Theophylacto sint ascribendæ, quænam interpolatori alicui, nemo, meo judicio, definire potest, cui præ manibus non sit ipsum Theophylacti autographum. Neque enim ad id satis esse putamus, majorem codicis vetustatem; tum quod difficile sit, eam exploratam satis habere, cum sæpe vetustatis incertæ sint notæ : tum quod recentior codex sincerum esse possit vetustioris ac purioris codicis apographum. Si quis tamen breviores expositiones potius quam fusiores, Theophylacti esse velit, nec ille rem satis verisimilem affirmabit, utpote compendiario commentandi generi quo delectabatur Theophylactus et præsertim in hisce Commentariis, qui in aliquibus codicibus Ἐξήγησις ἐν ἐπιτομῇ, *Compendiaria Expositio* inscribuntur, apprime consentaneam. Quod si hoc verum sit, habes profecto, benevole Lector,in Variantibus lectionibus nostris expositiones aliquot iis, quæ in edito textu habentur, hoc nomine, præferendas. Animadvertas hic vero, nos, cum edita loca respondentibus sibi in nostro codice textibus ampliora sunt, nequaquam integra referre, ne nimis vacui e regione respondeat; sed demptis iis quæ in medio sunt, eorum absentiam punctis aliquot ordinatim positis indicamus. Codex unde hæ variantes lectiones desumptæ sunt, nil peculiare habet quod hic commemoretur. Chartaceus is est, et XIV circiter sæculo scriptus censetur a clar. viris qui *Manuscriptorum Græcorum bibliothecæ S. Marci* Catalogum edidere. Variantes lectiones nostras excipiunt Observationes Latini Latinii, quas ut in primo tomo, ita et in isto apponimus, ne quid ad editionis nostræ ornamentum desideretur : qua de causa præmittimus etiam non solum Philippi Montani Præfationem, verum etiam *Adnotata*, queis cujuslibet Epistolæ argumentum paucis exhibetur, et unde singulæ scriptæ sint, indicatur, quæ cum exstent in editionibus omnibus Latinis quas vidimus, Christofori Porsennæ, qui primus hosce Commentarios Latine transtulit atque vulgavit, esse putamus. Tomum denique claudunt duo Indices, Latinus unus, Græcus alter; uterque, locupletissimus : quo vel solo additamento haud parum sese editio nostra supra cæteras commendat. Sed non est cur pluribus te detineamus, amice Lector. Jam fruere præclaris hisce Commentariis : et tomum tertium, qui pleraque vel prorsus inedita, vel rarissima complectetur, brevi intervallo temporis secuturum, securus exspecta. Interim vale.

Digitized by Google

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

ΤΗΣ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ

ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

—

THEOPHYLACTI

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI

EPISTOLÆ D. PAULI AD ROMANOS EXPOSITIO.

—

ARGUMENTUM EPISTOLÆ AD ROMANOS.

1 *Assidua divinarum Scripturarum lectio, ad ipsarum cognitionem ducit. Mentiri enim nescit, qui dixit:* « *Quærite, et invenietis: pulsate, et aperietur vobis* [a]. » *Proinde Epistolarum beati Pauli mysteria perdiscemus, si assidue diligenterque in eis versemur. Cæteris enim omnibus doctrinæ ratione præstantior erat. Et merito quidem. Nam quoniam omnibus abundantius laboravit, ampliorem etiam Spiritus gratiam assecutus est. Neque hoc ex Epistolis ejus tantummodo, verum etiam ex apostolorum Actis perspicuum fit. Mercurius enim ab infidelibus ob sermonis præstantiam existimatus est. Prima autem nobis proponitur hæc ad Romanos Epistola, non quod prima scripta fuerit: binæ enim illæ ad Corinthios hanc præcedunt, et istas rursum ea* **2** *quæ est ad Thessalonicenses, in qua eos de ministerio Hierosolymam mittendo non sine laude commonefacit. Præterea Epistola ad Galatas hanc ad Romanos præcedit. Atqui cæteris Epistolis hæc est prior, hæc ad Romanos, inquam. Quid itaque factum est, ut primum locum obtinuerit? Quoniam in sacra Scriptura hujusmodi ordo non est necessarius. Siquidem et duodecim prophetæ, etiamsi proxima temporum serie alter alterum non subsequatur, sed longo intervallo ab invicem distent, in Bibliorum tamen serie continuato ordine collocantur. Scribit autem Paulus ad Romanos, perinde ac si Christi ministerio fungendi necessitas ipsi incumberet, ac veluti ad eos, qui universo terrarum orbi præsidebant. Nam qui capiti prodest, toti corpori profuerit.*

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

Ἡ συνεχὴς ἀνάγνωσις τῶν θείων Γραφῶν, εἰς τὴν γνῶσιν αὐτῶν ἄγει· ἀψευδὴς γὰρ ὁ εἰπών· « Ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε, κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. » Καὶ τῶν Ἐπιστολῶν τοίνυν τοῦ μακαρίου [1] *Παύλου τὰ μυστήρια μαθησόμεθα, συνεχῶς αὐταῖς* [2] *καὶ ἐμμελῶς ἐντυγχάνοντες· τῶν γὰρ ἄλλων ἁπάντων ἐπλεονέκτησε τῷ τῆς διδασκαλίας λόγῳ. Καὶ εἰκότως· ἐπειδὴ γὰρ περισσότερον πάντων ἐκοπίασε, δαψιλεστέραν καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος ἐπεσπάσατο* [3] *χάριν. Καὶ οὐ μόνον ἀπὸ τῶν Ἐπιστολῶν τοῦτο δῆλον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν Πράξεων. Ἑρμῆς γὰρ ἐνομίσθη παρὰ τοῖς ἀπίστοις, διὰ τὸ τοῦ λόγου κατάρχειν. Πρόκειται δὲ ἡμῖν Πρώτη ἡ πρὸς Ῥωμαίους, οὐκ ἐπειδὴ πρώτη αὕτη ἐγράφη·* B *καὶ γὰρ πρὸ αὐτῆς εἰσὶν αἱ πρὸς Κορινθίους δύο· καὶ πρὸ τούτων αὖ ἡ πρὸς Θεσσαλονικεῖς, ἐν ᾗ περὶ τῆς εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα πεμπομένης διακονίας ἐπαινῶν αὐτοὺς αἰνίττεται· ἀλλὰ καὶ ἡ πρὸς Γαλάτας, προτέρα ἐστὶ ταύτης τῆς πρὸς Ῥωμαίους. Τῶν μέντοι ἄλλων Ἐπιστολῶν, προτέρα αὕτη, ἡ πρὸς Ῥωμαίους, φημί. Πῶς οὖν πρώτη τέτακται; Ὅτι παρὰ τῇ Γραφῇ ἡ τοιαύτη τάξις οὐκ ἀναγκαία. Καὶ γὰρ καὶ οἱ δώδεκα προφῆται, οὐκ ἐφεξῆς ὄντες ἀλλήλοις κατὰ τοὺς χρόνους, ἀλλὰ πολλῷ* [4] *διεστηκότες ἀλλήλων, ὅμως ἐν τῇ τῶν βιβλίων τάξει ἐφεξῆς εἰσι κείμενοι. Γράφει δὲ Ῥωμαίοις ὁ Παῦλος, οἷα δὴ χρέος ἔχων λειτουργὸς εἶναι Χριστοῦ, καὶ ὡς προκαθημένοις τῆς οἰκουμένης. Ὁ γὰρ τὴν κεφαλὴν ὠφελῶν, καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα ὠφέλησε.*

[a] Matth. VII, 7.

Variæ lectiones.

[1] μεγάλου O. [2] αὐτῷ O. [3] ἐπορίσατο M. [4] *Isc.* πολύ O.

Digitized by Google

THEOPHYLACTI COMMENTARIUS
IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

« Παῦλος. » Οὔτε ὁ Μωσῆς, οὔτε πολλοὶ τῶν μετ' αὐτὸν, ἀλλ' οὐδὲ οἱ εὐαγγελισταὶ, τὰ ὀνόματα αὐτῶν προτεθείκασι τῶν συγγραμμάτων. Ὁ δὲ μακάριος οὗτος, πανταχοῦ τῶν Ἐπιστολῶν, τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα προτίθησι· διότι ἐκεῖνοι μὲν πρὸς τοὺς παρόντας ἔγραφον· οὗτος δὲ διὰ μακροῦ τὰ γράμματα διεπέμπετο, καὶ εἰκότως τὸν νόμον τοῦ ἐπιστολικοῦ χαρακτῆρος ἐπλήρου. Ἐν μέντοι τῇ πρὸς Ἑβραίους, οὐ ποιεῖ τοῦτο. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπεχθῶς εἶχον πρὸς αὐτὸν, ἵνα μὴ τοῦ ὀνόματος εὐθὺς ἀκούσαντες ἀποπηδήσωσι, κρύπτει τοῦτο ἐν προοιμίοις. Τίνος δὲ ἕνεκα ἀπὸ Σαύλου Παῦλος ἐκλήθη ; Ἵνα μηδὲ κατὰ τοῦτο ἐλαττωθῇ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, ἐπικληθέντος Κηφᾶ, ὃ ἑρμηνεύεται « Πέτρος, » καὶ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου, ἐπονομασθέντων Βοανεργὲς, ὅ ἐστι, « υἱοὶ βροντῆς. »

« Δοῦλος. » Πολλοὶ δουλείας τρόποι. Ὁ ἀπὸ τῆς δημιουργίας, καθ' ὃν, « Τὰ πάντα δοῦλα σά· » ὁ ἀπὸ τῆς πίστεως, καθ' ὃν εἴρηται· « Ὅτι ὑπηκούσατε εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς· ὁ ἀπὸ τῆς πολιτείας, καθ' ὃν καὶ Μωσῆς θεράπων Θεοῦ. Κατὰ πάντας οὖν τούτους τοὺς τρόπους, δοῦλος ὁ Παῦλος.

« Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Τὰ τῆς οἰκονομίας ὀνόματα προβάλλεται, ἀπὸ τῶν κάτωθεν ἐπὶ τὰ ἄνω ἀνατρέχων. Καὶ γὰρ μετὰ τὴν σάρκωσιν, Ἰησοῦς καὶ Χριστός. Ἐχρίσθη γὰρ, ἐλαίῳ μὲν οὐδαμῶς, τῷ δὲ ἁγίῳ Πνεύματι· ὃ καὶ κυριώτερον πάντως τοῦ ἐλαίου. Ὅτι δὲ καὶ χωρὶς τοῦ ἐλαίου χρίσις ἐστὶν, ἐν μόνῳ τῷ Πνεύματι, ἄκουσον· « Μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου· » περὶ τῶν πρὸ τοῦ νόμου γὰρ ὁ λόγος, ὅτε οὐδὲ ὄνομα τῆς τοῦ ἐλαίου χρίσεως ἦν.

« Κλητός. » Ταπεινοφροσύνης τὸ ῥῆμα· δείκνυσι γὰρ, ὅτι οὐκ αὐτὸς ζητήσας εὗρεν, ἀλλὰ κληθεὶς παρεγένετο.

« Ἀπόστολος. » Τοῦτο τέθεικε πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ἑτέρων κλητῶν. Καὶ πάντες μὲν γὰρ οἱ πιστοὶ, κλητοί· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν, μέχρι τοῦ πιστεῦσαι· ἐγὼ δὲ, φησὶ, καὶ τὴν ἀποστολὴν ἐνεχειρίσθην, ἣν καὶ ὁ Χριστὸς ἐγκεχείριστο, παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀποσταλείς.

« Ἀφωρισμένος εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ. » Τουτέστιν, Ἀποκεκληρωμένος εἰς τὴν τοῦ Εὐαγγελίου διακονίαν. Καὶ ἄλλως δὲ, τὸ, « Ἀφωρισμένος, » ἀντὶ τοῦ, Προωρισμένος εἰς τοῦτο· ὡς καὶ πρὸς Ἱερεμίαν φη-

3 CAPUT PRIMUM.

VERS. 1 « Paulus. » Neque Moses, neque plerique alii, qui illum sunt subsecuti, imo neque evangelistæ nomina sua scriptis suis præposuerunt. Divus autem iste, ubique Epistolis suis nomen suum præponit : quod illi quidem ad præsentes scribebant, hic vero e longinquo litteras mittebat, et ut par erat, characteris epistolaris legem complebat. In Epistola tamen ad Hebræos istud non facit. Nam quoniam infesto erga ipsum erant animo, ne statim, audito ejus nomine, protinus resilirent, istud in proœmio occultat. Cujus autem rei gratia ex Saulo Paulus dictus est? Ut neque in hoc, apostolorum antesignano, qui Cephas appellatus est, quod valet, si interpreteris, « Petrus », minor esset : aut filiis Zebedæi, qui Boanerges, id est, « Filii tonitrui, » cognominati fuere.

« Servus. » Servitutis multi sunt modi. Alius quidem ab opificio et creatione, secundum quem dicitur : « Omnia tibi serviunt [a]; » alius a fide, juxta quem dictum est : « Quoniam obediistis, in quam traditi estis, formam doctrinæ [b]; » alius a vitæ instituto : quo modo Moses dictus est famulus Dei. Proinde modis his omnibus Paulus nominatur servus.

« Jesu Christi. » Œconomiæ et dispensationis nomina præponit, ab inferioribus ad superiora recurrens. Etenim post incarnationem, Jesus, et Christus, id est, Unctus, dictus est : unctus enim est, haudquaquam oleo, sed Spiritu sancto, qui oleo est omnino pretiosior. Porro quod unctio etiam sine oleo sit, per Spiritum solum, audi : « Ne tangatis unctos meos [c]. » Quod verbum, de iis, qui ante legem fuere, accipiendum est, quo tempore unctionis per oleum ne nomen quidem innotuit.

« Vocatus. » Humilis et modesti animi hoc verbum est. Indicat enim quod non ipse quærendo invenerit, sed vocatus accesserit.

« Apostolus. » Hoc posuit ad aliorum discrimen qui vocati sunt. Etenim fideles omnes, vocati : at illi ad credendum duntaxat : Mihi vero, inquit, muneris apostolici functio, seu legatio commissa est, quæ et Christo, cum a Patre mitteretur, concredita erat.

« Segregatus in Evangelium Dei. » Hoc est, Selectus ad Evangelii ministerium. Aliter autem et « Segregatus, » pro eo, quod est Prædestinatus ad hoc, accipitur; ut cum ad Jeremiam Deus ait :

[a] Psal. cxviii, 91. [b] Rom. vi, 17. [c] Psal. x, 15.

Digitized by Google

D « Ἄχρι γὰρ νόμου ἡ ἁμαρτία ἦν ἐν κόσμῳ· ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται[83] μὴ ὄντος νόμου. Ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπ' Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ, ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος. » Σκοπὸν ἔχει δεῖξαι, ὅτι καὶ οἱ μὴ φαγόντες ἀπὸ τοῦ ξύλου, μηδὲ ἁμαρτάνοντες ὁμοίως τῷ Ἀδὰμ, ὅμως διὰ τὴν ἐκείνου ἁμαρτίαν, ὡς καὶ αὐτοὶ ἁμαρτόντες ἐλογίζοντο, καὶ ἀπέθνησκον. Κατασκευάζει οὖν τοῦτο οὕτως· Ἁμαρτία ἐκράτει ἄχρι τῆς τοῦ νόμου δόσεως, τουτέστι, καὶ πρὸ τοῦ νόμου. Ποία τοίνυν ἦν ἡ ἁμαρτία αὕτη; Ἆρα μὴ ἡ ἐκ τῆς παραβάσεως τοῦ νό-

Variæ lectiones.

[77] πρότερον o. [78] *Isc.* αὐτοῦ. [79] Χριστῷ o. [80] *Isc.* τοῦτο. [81] καὶ o. [82] ἡμῶν m. [83] ἐλλογεῖτο o.

Digitized by Google

μου; Καὶ πῶς τοιαύτη ἁμαρτία ἔμελλεν εἶναι, νόμου μὴ ὄντος; Ἁμαρτία γὰρ τότε λογίζεται, ὅτε ἔστι νόμος· καὶ παραβαίνοντες τοῦτον οἱ ἄνθρωποι, ἀναγκαίως λέγονται ἁμαρτάνειν. Ἀλλὰ μὴν « ὁ θάνατος ἐβασίλευσεν ἄχρι Μωϋσέως, » τουτέστι, καὶ πρὶν ὁ νόμος δοθῇ· ὥστε ἦν ἁμαρτία δι' ἧς ὁ θάνατος ἐβασίλευσεν. Οὐκ ἂν δὲ ἐβασίλευσεν, εἰ μὴ ἦν τις ἁμαρτία συνιστῶσα αὐτόν. Ἐπεὶ οὖν ἀπεδείχθη ὅτι ἐκ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου ἁμαρτία οὔπω ἦν, λείπεται τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίαν εἶναι ταύτην, δι' ἣν ὁ θάνατος ἐβασίλευσε καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτόντας [83] μέν, ὅσον τὸ ἐφ' ἑαυτοῖς (νόμον γὰρ μὴ δεξάμενοι, μηδὲ παραβάντες τοῦτον, οὐδὲ λέγονται ἡμαρτηκέναι), ὅμως μέντοι ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ ἁμαρτήσαντας, καὶ κοινωνοὺς γενομένους ἐκείνῳ τοῦ πταίσματος, ὡς προπάτορι, ὃς ἐστι τύπος τοῦ Χριστοῦ. Ὡς γὰρ ὁ παλαιὸς Ἀδὰμ πάντας ὑποδίκους ἐποίησε τῷ οἰκείῳ πταίσματι, καίτοι μὴ πταίσαντας· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐδικαίωσε πάντας, καίτοι μὴ δικαιώσεως ἄξια ποιήσαντας. Διὰ τοῦτο « τύπος ἐστὶ τοῦ μέλλοντος, » τουτέστι, Χριστοῦ.

« Ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα [84], οὕτω καὶ τὸ χάρισμα. Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ δωρεὰ, ἐν χάριτι τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσε. Καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, τὸ δώρημα. Τὸ μὲν γὰρ κρῖμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα· τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα. » Οὐ τοσοῦτον μόνον, φησὶν, ὠφέλησεν ὁ Χριστὸς, ὅσον ἔβλαψεν ὁ Ἀδάμ [85]. Εἰ γὰρ ἡ ἁμαρτία τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὥστε ἑνὸς πταίσαντος, πάντας τοὺς ἐξ ἐκείνου, καίτοι μὴ πταίσαντας, κατακριθῆναι· πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οὐ μόνου τούτου, ἀλλὰ καὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τοὺς πολλοὺς περισσεύσει δαψιλῶς ῥυεῖσα. Καὶ οὐκ ἔσται τὸ δώρημα τοῦ Θεοῦ τοσοῦτον, ὅσον καὶ τὸ δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος κατάκριμα; « Τὸ μὲν γὰρ κρῖμα, » τουτέστιν, ἡ εὐκατάκριτος [86] ἁμαρτία, « ἐξ ἑνὸς » τοῦ Ἀδὰμ ῥυεῖσα, « εἰς κατάκριμα, » τουτέστιν, εἰς θάνατον, ἢ καὶ πλείους ἁμαρτίας, ἀεὶ τοῖς ἐξ ἐκείνου ἐγίνετο, ὥστε πολλαῖς ἁμαρτίαις καὶ θανάτῳ ἐνσχεθῆναι τοὺς ἀνθρώπους. « Τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα, » τουτέστιν, ἡ χάρις οὐ τὴν μίαν ἐκείνην ἀνεῖλεν ἁμαρτίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς μετ' ἐκείνην ἐπεισελθούσας. Πάντων γὰρ τῶν μετὰ τὴν παράβασιν παραπτωμάτων λύσιν δοῦσα, εἰς δικαίωσιν ἡμῖν ἐγένετο.

« Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασίλευσε διὰ τοῦ ἑνὸς, πολλῷ μᾶλλον οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος, καὶ τὴν δωρεὰν τῆς δικαιοσύνης λαμβάνοντες [87], ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα, οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς. » Εἰ τὸ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ ξύλου ἕνα ἀν-

A erat peccatum istuc? Nonne quod est ex transgressione legis? At quomodo tale peccatum esse potuit, cum lex non esset? Peccatum enim tum imputatur, quando est lex : et qui hanc transgrediuntur, necessario dicuntur peccare. Atqui « Mors regnavit ad usque Mosen, » hoc est, priusquam etiam lex ferretur : itaque peccatum erat, per quod mors regnavit. Non regnasset autem, nisi fuisset peccatum quoddam ipsam constituens. Quia vero demonstratum est, quod peccatum ex transgressione legis nondum erat, restat, peccatum, Adami istud esse per quod mors regnavit etiam in eos, qui, quantum quidem in ipsis erat, non peccarunt (nam cum legem nondum accepissent, neque illam transgressi fuissent, peccasse non dicuntur), attamen in similitudine trangressionis Adami peccaverunt, ac peccati
B participes facti sunt cum illo tanquam progenitore, qui est figura Christi. Ut enim vetus Adam omnes obnoxios fecit proprio suiipsius lapsui, etiamsi non erant lapsi : sic Christus omnes justificavit, etiamsi justificatione digna non transegissent. Propter hoc « typus est futuri, » id est, Christi.

Vers. 15, 16. « Sed non sicut delictum, ita et donum. Si enim unius delicto multi sunt mortui, multo magis gratia Dei et donum, in gratia unius hóminis Jesu Christi, in multos abundavit. Et non sicut per unum qui peccaverat, donum. Judicium enim ex uno ad condemnationem, donum autem ex multis delictis ad justificationem. » **39** Non solummodo tantum profuit Christus, quantum nocuit
C Adam. Si enim peccatum tantum potuit, ut ob unius lapsum omnes ejus posteri, etiamsi non peccaverant, condemnarentur ; multo magis gratia Dei et Patris, et non solius hujus, verum etiam Filii sui, in multos exuberabit largiter fluens. Nec erit donum Dei tantum, quanta ex per unum delinquentem venit condemnatio? « Judicium enim, » hoc est, peccatum condemnationi obnoxium, « ex uno » Adamo profluens, « ad condemnationem, » hoc est, ad mortem, et plura peccata, nunquam non in posteris exstitit, ut et multis peccatis et morte detinerentur homines. « Donum autem ex multis delictis ad justificationem, » hoc est, gratia, non unum illud peccatum solum abstulit, verum etiam alia quæ post
D illud invaserunt hominem. Omnium enim post lapsum peccatorum dimissionem donans, in justificationem nobis cessit.

Vers. 17, 18. « Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multo magis abundantiam gratiæ ac donum justitiæ accipientes, in vita regnabunt per unum Jesum Christum. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, sic per unius justitiam in omnes homines ad justificationem vitæ. » Si uniús hominis comestio de ligno mortem fecit regnare, multo magis nos, qui

Variæ lectiones.

[83] ἁμαρτάνοντας o. [84] παράπτωμα ἡμῶν ἐστι m. [85] *Isc.* ἀλλὰ πολλῷ πλεῖον o. [86] κατάκριτος m. [87] λαβόντες o.

Digitized by Google

gratiæ cum exuberantiam, tum copiam et largitatem accepimus et justificati sumus, vivemus et regnabimus per unum Jesum Christum, cujus fratres sumus, et in ejusdem corporis unitatem assumpti, et sicut corpus capiti, sic nos ipsi uniti sumus P. Nec enim simplex et unius speciei bonum accepimus, ut etiam de futuris dubitemus, sed exuberantia gratiæ nostra bona sunt : quemadmodum si quis ære alieno obstrictus, et in carcerem cum uxore et liberis conjectus, non solum a carcere et a debito liberetur, verum etiam innumera talenta accipiat, ac in regiam aulam introductus summo honore afficiatur, regisque filius constituatur. Concludens igitur sententiam, ait : Proinde sicut per unius delictum (quod supra judicium vocavit, nunc delictum nominans, hoc est, Adami peccatum) in omnes homines supervenit maledictio, sic per justitiam unius Christi, in omnes homines gratia, dans ipsis et justificationem pro peccato, et vitam pro morte.

VERS. 19. « Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per obedientiam unius justi constituentur multi. » Non est otiosa ejusdem repetitio, ut apparet : verum cum supra dixisset, « Quemadmodum per unius delictum, 40 sic et per unius justitiam, » jam interpretatur quid sit delictum unius, nempe inobedientia, per quam « peccatores constituti sunt multi, » hoc est, obnoxii supplicio, reique mortis : et quæ sit justitia unius, nimirum Christi : Obedientia, inquit, ipsius « ad mortem usque, mortem autem crucis 9 : » per quam obedientiam, contrita morte, liberati sumus nos ab ipsius condemnatione.

VERS. 20. « Lex autem subintravit, ut abundaret delictum : ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia. » Cum ostendisset omnes ab Adamo condemnatos esse, a Christo autem conservatos, ac verisimile esset addubitare quempiam ac dicere, Quid igitur lex tot annos faciebat, si quidem Christus nos justificavit? respondet, quod « Lex subintravit, » pro, ad tempus lata est, non primario, neque præcipue. Cum autem subingressa esset, auctius reddidit delictum. Nam multa mandata dabat, quæ omnia cum transgrederentur homines, auxerunt delictum. Particula porro, « Ut, » hic non est causæ redditivæ, sed eventum respicit. Sancita est enim lex ut minueret et auferret peccatum : evenit autem contrarium, per socordiam hominum, non per legis naturam. Postquam autem abundavit peccatum per legem, per Christum gratia Dei exuberavit, nedum a peccatis liberans, sed et justificans nos, et cœlestes faciens, adoptansque

A θρωπον, τὸν θάνατον ἐποίησε βασιλεῦσαι · πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς οἱ τὴν περισσείαν καὶ δαψίλειαν τῆς χάριτος λαβόντες, καὶ δικαιωθέντες, ζησόμεθα καὶ βασιλεύσομεν διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὗ ἀδελφοί ἐσμεν, καὶ σύσσωμοι αὐτοῦ κατέστημεν, καὶ ὥσπερ σῶμα κεφαλῇ, οὕτως αὐτῷ ἡνώμεθα [88]. Μὴ γὰρ ἁπλοῦν καὶ μονοειδὲς ἀγαθὸν ἐλάβομεν, ἵνα καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ἐνδοιάσωμεν · ἀλλὰ περισσεία χάριτος ἡμῖν τὰ ἀγαθά · ὥσπερ εἴ τις ὀφείλων πολλὰ, καὶ εἰς φυλακὴν ἐμβληθεὶς μετὰ γυναικὸς καὶ παίδων, εἶτα οὐ μόνον ἀπαλλαγείη τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ χρέους, ἀλλὰ καὶ μυρία τάλαντα λάβοι, καὶ εἰς βασιλικὰς αὐλὰς εἰσαχθεὶς, τιμῆς [89] ἀξιωθείη ὑψηλῆς καὶ βασιλέως υἱὸς γένοιτο. Συμπεραίνων τοίνυν τὸ νόημα, φησίν · Ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας B ἀνθρώπους ἦλθεν ἡ κατάρα (ὅπερ εἶπεν ἄνω κρῖμα, τοῦτο νῦν λέγων [90] παράπτωμα, τουτέστι, τὴν ἁμαρτίαν τοῦ Ἀδάμ), οὕτω καὶ διὰ τοῦ δικαιώματος τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ, εἰς πάντας ἀνθρώπους ἡ χάρις, διδοῦσα αὐτοῖς καὶ δικαίωσιν ἀντὶ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ζωὴν ἀντὶ τοῦ θανάτου.

« Ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου, ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί. » Οὐ ταυτολογία ἐστὶν, ὡς δοκεῖ · ἀλλ' εἰπὼν ἀνωτέρω, « Ὥσπερ δι' ἑνὸς παραπτώματος, οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος, » νῦν ἑρμηνεύει, τί ἦν τὸ παράπτωμα τοῦ ἑνὸς, καὶ φησιν, ὅτι ἡ παρακοὴ, δι' ἧς « ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοί, » τουτέστιν, ὑπεύθυνοι κολάσει, καὶ κατάδικοι θανάτου · C καὶ τί ἐστι τὸ δικαίωμα τοῦ ἑνὸς, τουτέστι, Χριστοῦ · καί φησιν, ὅτι ἡ ὑπακοὴ ἡ « μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ · » δι' ἧς ὑπακοῆς συντριβέντος τοῦ θανάτου, ἀπηλλάγημεν ἡμεῖς τῆς αὐτοῦ καταδίκης.

« Νόμος δὲ [91] παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα · οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. » Ἐπειδὴ ἔδειξε πάντας ἀπὸ μὲν τοῦ Ἀδὰμ καταδικασθέντας, ἀπὸ δὲ τοῦ Χριστοῦ σωθέντας, εἰκὸς δὲ ἦν τινα [92] ἐπαπορῆσαι καὶ εἰπεῖν · Τί οὖν ὁ νόμος τὰ τοσαῦτα ἔτη ἐποίει, εἴπερ ὁ Χριστὸς ἡμᾶς ἐδικαίωσε; φησὶν, ὅτι « Ὁ νόμος παρεισῆλθεν, » ἀντὶ τοῦ, πρὸς καιρὸν ἐδόθη, οὐ προηγουμένως οὐδὲ κυρίως · παρεισελθὼν δὲ, πλέον B ἐποίησε τὸ παράπτωμα. Πολλὰς γὰρ ἐντολὰς ἐδίδου, ἃς πάσας παραβαινόντων τῶν ἀνθρώπων, ἐπλεόνασε τὸ παράπτωμα. Τὸ δὲ, « Ἵνα, » ἐνταῦθα οὐκ αἰτιολογικόν ἐστιν, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀποβάσεως. Ἐδόθη μὲν γὰρ ὁ νόμος ὥστε μειῶσαι καὶ ἀνελεῖν τὴν ἁμαρτίαν · ἐξέβη δὲ τοὐναντίον, διὰ τὴν ῥᾳθυμίαν τῶν ἀνθρώπων, οὐ τὴν τοῦ νόμου φύσιν. Ἐπεὶ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία διὰ τοῦ νόμου, διὰ τοῦ Χριστοῦ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ὑπερεπερίσσευσεν, οὐ μόνον ἁμαρτιῶν ἀπαλλάξασα, ἀλλὰ καὶ δικαιώσασα, καὶ οὐρανίους

P Rom. VIII, 12; II Cor. X, 12. 9 Philipp. II, 8.

Variæ lectiones.

88 ἡνώθημεν m. 89 ἀρχῆς m. 90 λέγει o. 91 οὖν m. 92 τινας o.

Digitized by Google

ποιήσασα, καὶ υἱοθετήσασα Θεῷ. Διὸ οὐκ εἶπεν, Ἐπερίσσευσεν, ἀλλ' « Ὑπερεπερίσσευσεν, » τὸ ἄφθονον αὐτῆς δηλῶν.

« Ἵνα ὥσπερ ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θανάτῳ, οὕτω καὶ ἡ χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύνης εἰς ζωὴν αἰώνιον [93]. » Εἰπὼν, ὅτι ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις, δείκνυσι καὶ τὸ εὔλογον τοῦ πράγματος, ἵνα μὴ ἀπιστῶμεν, καί φησιν, ὅτι Ἐν τάξει μὲν βασιλέως ἡ ἁμαρτία ἦν· ὁ δὲ θάνατος, στρατιώτης ὑπ' αὐτῆς [94] καθοπλιζόμενος. Εἰ οὖν ἡ ἁμαρτία ἐβασίλευσεν ἡμῶν, οἷόν τινα στρατιώτην ἔχουσα τὸν θάνατον, πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις βασιλεύσει ἐν ἡμῖν, ἐπαγομένη τὴν δικαιοσύνην, τὴν ἀναιρετικὴν τῆς ἁμαρτίας, καὶ διὰ τοῦ ἀναιρεῖν τὴν ἁμαρτίαν, συναναιροῦσα τὸν θάνατον, καὶ ζωὴν εἰσάγουσα αἰώνιον. Οἱονεὶ γοῦν ὀντιπαράταξις γέγονε, καὶ ἡ ἁμαρτία μὲν εἶχε στρατιώτην τὸν θάνατον, ἡ δὲ χάρις τὴν δικαιοσύνην. Ἀνεῖλεν οὖν ἡ δικαιοσύνη τὴν βασιλίδα ἁμαρτίαν, καὶ σὺν αὐτῇ τὸν θάνατον, καὶ λοιπὸν εἰσήχθη ζωὴ αἰώνιος.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

« Τί οὖν ἐροῦμεν; Ἐπιμενοῦμεν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσῃ; Μὴ γένοιτο. Οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ; » Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι « Ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις, » ἴσως ἄν τις εἶπεν, ὅτι Μὴ ἀποστῶμεν λοιπὸν ἁμαρτάνοντες, ἵνα πλείων ἡ χάρις δειχθῇ· τοῦτο οὖν λύει, λέγων ἀπαγορευτικῶς· « Μὴ γένοιτο. » Ὅπερ ἐπὶ τῶν σφόδρα ὡμολογημένων ἀτόπων ποιεῖν εἴωθεν. Εἶτα καὶ λογισμὸν τίθησιν, ὅτι Ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ; διὰ τοῦ βαπτίσματος νεκροὶ πρὸς αὐτὴν γενόμενοι, ὥστε μηκέτι ὑπακούειν αὐτῇ· πῶς οὖν ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ, ὥστε σχέσιν ἔχειν πρὸς αὐτὴν, καὶ ὑπακούειν αὐτῇ; Ἐκ τούτου μανθάνομεν, ὅτι πᾶς πιστὸς νεκροῦται μὲν πρὸς τὴν ἁμαρτίαν διὰ τοῦ βαπτίσματος· ῥαθυμήσας δὲ, αὐτὸς ἑαυτὸν ἀνιστᾷ, καὶ ζωοποιεῖ [95] πρὸς ταύτην αὖθις, ὥστε συμφύρεσθαι [96] αὐτῇ· ὥσπερ ὁ σπουδαῖος, ἀεὶ τὴν νέκρωσιν ταύτην συντηρεῖ ἑαυτῷ, κἂν μυριάκις ἐπιτάττῃ ἐκείνη, αὐτὸς ὡς νεκρὸς οὐχ ὑπακούει.

« Ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν; Συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον· ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν. » Κατασκευάζει πῶς ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, καί φησιν, ὅτι Διὰ τοῦ βαπτίσματος. Εἰς τὸν θάνατον γὰρ τοῦ Χριστοῦ ἐβαπτίσθημεν· τουτέστιν, εἰς τὸ καὶ αὐτοὶ ἀποθανεῖν, ὥσπερ ἐκεῖνος. Ὡς γὰρ ὁ σταυρὸς καὶ ὁ τάφος τῷ Χριστῷ [97], οὕτω καὶ ἡμῖν τὸ βάπτισμα, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ τῶν αὐτῶν. Αὐτὸς μὲν γὰρ σαρκὶ ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη· ἡμεῖς δὲ τῇ ἁμαρτίᾳ θνήσκοντες, ἀνιστάμεθα τῇ ἀρετῇ· ἵνα

nos in filios Dei. Propterea non dixit, Abundavit, sed, « Superabundavit, » copiam ipsius indicans.

Vers. 21, « Ut quemadmodum peccatum regnavit in mortem, sic et gratia regnet per justitiam in vitam æternam. » Cum gratiam superabundasse dixisset, monstrat porro rei convenientiam, ne simus increduli, inquiens : Imperatoris loco peccatum erat, mors vero miles ab ipso armatus. Si igitur peccatum dominatum est nobis, veluti quemdam militem habens mortem, multo magis gratia dominabitur in nobis, justitiam adducens, quæ peccatum aufert, ac simul dum peccatum tollit, mortem etiam adimit, vitam afferens sempiternam. Veluti igitur contrariæ inter sese pugnantes acies constituuntur, peccatum quidem militem habuit mortem, gratia vero justitiam. Abstulit igitur et interemit justitia imperatorem peccatum, ac una cum ipso mortem, ac in posterum introducta est vita sempiterna.

CAPUT VI.

Vers. 1, 2. « Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, ut gratia exuberet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo 41 adhuc vivemus in ipso? » Quia dixerat, « Ubi abundavit peccatum, superexuberavit gratia, » aliquis forsan inferre potuisset : Deinceps ergo non desistamus peccare, ut gratia eo major demonstretur; istuc ergo diluit, inquiens per inficiationem, Absit : quod in aperte absurdis facere consuevit. Deinde ratiocinationem ponit : Quoniam, inquit, mortui sumus peccato, per baptisma mortui erga ipsum facti, ut non porro obtemperemus ei ; quomodo adhuc vivemus in illo, ita ut affecti simus erga illud, eique obediamus? Hinc discimus, quod omnis sane fidelis ad peccatum mortuus est per baptisma. Segniter autem agens, ipse seipsum excitat, et denuo ad illud vivificat, ut ipsi commisceatur : quemadmodum e diverso sedulus et studiosus, hanc sibi mortem vel mortificationem nunquam non retinet atque conservat, ut etiamsi plus millies peccatum imperet, ipse tamen veluti mortuus non obsequitur.

Vers. 3, 4. « An ignoratis, quod quicunque baptizati sumus in Christum, in mortem ipsius baptizati sumus? Consepulti igitur sumus per baptisma in mortem, ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, sic et nos in novitate vitæ ambulemus. » Quomodo peccato mortui simus, jam astruit, Per baptisma, inquiens. In mortem enim Christi baptizati sumus, hoc est, ut et nos sicut ille moriamur. Quod enim Christo est crux et sepulcrum, id nobis est baptisma, etiamsi ad eadem utrumque non pertineat. Ipse namque carne mortuus est et resurrexit, nos autem peccato morientes resurgimus virtute : ut « sicuti Christus *carne* re-

Variæ lectiones.

[93] αἰώνιον διὰ τοῦ Ἰησοῦ Κυρίου ἡμῶν m. [94] αὐτὴν o. [95] ζωοῖ o. [96] συμφέρεσθαι m. [97] τοῦ Χριστοῦ o.

Digitized by Google

surrexit a mortuis per gloriam Patris, » hoc est, per propriam divinitatem (nam gloria Patris est Filius), sic et nos alia resurrectione resurgamus, nova scilicet vivendi ratione Cum enim fornicator fit temperans, ecce mortem et resurrectionem, vitio in homine moriente, ac virtute resurgente et reviviscente.

VERS. 5, 6. « Si enim complantati sumus similitudini mortis ipsius, simul et resurrectionis erimus: hoc scientes, quod vetus noster homo simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato. » Non dixit, quod Communicaverimus similitudini mortis ejus, verum « Complantati sumus, » plantationis nomine fructum qui ex ea provenit adumbrans. Corpus enim Domini in terra sepultum salutis fructum protulit. Quia autem nos in aqua, ille vero in terra sepultus est, et nos quidem quoad peccatum, ille vero quatenus ad corpus; idcirco non dixit, Morti, sed « Similitudini mortis. » Proinde et resurrectionis consortes erimus, vitæ æternæ hæreditatem possessuri, propterea quod eam quæ in 42 operibus bonis consistit resurrectionem prius repræsentavimus. Etenim « vetus noster homo, » id est, malitia, « simul crucifixus est, » hoc est, perinde ut corpus Christi, in baptismate sepultus est, « ut aboleatur corpus peccati, » id est, sive vitium ex variis partibus compositum ac tanquam in unum corpus coalescens, sive corpus nostrum ad peccandum proclive: propterea infert, « Ut non ultra inserviamus peccato. » Volo enim, inquit, ipsum esse mortuum, non ut destruatur, sed ne peccet.

VERS. 7. « Qui enim mortuus est, justificatus est a peccato. » De quolibet homine hoc ait: Quemadmodum « qui vita functus est, justificatus est a peccato, » hoc est, absolutus est, liberatus est: ita et tu qui baptizatus et mortuus es peccato, mortuus et persevera.

VERS. 8-11. « Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quod et simul vivemus cum ipso: scientes quod Christus resurgens a mortuis, porro non moritur; mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo. Sic et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo, in Christo Jesu Domino nostro. » Reiterare idem videtur, at secus se res habet. Supra enim dicebat, quod oporteret nos peccato semper manere mortuos: nunc autem verba facit de resurrectione novæ vitæ, quam secundum Deum nos semper habere convenit. Si enim mortui sumus cum Christo per baptisma, credimus quod et resurrectionem, quæ in novitate vitæ consistit, obtinebimus apud nos semper manentem. Nam et Christus excitatus, in sempiterna sæcula vivit, non amplius moriturus.

« Ὥσπερ ὁ Χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν *σαρκὶ* διὰ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, » τουτέστι, διὰ τῆς οἰκείας θειότητος [98] (δόξα γὰρ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός)· οὕτω καὶ ἡμεῖς ἑτέραν ἀνάστασιν ἀναστῶμεν, τὴν καινὴν πολιτείαν. Ὅταν γὰρ ὁ πόρνος γένηται σώφρων, ἰδοὺ θάνατος καὶ ἀνάστασις, τῆς κακίας θανούσης, καὶ τῆς ἀρετῆς ἀναστάσης καὶ ζώσης ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.

« Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα· τοῦτο γινώσκοντες, ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη, ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ. » Οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἐκοινωνήσαμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ, « Σύμφυτοι γεγόναμεν, » τῷ τῆς φυτείας ὀνόματι τὸν ἐκ ταύτης καρπὸν αἰνιξάμενος. Ταφὲν γὰρ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἐν τῇ γῇ, καρπὸν σωτηρίας ἤνεγκεν. Ἐπειδὴ δὲ ἡμεῖς μὲν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνος δὲ ἐν τῇ γῇ ἐτάφη· καὶ ἡμεῖς μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἐκεῖνος δὲ τῷ σώματι· διὰ τοῦτο οὐκ εἶπε, Τῷ θανάτῳ, ἀλλὰ, « Τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου. » Καὶ τῆς ἀναστάσεως οὖν κοινωνοὶ ἐσόμεθα, ζωὴν αἰώνιον καὶ αὐτοὶ κληρονομοῦντες, διὰ τοῦ τὴν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις ἀνάστασιν ἐπιδείξασθαι. « Καὶ γὰρ ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος, τουτέστιν, ἡ κακία, συνεσταυρώθη, » τουτέστιν, ὁμοίως τῷ σώματι τοῦ Χριστοῦ, ἐν τῷ βαπτίσματι ἐτάφη, « ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, » τουτέστιν, ἤτοι ἡ ἀπὸ διαφόρων μερῶν συγκειμένη κακία, καὶ ὥσπερ ἓν σῶμα οὖσα [99-1], ἢ καὶ τὸ σῶμα ἡμῶν τὸ ἁμαρτητικόν. Διὸ ἐπιφέρει· « Τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ. » Βούλομαι γὰρ, φησὶν, αὐτὸ εἶναι νεκρὸν, οὐχ ἵνα ἀφανισθῇ, ἀλλ' ἵνα μὴ ἁμαρτάνῃ.

« Ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. » Περὶ παντὸς ἀνθρώπου τοῦτό φησιν, ὅτι Ὥσπερ « ὁ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας » τουτέστιν, ἀπολέλυται, ἠλευθέρωται· οὕτω καὶ σὺ ὁ βαπτισθεὶς, καὶ νεκρωθεὶς τῇ ἁμαρτίᾳ, μένε νεκρός.

« Εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ, πιστεύομεν ὅτι καὶ συζήσομεν αὐτῷ· εἰδότες ὅτι Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, οὐκέτι ἀποθνήσκει· θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. Ὃ γὰρ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφάπαξ· ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ. Οὕτω καὶ ὑμεῖς λογίζεσθε, ἑαυτοὺς νεκροὺς μὲν εἶναι τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ Θεῷ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. » Δοκεῖ παλιλλογεῖν, ἀλλ' οὐκ ἔστι. Καὶ γὰρ ἀνωτέρω μὲν, περὶ τοῦ ἀεὶ δεῖν νεκροὺς μένειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ, ἔλεγε· νῦν δὲ, περὶ τοῦ ἀεὶ ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς τὴν ἀνάστασιν τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας. Εἰ γὰρ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος, πιστεύομεν, ὅτι καὶ τὴν ἐν καινότητι ζωῆς ἀνάστασιν ἕξομεν ἀεὶ παροῦσαν ἡμῖν. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς ἐγερθεὶς, ἀεὶ ζῇ, οὐκέτι ἀποθνήσκων. Καὶ ἐκεῖνο γὰρ, « Ὃ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανε, » τοῦτ' ἔστι, διὰ τὴν ἁμαρτίαν τὴν ἡμετέραν, καὶ οὐχ

Variæ lectiones.

[98] θεότητος m. [99-1] γινομένη m.

Digitized by Google

ὑπεύθυνος ὢν τῷ θανάτῳ. « Ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ · » τουτέστι, τῇ θείᾳ δυνάμει. Ζῇ γὰρ ἀεὶ ἐν τῇ δυνάμει τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Ἐπειδὴ δὲ δεύτερον οὐκ ἀποθνήσκει Χριστὸς, οὐδὲ ἡμεῖς δεύτερον θάνατον δι᾽ ἑτέρου βαπτίσματος ἔχομεν. Μένωμεν τοίνυν ἐπὶ τῶν προτέρων, τουτέστι, τοῦ θανάτου μὲν τῆς ἁμαρτίας, ἀναστάσεως δὲ τοῦ κατὰ Θεὸν βίου. Τοῦτο δὲ γενήσεται ἡμῖν, « Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, » τουτέστιν, ἐν τῇ συμμαχίᾳ ἐκείνου. Ὁ γὰρ νεκροὺς ὄντας ἀναστήσας, πολλῷ μᾶλλον ζῶντας ἐν τῇ ζωῇ συντηρήσει.

A Etenim illud, « Quod mortuus est, peccato mortuus est, » hoc est, propter peccatum nostrum, cum minime morti obnoxius esset. « Quod autem vivit, vivit Deo, » id est, divina potentia. Vivit enim semper in virtute et potentia Dei et Patris. Quia autem Christus secundo non moritur, neque nos secundam mortem per alterum baptisma habemus. Maneamus igitur in prioribus, hoc est, in morte quidem peccati, in resurrectione autem vitæ quæ est secundum Deum. Hoc autem continget nobis, « In Christo Jesu, » id est, auxilio illius. Qui enim nos mortuos excitavit, multo magis viventes in vita conservabit.

« Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ [8]. » Δεικνὺς, ὅτι οὐ βίᾳ καὶ [9] ἀνάγκῃ κατεχόμεθα ὑπὸ τῆς κακίας, ἀλλ᾽ ἑκόντες, οὐκ εἶπε, Μὴ τυραννείτω, ἀλλὰ, « Μὴ βασιλευέτω · » βασιλεία γὰρ, ἑκόντων ἐστὶν ἐπιστασία. Εἰπὼν δὲ, « Ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, » ἔδειξε δύο ταῦτα · ἓν μὲν, ὅτι οὔτε τὰ ἡδέα τοῦ σώματος, μόνιμα (θνητὸν γάρ ἐστιν), ὥστε οὐ δεῖ χαρίζεσθαι αὐτῷ ἐν τούτοις · οὔτε τὰ ἐπίπονα παραμένει · ὥστε οὐ δεῖ φεύγειν τὰ λυπηρὰ, καὶ τοὺς πρὸς τὰς ἡδονὰς ἀγῶνας. Δεύτερον δὲ, ὅτι ἀναμιμνήσκει ἡμᾶς, ὅτι ἡ θνητότης ἐξ ἁμαρτίας. Μηκέτι οὖν δουλεύσῃς [10] αὐτῇ, τῇ θάνατον ἐπεισαγούσῃ. Πῶς δὲ βασιλεύει ἡ ἁμαρτία; Ἐὰν ὑπακούσωμεν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τοῦ σώματος. Ὥστε οὐ τὸ σῶμα φύσει βλάπτει, ἀλλὰ τὸ ὑπακούειν τῇ ἁμαρτίᾳ. Ὅρα δὲ τὴν χάριν τοῦ Χριστοῦ, πῶς ὁ μὲν Ἀδὰμ ἥμαρτε, καίτοι μὴ θνητὸν ἔχων σῶμα · ἡμεῖς δὲ ἐν θνητῷ σώματι περιγενόμεθα [*f.* περιγιν.] τῆς ἁμαρτίας.

B C Adam quidem peccarit, etiamsi corpus mortale non habuit : nos vero in corpore mortali peccatum superamus.

Vers. 12. « Non ergo regnet peccatum in mortali vestro corpore, ut obediatis ipsi in cupiditatibus ipsius. » Ostendens quod non vi aut necessitate a vitiis detinemur, sed nostra sponte, non dixit, Tyrannidem non exerceat, sed, « Ne regnet. » Regnum enim est voluntariorum principatus. Cum autem dixit, « In mortali vestro corpore, » duo hæc indicavit : alterum, quod neque suavia corpori stabilia sint **43** (morti siquidem est obnoxium) : quare non est cur istiusmodi voluptatibus tradatur corpus, neque difficilia ac laboriosa perpetuo maneant : hinc tristia haudquaquam sunt fugienda, neque certamina, quæ nobis adversus voluptates sunt ineunda ; alterum est, quod nobis ad memoriam revocat ac docet mortalitatem ipsam ex peccato esse. Non igitur in posterum illi inservias, mortem scilicet afferenti. Quo igitur modo regnat peccatum ? Si obedierimus ei in cupiditatibus corporis. Itaque corpus sua natura haud nocet, sed obedire peccato. Observa hic Christi gratiam, quod

« Μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας, καὶ τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ Θεῷ. » Ποῦ εἰσιν οἱ Μανιχαῖοι, οἱ λέγοντες τὸ σῶμα φύσει πονηρόν; ὅπλον γάρ ἐστι · τὸ δὲ ὅπλον, μέσον ἀρετῆς καὶ κακίας. Τῷ στρατιώτῃ ἡ μάχαιρα ὅπλον ὑπὲρ τῶν πολιτῶν · τῷ λῃστῇ, ἡ μάχαιρα ὅπλον κατὰ τῶν πολιτῶν. « Μὴ παριστάνετε [11] τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ. » Ὁ γὰρ ἁμαρτάνων, ἀδικεῖ μὲν καὶ τὸν πλησίον πολλάκις, πάντοτε δὲ ἑαυτόν. « Ἀλλὰ τῷ Θεῷ παραστήσατε, » ἐννοήσαντες τὸ μέσον τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ὑπὸ τίνι βέλτιον τάττεσθαι καὶ βασιλεύεσθαι, ἄρα τῇ νεκρωσάσῃ ἁμαρτίᾳ, ἢ τῷ ζωώσαντι Θεῷ. « Ὅπλα δὲ δικαιοσύνης τὰ μέλη » εἰπὼν, ἅμα μὲν δείκνυσιν, ὃ καὶ ἀνωτέρω εἴρηται, ὅτι οὐ πονηρὸν τὸ σῶμα, εἴ γε ὅπλον δικαιοσύνης δύναται γενέσθαι · ἅμα δὲ, ὅτι καὶ πόλεμος ἐφέστηκε, καὶ δεῖ ὑπὸ Θεῷ στρατηγῷ [12] εἶναι, καὶ τὰ ὅπλα ὑπὲρ τῆς ψυχῆς τιθέναι.

D Vers. 13. « Ne exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos ipsos Deo tanquam ex mortuis viventes, et membra vestra arma justitiæ Deo. » Ubi Manichæi qui corpus natura pravum dicunt ? armorum enim hic nomine censetur ; arma vero, media inter virtutem et vitium. Militi, ensis est instrumentum pro civibus ; prædoni, gladius instrumentum est contra cives. « Ne exhibete igitur membra vestra arma injustitiæ peccato. » Qui enim peccat, injuriam sane infert ; proximo sæpe, sibi vero semper. « Sed exhibete vos ipsos Deo, » expendentes quantum interest inter Deum et peccatum, et utri melius sit subjici et gubernari, occidenti peccato, an vivificanti Deo. Dicens autem, « Membra, arma justitiæ, » partim ostendit, id quod supra dictum est, quod corpus non est pravum, siquidem justitiæ arma sive instrumentum fieri possit : partim quod et prælium instet, atque oporteat nos sub Deo imperatore esse, nec non arma pro anima nostra sumere.

« Ἁμαρτία γὰρ ὑμῶν οὐ κυριεύει. Οὐ γάρ ἐστε

Vers. 14. « Peccatum enim vobis non domina-

Variæ lectiones.

[8] αὐτῆς o. [9] οὐδὲ o. [10] δουλεύσωμεν o. [11] παριστάνετε οὖν m. [12] στρατηγὸν o.

Digitized by Google

bitur. Non enim estis sub lege, sed sub gratia. » Corpus, inquit, vestrum ante Christi adventum a peccato facile expugnari potuit. Neque enim Spiritus aderat qui succurreret, neque baptisma quod mortificare posset. Propterea et lex præcipiens et suggerens quid agendum esset, nihil perficiebat. Post Christi autem adventum lucta facilior est reddita : ideoque certamina majora, ceu auxilio ampliori nobis suppeditato. Non dominabitur igitur nobis peccatum, nisi nimium nos ipsi subdiderimus. Non enim est lex quæ jubet tantum, nihil autem auxilii præbet, verum gratia, quæ et priora peccata remittit, et adversus futura munit.

VERS. 15, 16: « Quid igitur? Peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis quod cui exhibetis vos ipsos servos ad obedientiam, servi estis cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obedientiæ ad justitiam? » Ubique objectiones **44** has suspectas habet : ideo et producit et diluit, quemadmodum et hanc ad quam respondet, dicens, « Absit. » Deinde ostendit quod facile nobis sit non peccare. Cogitate enim apud vos utrum sit commodius servos vos esse peccati, vestra sponte illi subjectos (hoc enim indicat per verbum « Exhibete »), et lucrari mortem, hoc est, nullis unquam sæculis finiendum supplicium (nam Adami peccatum mortem peperit corporalem, et quæ dissolvitur : peccatum autem quod nunc est, æternæ morti, pœnæ nimirum sempiternæ tradit hominem) an servire Deo, et justitiam aliaque ex hac promanantia bona lucrari.

VERS. 17. « Gratia autem Deo, quoniam eratis servi peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ in quam traditi estis. » — « Gratia Deo. » Non enim erat humanarum virium quod nos ab illis malis liberamur, sed plane divini auxilii : propterea et gratos vos esse oportet. Porro non estis coacti, sed sponte ex animo obedistis. Proinde ne retrocurratis ad id quod deterius est, a quo non inviti destitistis. Monstrans autem, quod etiamsi ipsi accesserint, totum tamen isthuc divinæ gratiæ opus sit, adjecit, « Traditi estis, » hoc est, a Deo in eam doctrinæ formam perducti estis. Quæ vero istæc forma doctrinæ est? Recte et cum optima conversatione vitam ducere.

VERS. 18, 19. « Liberati autem a peccato, servi facti estis justitiæ. Humanum quiddam dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra serva immunditiæ et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra serva justitiæ ad sanctificationem. » Duo ista beneficia a Deo accepistis, et quod liberati estis a tanta turpitudine, et quod servi facti estis justitiæ : quod summo vobis est honori. Cum autem dicere vellet, In quantum servi fuistis peccati, in tantum nunc inservite Deo, antevertens hoc, « Humanum, »

A ὑπὸ νόμον, ἀλλὰ ὑπὸ χάριν. » Τὸ σῶμα, φησὶν, ὑμῶν, πρὸ μὲν τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, εὐκαταγώνιστον ἦν τῇ ἁμαρτίᾳ. Οὔτε γὰρ Πνεῦμα παρῆν τὸ βοηθοῦν, οὔτε βάπτισμα τὸ νεκρῶσαι δυνάμενον. Διὸ καὶ ὁ νόμος ὑπαγορεύων τὰ πρακτέα, οὐδὲν ἤνυεν· ἐλθόντος δὲ τοῦ Χριστοῦ, τὰ παλαίσματα εὐκολώτερα γέγονε· διὸ καὶ μείζω τὰ ἀγωνίσματα, ὡς μείζονος βοηθείας δεδομένης ἡμῖν. Οὐ κυριεύσει οὖν ἡ ἁμαρτία ἡμῶν, ἐὰν μὴ σφόδρα ἑαυτοὺς ὑποκατακλίνωμεν. Οὐ γάρ ἐστι νόμος ὁ κελεύων μόνον, μηδεμίαν δὲ βοήθειαν διδοὺς, ἀλλὰ χάρις, ἡ καὶ τὰ πρότερα ἁμαρτήματα ἀφιεῖσα, καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ἀσφαλιζομένη.

« Τί οὖν; ἁμαρτήσομεν, ὅτι οὐκ ἐσμὲν ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν; Μὴ γένοιτο! Οὐκ οἴδατε ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοὴν, δοῦλοί ἐστε ᾧ ὑπακούετε, ἤτοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον, ἢ ὑπακοῆς εἰς δικαιοσύνην; » Πανταχοῦ τὰς ἀντιθέσεις ταύτας ὑποπτεύει, καὶ διὰ τοῦτο παράγει καὶ λύει, ὥσπερ καὶ ταύτην, εἰπών· « Μὴ γένοιτο! » Εἶτα δείκνυσιν, ὅτι εὔκολον ἡμῖν τὸ μὴ ἁμαρτάνειν. Ἐννοήσατε γὰρ ποῖον κρεῖττον, δούλους εἶναι ἁμαρτίας ἑκόντας ὑπαγομένους ταύτῃ (τοῦτο γὰρ δηλοῖ διὰ τοῦ, « Παριστάνετε), » καὶ κερδαίνειν τὸν θάνατον, τουτέστι, τὴν ἀθάνατον κόλασιν (ἡ μὲν γὰρ τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτία, θάνατον σωματικὸν καὶ λυόμενον ἔτεκεν· ἡ δὲ νῦν ἁμαρτία, θανάτῳ αἰωνίῳ, τῇ κολάσει, φημὶ, τὸν ἄνθρωπον παραδίδωσιν), ἢ ὑπακούειν Θεῷ, καὶ δικαιοσύνην κερδαίνειν, καὶ τὰ ἐκ ταύτης C ἀγαθά.

« Χάρις δὲ τῷ Θεῷ, ὅτι ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς. » — « Χάρις τῷ Θεῷ. » Οὐκ ἀνθρωπίνης γὰρ ἰσχύος, τὸ [18] ἀπαλλαγῆναι ἡμᾶς ἐκείνων τῶν κακῶν, ἀλλὰ θείας· διὸ καὶ εὐχαριστεῖν δεῖ. Οὐκ ἠναγκάσθητε δὲ, ἀλλ' ἑκόντες ἐν καρδίᾳ ὑπηκούσατε. Ὥστε μὴ [16] παλινδρομήσητε ἐπὶ τὸ χεῖρον, οὗ ἑκόντες ἀπέστητε. Δεικνύων δὲ, ὅτι εἰ καὶ αὐτοὶ προσῆλθεν, ἀλλ' ὅμως τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος τὸ πᾶν, προσέθηκε τὸ, « Παρεδόθητε· » τουτέστιν, Ὑπὸ Θεοῦ ὡδηγήθητε εἰς τὸν τύπον τῆς διδαχῆς. Τίς δὲ ὁ τύπος τῆς διδαχῆς; Τὸ ὀρθῶς ζῆν, καὶ μετὰ πολιτείας ἀρίστης.

D

« Ἐλευθερωθέντες δὲ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ. Ἀνθρώπινον λέγω, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν. Ὥσπερ γὰρ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν· οὕτω νῦν παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ εἰς ἁγιασμόν. » Δύο ταῦτα εὐηργετήθητε παρὰ τοῦ Θεοῦ, τό τε ἐλευθερωθῆναι τῆς τοσαύτης αἰσχύνης, καὶ τὸ δουλωθῆναι τῇ δικαιοσύνῃ· ὅπερ ἐστὶ δόξης ἀπολαῦσαι πολλῆς. Μέλλων δὲ εἰπεῖν, ὅτι Ὅσον ἐδουλεύσατε [18] τῇ ἁμαρτίᾳ, δουλεύσατε τῷ Θεῷ· προλαβὼν φησιν·

Variæ lectiones.

[15] τοῦτο o. [16] μηδὲ o. [18] ἐδουλώθητε o.

Digitized by Google

« Ἀνθρώπινον λέγω· » τουτέστιν, Εὐτελὲς, μικροπρεπὲς, σύμμετρον τῇ ἀσθενείᾳ ὑμῶν. Ἔδει μὲν γὰρ πολλαπλάσιον τὸ μέτρον τῆς δουλείας ἐπιδείκνυσθαι τῷ Θεῷ, ἤπερ [16] τῇ ἁμαρτίᾳ· ὅρως δ' οὖν διὰ τὴν ἀσθένειαν κἂν τὸ ἴσον εἰσενέγκατε. Ὅρα δὲ, πῶς ἐναργέστατα τὴν ἐθελοδουλείαν ἡμῶν ἐδήλωσεν, εἰπών· « Ὥσπερ γὰρ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα. » Αὐτοὶ γὰρ, φησὶν, ἑαυτοὺς αἰχμαλωτίζοντες, ὑποχειρίους παρεστήσατε τῇ ἀκαθαρσίᾳ, τουτέστι, μοιχείᾳ, πορνείᾳ, ἀῤῥητοποιίᾳ· καὶ τί περὶ μόνης ἀκαθαρσίας λέγω· πάσῃ ἀνομίᾳ, καθολικώτερον ποιῶν τὸν λόγον. Τὸ δὲ, « Εἰς τὴν ἀνομίαν, » τοῦτ' ἔστιν, εἰς τὸ ἐπιπλέον ἀνομεῖν. Οὐ γὰρ ὁπηνίκα τινὰ ἁμαρτίαν ἐποιήσατε, ἵστασθε ἄχρι ταύτης, ἀλλ' ὑπέκκαυμα ταύτην ἔχετε εἰς τὸ ἐπὶ πλέον ἀνομεῖν. Τῷ ἴσῳ τοίνυν μέτρῳ παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ [8], τουτέστι, πάσῃ ἀρετῇ, ὥστε ἐν σωφροσύνῃ καὶ ἁγιασμῷ διάγειν, ἀντὶ τῆς προτέρας ἀκαθαρσίας.

« Ὅτε γὰρ ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ. Τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε, ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε; Τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων, θάνατος. » Ὅτε ἐν κακίᾳ ἐζῆτε, φησὶν, ἀπολελυμένοι ἦτε ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης, μὴ ὑποτεταγμένοι αὐτῇ, μηδὲ θέλοντες δουλεύειν ὅλως αὐτῇ, ἀλλ' ἐλευθεριάζοντες ἀπὸ ταύτης. Οὐκοῦν καὶ νῦν δουλεύοντες τῇ δικαιοσύνῃ, μηδόλως ὑποτάσσεσθε τῇ ἁμαρτίᾳ. Καίτοι τί ἐκαρποῦσθε ἀπὸ τῆς ἀκαθαρσίας; Οὐδὲν, ἀλλ' ἢ αἰσχύνην· καὶ τί λέγω αἰσχύνην; θάνατον· « Τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων, θάνατος· » καὶ σωματικὸς μὲν πολλάκις, πάντως δὲ ψυχικός. Ἀλλὰ τοῦ μὲν θανάτου ἀπηλλάγητε διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ· ἡ δὲ αἰσχύνη, ἐπωφελῶς ἔτι παραμένει· νῦν γὰρ ἐπαισχύνεσθε ἐπὶ τούτοις.

« Νυνὶ δὲ ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, δουλωθέντες δὲ τῷ Θεῷ, ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμόν· τὸ δὲ τέλος, ζωὴν αἰώνιον. Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, θάνατος· τὸ δὲ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, ζωὴ αἰώνιος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. » Τῶν τῆς ἁμαρτίας ἔργων ὁ καρπὸς, αἰσχύνη· τῆς δικαιοσύνης ὁ καρπὸς, ἁγιασμὸς, καὶ καθαρότης, καὶ ἁγνεία. Τὸ τέλος ἐκείνων, θάνατος· τὸ τέλος ταύτης, ζωὴ αἰώνιος. « Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, θάνατος. » Ὀψώνιον λέγεται, τὸ τοῖς στρατιώταις παρὰ τοῦ βασιλέως διδόμενον σιτηρέσιον. Καὶ ὑμῖν οὖν δουλεύουσιν ἐδίδου, φησὶν, ἡ ἁμαρτία ὀψώνιον καὶ ἀντιμισθίαν τῆς δουλείας, τὸν θάνατον. « Τὸ δὲ χάρισμα τοῦ Θεοῦ. » Οὐκ εἶπεν, Ἡ ἀντιμισθία ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ, « Τὸ χάρισμα. » Οὐ γὰρ ἀμοιβὴν καὶ ἀντίδοσιν πόνων ἐλάβετε, ἀλλὰ χάριτι ταῦτα πάντα [19] ἐγένετο ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· αὐτὸς γὰρ ταῦτα ἐνήργησεν.

inquit, « dico, » hoc est, exiguum quiddam, humile, imbecillitati vestræ consonum. Oportebat quidem multo majorem esse servitutis mensuram quæ Deo erat exhibenda, quam quæ peccato : attamen propter infirmitatem vestram, æqualem saltem exhibete. Animadverte autem, quam apertissime, nec non summa perspicuitate voluntariam nostram servitutem indicarit, inquiens : « Sicut enim membra vestra exhibuistis serva. » Ipsi enim vos ipsos captivantes, subjecistis vos impuritati, hoc est, adulterio, fornicationi, rerum nefariarum patrationi : et quid de sola impuritate verba facio? omni potius iniquitati, ut universum dicam. Quod autem ait « Ad iniquitatem, » hoc est, ad legem ulterius violandam. Nam post patratum aliquod a vobis peccatum, hic non conquiescitis, **45** sed augendum iniquitatis vestræ modum, hoc ipsum vobis est in fomitem. Pari itaque mensura exhibete membra vestra serva justitiæ, id est, omni virtuti, ut in temperantia et sanctificatione vitam ducatis pro priori impuritate.

Vers. 20, 21. « Cum enim servi essetis peccati, liberi fuistis justitiæ. Quem igitur fructum habebatis tum in illis in quibus nunc erubescitis? finis enim illorum mors est. » Quando in vitiis et malitia vivebatis, inquit, eratis plane a justitia soluti, non subjecti ei, recusantes ipsi omnino servire, sed ab ea in libertatem vos vindicantes. Quare nunc servientes justitiæ, non omnino subjiciamini peccato. At vero quid fructus et commodi ex impuritate habuistis? Nihil, præter ignominiam, et quid dico ignominiam? mortem : « finis enim illorum mors; » corporis quidem sæpenumero, animæ vero omnino. Verum a morte liberati estis per gratiam Christi, pudor vero adhuc commode sane remanet : nunc enim pudet vos istorum scelerum.

Vers. 22, 23. « Nunc vero liberati a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Stipendium enim peccati, mors : donum autem Dei, vita æterna in Christo Jesu Domino nostro. » Operum peccati fructus est pudor : justitiæ fructus sanctificatio, et puritas, et castitas. Finis illorum, mors; finis hujus vita æterna. « Stipendia enim peccati, mors. » Stipendium dicitur cibarium militibus ab imperatore datum. Vobis igitur sibi servientibus peccatum elargiebatur, inquit, stipendium et servitutis mercedem, mortem. « Donum autem Dei. » Non dixit, Merces quæ est a Deo, sed « Donum. » Non enim retributionem et remunerationem laborum vestrorum accepistis, sed ex gratia hæc omnia contigerunt in Christo Jesu : ipse enim hæc est operatus.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

« Ἢ ἀγνοεῖτε, ἀδελφοὶ (γινώσκουσι γὰρ νόμον

CAPUT VII.

Vers. 1-3. « An ignoratis, fratres (scientibus

Variæ lectiones.

[16] ἔπερ ο. [17] μᾶλλον ο. [18] ἁγιωσύνῃ ο. [19] πάντα m.

Digitized by Google

enim legem loquor) quod lex dominatur in homi- A nem quanto tempore vivit? Nam quæ sub viro est mulier, viventi viro alligata est ex lege : si autem mortuus fuerit vir, soluta est a lege viri. Vivente itaque viro, adultera vocabitur, si fuerit cum alio viro. Si autem mortuus fuerit vir, libera est, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro. » Morali prætermissa, ad dogmaticam instituendi rationem transit, ostendens quod non amplius debeant esse sub lege. Etenim lex, inquit, quam et vos tenetis, dominatur in hominem tantisper dum vixerit : defunctis enim non amplius sancitur. Itaque 46 et vos illi mortui estis, vobisque deinceps non amplius dominatur. Porro hoc in principio quidem sic innuit; deinceps vero id ipsum aliis dicit, quod scilicet, marito mortuo, mulieri copia facta B est, ut alteri copulari queat. Proinde et hic quidem lex viro assimilatur, vos autem uxori. Deinde consectarium erat dicere : Itaque, fratres, non dominatur vobis lex, siquidem est mortua : verum hunc ad modum non dixit, ne offenderet Judæos; sed mortuam uxorem introduxit, hoc est, ipsos, ut ita duplici libertate fruantur. Nam si mortuo marito mulier liberata est a potestate legis, multo magis asserta est in libertatem, quando et ipsa mortua esse cernitur.

Vers. 4. « Itaque, fratres mei, mortificati estis et vos legi, per corpus Christi, ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo. » Si vita defuncti estis, inquit, non estis sub lege. Si enim mortuo marito non amplius ejus lege tenetur uxor, multo magis ipsa mortua liberata est a jugo legis. Observa hic sapientiam, uti ostendi, ipsam quidem legem velle ut ab ipsa deficiant. Liberati estis igitur et vos a lege per corpus Christi crucifixi et occisi pro nobis. Corpus enim illud propterea occisum est, ut vos moriamini quidem legi, jungamini vero alteri qui pro vobis mortem obiit, et postea excitatus est. Lex enim mortua non amplius vivit : Christus vero vita defunctus vivit. Quocirca non est data vobis potestas ab isto vivente desciscendi. Ecquid inde lucri? « Ut fructum feramus Deo, » hoc est, Ut ex hac copula qua Christo juncti sumus, liberos progeneremus Deo, nempe bona opera.

Vers. 5. « Quando enim eramus in carne, affectus peccatorum qui sunt per legem, operabantur in membris nostris ut fructificarent morti, » Demonstrans quod nihil nobis lex prosit ad hoc ut effugiamus carnales affectus, sed eos tantummodo indicet : Quando eramus, inquit, in carnali vita et pravis operibus, affectus peccatorum, qui per legem manifestabantur et agnoscebantur, efficaces erant per animam in membris nostris. Non dixit quod membra operarentur pravitatem, ne locum

λαλῶ), ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ; Ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ, τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρός. Ἄρα οὖν ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς μοιχαλὶς χρηματίσει, ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου, τοῦ μὴ εἶναι αὐτὴν μοιχαλίδα, γενομένην ἀνδρὶ ἑτέρῳ. » Ἀφέμενος τοῦ ἠθικοῦ, ἐπὶ τὸ δογματικὸν μεταβαίνει, καὶ δείκνυσιν, ὅτι οὐκέτι ὀφείλουσιν εἶναι ὑπὸ τὸν νόμον. Καὶ γὰρ ὁ νόμος, φησὶν, ὃν καὶ ὑμεῖς γινώσκετε, κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ. Τοῖς γὰρ τεθνηκόσιν οὐκέτι διατάττεται. Ὥστε καὶ ὑμεῖς ἀπεθάνετε αὐτῷ, καὶ λοιπὸν οὐκέτι κυριεύει ὑμῶν. Ἐν ἀρχῇ μὲν οὖν οὕτω τοῦτο ἠνίξατο· ἑξῆς δὲ ἄλλως τὸ αὐτό φησιν, ὅτι ἀποθανόντος τοῦ ἀνδρὸς, ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχει ἑτέρῳ συζευχθῆναι. Οὐκοῦν καὶ ἐνταῦθα, ὁ μὲν νόμος ἀνδρὶ ἔοικεν, ὑμεῖς δὲ γυναικί. Εἶτα τὸ ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν· Ὥστε, ἀδελφοὶ, οὐ κυριεύει ὑμῶν ὁ νόμος· ἀπέθανε γάρ. Ἀλλ' οὐκ εἶπεν οὕτως, ἵνα μὴ πλήξῃ τοὺς Ἰουδαίους, ἀλλὰ τὴν γυναῖκα εἰσάγει τελευτήσασαν, τουτέστιν, αὐτοὺς, ὥστε διπλῆς ἀπολαύειν τῆς ἐλευθερίας. Εἰ γὰρ τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρὸς, ἀπήλλακται τῆς ἐξουσίας τοῦ νόμου, πολλῷ μᾶλλον ἠλευθέρωται, ὅταν καὶ αὐτὴ τετελευτηκυῖα φαίνηται.

« Ὥστε, ἀδελφοί μου, ἐθανατώθητε καὶ ὑμεῖς τῷ νόμῳ διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ γενέσθαι ὑμᾶς ἑτέρῳ τῷ ἐκ νεκρῶν ἐγερθέντι, ἵνα καρποφορήσωμεν τῷ Θεῷ. » Εἰ νεκροὶ γεγόνατε, φησὶν, οὐκ ἐστὲ ὑπὸ νόμον. Εἰ γὰρ τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρὸς, οὐκ ἔστιν ὑπεύθυνος ἡ γυνὴ, πολλῷ μᾶλλον αὐτὴ τετελευτηκυῖα ἀπήλλακται τοῦ ζυγοῦ τοῦ νόμου. Ὅρα δὲ σοφίαν, πῶς δείκνυσιν αὐτὸν τὸν νόμον βουλόμενον τὸ ἀποστῆναι αὐτοῦ. Ἀπηλλάγητε οὖν καὶ ὑμεῖς τοῦ νόμου διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, τοῦ σταυρωθέντος ὑπὲρ ἡμῶν. Τὸ γὰρ σῶμα ἐκεῖνο [20] διὰ τοῦτο ἐθανατώθη, ἵνα ὑμεῖς ἀποθάνητε μὲν τῷ νόμῳ, γένησθε δὲ ὑπὸ ἕτερον τὸν ἀποθανόντα ὑπὲρ ἡμῶν, εἶτα καὶ ἐγερθέντα. Ὁ μὲν γὰρ νόμος ἀποθανὼν, οὐκέτι ζῇ· ὁ δὲ Χριστὸς θανὼν, ζῇ. Ὥστε οὐκ ἔχετε ἐξουσίαν τοῦ ζῶντος τούτου ἀποστῆναι. Καὶ τί τὸ κέρδος; « Ἵνα καρποφορήσωμεν τῷ Θεῷ, » τουτέστιν, Ἵνα ἐκ τῆς συζυγίας ταύτης τῆς πρὸς τὸν Χριστὸν, τεκνογονήσωμεν τῷ Θεῷ, πράξεις ἀγαθὰς δηλαδή.

« Ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν τῇ σαρκὶ, τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν τὰ διὰ τοῦ νόμου ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, εἰς τὸ καρποφορῆσαι τῷ θανάτῳ. » Δείκνυς, ὅτι ὁ νόμος οὐδὲν ἡμῖν συνετέλει [21] εἰς τὸ φυγεῖν τὰ σαρκικὰ πάθη, ἀλλὰ μόνον ἐδείκνυ ταῦτα, Ὅτε ἦμεν, φησὶν, ἐν τῷ σαρκικῷ βίῳ καὶ ταῖς πονηραῖς πράξεσι, τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν, τὰ διὰ τοῦ νόμου φανερούμενα καὶ γνωριζόμενα, ἐνηργεῖτο παρὰ τῆς ψυχῆς ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν. Οὐκ εἶπεν, ὅτι Τὰ μέλη [22] ἐνήργει τὴν πονηρίαν, ἵνα μὴ

Variæ lectiones.

[20] *Isc.* ἐκείνου o. [21] συντελεῖ o. [22] ἡμῶν.

Digitized by Google

δώσῃ χώραν κατηγορῆσαι τῆς σαρκός. Ἡ γὰρ ψυχὴ ἐστιν οἷόν τις κιθαριστής, τὰ δὲ μέλη κιθάρα. Κακῶς οὖν κρούοντος τοῦ κιθαριστοῦ, κακῶς ἦχεῖ ἡ κιθάρα. Ὑπὸ τὸν νόμον τοίνυν ὄντες, ἐπειδὴ [23] τὰ πάθη οὐκ ἐδυνάμεθα φυγεῖν, ἐτεκνογονοῦμεν τὰς πονηρὰς πράξεις τῷ θανάτῳ.

« Νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀποθανόντες ἐν ᾧ κατειχόμεθα, ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν καινότητι Πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος. » Οὐκ εἶπεν, ὅτι Κατηργήθη ὁ νόμος, ἵνα μὴ πλήξῃ τοὺς Ἰουδαίους, ἀλλὰ, « Κατηργήθημεν » ἡμεῖς « ἀπὸ τοῦ νόμου · » ὅ ἐστιν, Ἀπελύθημεν, ἠλευθερώθημεν, ἀποθανόντες, καὶ νεκροὶ, καὶ ἀκίνητοι γενόμενοι πρὸς ἐκεῖνο τὸ πρᾶγμα ἐν ᾧ κατειχόμεθα, ὅπερ ἦν ἡ ἁμαρτία · ἐν αὐτῇ γὰρ οἷόν τινι δεσμῷ κατειχόμεθα. Ἀπεθάνομεν δὲ πρὸς ταύτην, ἵνα δουλεύσωμεν, τῷ Θεῷ δηλαδὴ, « ἐν καινότητι πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος. » Πάλαι μὲν γὰρ δυσκατόρθωτος ἦν ἡ ἀρετὴ, ἅτε τοῦ Ἀδὰμ ἐν τῷ θνητῷ σώματι πολλὰ ἐλαττώματα φυσικὰ ἀναδεξαμένου · νῦν δὲ χάριτι Χριστοῦ ἐν τῷ βαπτίσματι, ἡ φύσις ἡμῶν ἐνεδυναμώθη διὰ τοῦ Πνεύματος, τοῦ καινοὺς καὶ νέους ἡμᾶς ποιήσαντος, καὶ ἀπαλλάξαντος τῆς παλαιότητος καὶ ἀσθενείας τοῦ γράμματος. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῷ νόμῳ μὲν σπάνιον ἦν ἡ παρθενία, νῦν δὲ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ χιλιάδες τῶν ἐν ταύτῃ [24] εὐθυνόντων · καὶ ἐν τῇ τοῦ θανάτου καταφρονήσει τὸ ὅμοιον.

« Τί οὖν ἐροῦμεν; Ὅτι ὁ νόμος ἁμαρτία; Μὴ γένοιτο ! Ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνων, εἰ μὴ διὰ νόμου. Τήν τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ᾔδειν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν · Οὐκ ἐπιθυμήσεις. » Πολλὰ εἰπὼν ἃ ἐδόκει διαβολὴν φέρειν τοῦ νόμου [25], οἷον τὸ, « Ἁμαρτία ὑμῶν οὐ κυριεύσει · οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν · » καὶ, « Νόμος δὲ παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα · » καὶ πρὸ μικροῦ, ὅτι « Τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν, τὰ διὰ τοῦ νόμου · » καὶ, « Παλαιότητα γράμματος · » θεραπεύει [26] τὴν ὑπόνοιαν ταύτην, οἷόν τινα ἀντίθεσιν εἰσάγων ὥσπερ συμβουλευτικῶς, καὶ λέγων · « Τί οὖν ἐροῦμεν » περὶ τοῦ νόμου; « Ὅτι ἁμαρτία; » Εἶτα λύων ταύτην, πρῶτον μὲν ἀπογορευτικῶς, ὡς εἰώθεν ἐπὶ τῶν σφόδρα ἀτόπων λέγειν · εἶτα καὶ λογισμοὺς προτιθείς · Ἁμαρτία μὲν οὐκ ἔστι, φησὶ, γνωριστικὸς δὲ τῆς ἁμαρτίας · οὐ γὰρ ᾔδειν τὴν ἐπιθυμίαν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν · « Οὐκ ἐπιθυμήσεις. » Καὶ πῶς λοιπὸν ὁ κατακλυσμὸς γέγονε; Πῶς τὰ Σόδομα ἐνεπρήσθη, εἰ μὴ καὶ πρὸ τοῦ νόμου ἐγινώσκετο κακὸν ἡ ἐπιθυμία; Ἐγινώσκετο μὲν, ἀλλ' οὐχ ἡ ἐπιτεταμένη ἐπιθυμία, οὐδὲ οὕτως ἀκριβῶς καὶ [27] μετὰ τῆς ἀπὸ τοῦ νόμου μαρτυρίας. Πρότερον μὲν γὰρ μόνῳ τῷ φυσικῷ νόμῳ διεγινώσκετο, ὕστερον δὲ διὰ τοῦ γραπτοῦ · ὃ καὶ μείζονος τιμωρίας πρόξενον · ἀλλ' οὐ παρὰ τὴν τοῦ νόμου διδασκαλίαν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν μὴ προσεχόντων ῥᾳθυμίαν · ὃ καὶ διὰ τῶν ἑξῆς δηλοῖ.

daret accusationi carnis. Anima enim est instar citharœdi, membra vero ut cithara. Male namque et inepte pulsante citharœdo, male resonat quoque cithara. Cum itaque sub lege essemus, nec possemus affectus effugere, progenerabamus prava opera morti.

Vers. 6. « Nunc autem soluti sumus a lege, mortui ei, in qua detinebamur, ut serviamus nos in novitate Spiritus, et non in vetustate litteræ. » Non dixit solutam esse legem, ne offenderet Judæos; sed « Nos soluti sumus a lege, » quod est, absoluti 47 sumus, liberati sumus, defuncti vita et mortui, et immobiles facti ad illam rem in qua detinebamur. Ea vero res peccatum erat : in ipso enim veluti vinculo quodam detinebamur. Mortui autem sumus erga istud, « Ut serviamus, » nempe Deo, « in novitate Spiritus, et non in vetustate litteræ. » Quondam enim virtus difficulter admodum perficiebatur, eo quod Adamus multas naturæ imminutiones in mortali suo corpore recepisset. Jam nunc vero per gratiam Christi in baptismate, natura nostra confortata est per Spiritum, qui nos novos facit et juvenes, ac liberavit a vetustate ac infirmitate litteræ. Propterea et in lege rarum quiddam erat virginitas, nunc autem in Ecclesia Christi multæ virginum chiliades recte agentium inveniuntur : necnon in contemptu mortis similiter.

Vers. 7. « Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognovi nisi per legem. Concupiscentiam enim nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. » Cum multa dixisset quæ videbantur legi calumniam afferre, quale est, « Peccatum vobis non dominabitur, non enim estis sub lege, sed sub gratia [r]; » et, « Lex subintravit, ut exuberaret delictum [s]; » et quod paulo ante dixit, « Affectus peccatorum, qui per legem; » et « Vetustatem litteræ : » suspicioni huic quamdam veluti objectionem quasi per consultationem introducens medetur, inquiens : « Quid igitur dicemus» de lege? « Peccatumne est? » Atque hanc oppositionem diluit primum inficiando, uti consuevit in vehementer absurdis dicere; posthac rationes etiam proponens, Peccatum quidem non est, inquit, sed enim index peccati : « Non enim noram cupiditatem, nisi lex diceret : Non concupisces. » At enim qua ratione inductum fuerit diluvium? Quomodo Sodoma incendio perierunt, si ante legem concupiscentia malum esse ignorabatur? Cognoscebatur quidem, sed non intensa et late patens concupiscentia, neque adeo exacte percipiebatur ac cum legis testimonio. Prius enim sola naturæ lege cognoscebatur, postea vero et scripta lege, quod et majus supplicium infert. Id vero non accidit ex institutione et doctrina legis, sed ex ignavia legis præceptis non auscultantium, perinde ac in sequentibus patefit.

[r] Rom. vi, 14. [s] Rom. v, 20.

Variæ lectiones.

[23] ἐπεὶ o. [24] ἐνταῦθα o. [25] *Isc.* τῷ νόμῳ. [26] νῦν θεραπεύει m. [27] *Isc.* ὡς καὶ.

Digitized by Google

VERS. 8. « Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum erat mortuum. » Non dixit quod lex operata sit concupiscentiam, sed peccatum (quod est secundum Chrysostomum, ignava et corrupta voluntas), sive diabolus (hunc enim nonnulli peccatum esse putaverunt), sive voluptatis studium, ac impetus ad deteriora legis institutione **48** in contrarium utebatur. Perinde enim ac si medicus quispiam febricitanti et frigidæ potionem intempestive expetenti implendæ cupiditatis copiam non præstans, ipsam augeat, non est accusandus; siquidem medici est prohibere, patientis autem non bibere : consimilem ad rationem lex quidem docebat ut hominem a concupiscentia abduceret : voluntas autem peccati amans, auxit concupiscentiam, et non unum, sed omnia cupiditatum genera admisit, intense quod malum est operans. Cum enim magis inhibetur quispiam, tunc magis furit. Tum itaque apparuit peccatum, quando lex erat transgressa. « Nam citra legem peccatum est mortuum, » hoc est, non reputatur esse. Porro, lege exsistente, et quid deceat præcipiente, vivit peccatum, id est, subsistit et peccatum esse apparet, peccantibus.

τους ἐνταῦθα καὶ μεγαλύνει, ἵνα, ὅπερ ἔφην, μὴ δόξῃ κατ' ἐμπάθειαν λέγειν. Ἡρέμα δὲ καὶ ἐπαινίττεται [*f.* ὑπαιν.], ὅτι ὁ μὲν Θεὸς ἠβούλετο αὐτοὺς σωθῆναι· καὶ δῆλον ἐξ ὧν υἱοθεσίας ἠξίωσε καὶ δόξης, καὶ ἐξ ὧν τοῖς πατράσιν ἐπηγγείλατο, καὶ τἄλλα πάντα [12] ἐξαίρετα αὐτοῖς ἔδωκε, καὶ τὸν Χριστὸν ἐξ αὐτῶν γεννηθῆναι εὐδόκησεν· αὐτοὶ δὲ τὴν εὐεργεσίαν ἀπεκρούσαντο. Διὸ καὶ ἐκπλαγεὶς τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, ἀναφέρει τῷ Μονογενεῖ τὴν εὐχαριστίαν, καί φησιν· « Ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητός. » Εἰ γὰρ καὶ ἕτεροι, φησὶ, βλασφημοῦσιν, ὡς οὐκ εὐλόγως γενομένης τῆς παραδοχῆς τῶν ἐθνῶν [13], ἀλλ' ἡμεῖς οἱ τὰ μυστήρια εἰδότες τοῦ Χριστοῦ, οἴδαμεν, ὅτι τοῦ δοξάζεσθαι ἔστιν ἄξιος. Καὶ ἐντεῦθεν δὲ καταισχύνεται Ἄρειος, ἅτε τοῦ Παύλου τὸν Χριστὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἀνακηρύττοντος.

A hic Judæos, eosque magni facit, ne videatur, uti dixi, ex affectu, vel perturbatione animi, vel odio loqui. Tacite autem innuit, quod Deus illos servare voluerit : quod inde satis colligitur, quia illos adoptione filiorum dignatus est et gloria, et quia patribus promissiones fecerit, aliaque omnia excellentia eis impertierit, Christumque adeo ex ipsis nasci voluerit, verum ipsi tanta beneficia repulerunt. Quocirca immensam Dei dilectionem demiratus, Unigenito gratiarum actionem refert, inquiens : « Qui est super omnia Deus benedictus. » Etsi enim alii convicientur, inquit, non commode factam assumptionem gentium, nos tamen Christi mysteria habentes explorata, scimus quod ipse dignus sit gloria et præconio. Hic vero Arium pudefieri necesse

B est, Paulo nempe Christum super omnia Deum proclamante.

« Οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ. » Ἐγὼ μέν, φησὶ, διακαίομαι, ὅτι βλασφημεῖται ὁ Θεὸς, καὶ ἤθελον διὰ τοῦτο ἵνα πάντες σωθῶσι· πλὴν εἰ καὶ μὴ πάντες σώζονται, οὐ παρὰ τοῦτο ἐψεύσατο ὁ Θεὸς, ἐφ' οἷς ἐπηγγείλατο τοῖς πατράσιν, οὐδὲ διαπέπτωκεν ὁ λόγος αὐτοῦ. Ὃ γὰρ ἐπηγγείλατο, καὶ ἐποίησε· κἂν οἱ βλασφημοῦντες λέγωσιν, ὅτι ἄλλοις ἐπηγγείλατο, καὶ ἄλλοις ἔδωκεν. Ἄκουε γὰρ τῶν ἑξῆς·

Vers. 6. « Non autem quod exciderit verbum Dei. » Ego, inquit, uror et affligor, quod Deus blasphematur, ac eapropter optavi omnes salvos fieri. Verum si non omnes serventur, eam ob rem non est mentitus Deus in iis quæ promisit patribus, neque excidit verbum ejus. Quod enim promisit, hoc etiam præstitit : etiamsi maledici dicant, quod aliis promiserit, aliis vero dederit. Audi enim sequentia.

« Οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραήλ· οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραάμ, πάντες τέκνα. » Ὃ ἐπηγγείλατο, φησὶν, ὁ Θεὸς, τοῦτο καὶ ἐποίησεν. Εἶπε γὰρ, ὅτι « Σοὶ καὶ τῷ σπέρματί σου δώσω. » Ἴδωμεν οὖν, ποῖόν ἐστι τὸ σπέρμα. Οὐ γὰρ πάντες

Vers. 6. « Non enim omnes qui ex Israel, hi Israelitæ : neque quia sunt semen Abrahami, propterea omnes filii. » Quod promiserat, inquit, Deus, hoc etiam præstitit. Dixit enim [c] : « Tibi et

C semini tuo dabo. » Videamus igitur quale sit semen. Non enim omnes qui ex Abrahamo, illi simpliciter sunt semen ; neque qui ex Israel, sunt Israelitæ : verum qui secundum Isaacum nati sunt, quique Israelis virtute conspicui, per quam Deum conspexit. Non enim dixit, Qui ex Jacob, sed, « Qui ex Israel, » honoratioris nominis mentionem faciens. Ubi igitur didiceris qui secundum Isaac nascantur, inveniens vacantem mendacio promissionem : istis enim promissa sunt exhibita. Quare Deus haudquaquam maledictis incessendus : quod enim dixit, id opere pariter complevit, etiamsi nonnulli haud intelligant.

οἱ ἐξ Ἀβραάμ, ἁπλῶς οὗτοι σπέρμα· οὐδὲ οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραηλῖται· ἀλλ' οἱ κατὰ τὸν Ἰσαὰκ γεννηθέντες, καὶ οἱ τῆς τοῦ Ἰσραὴλ ἀρετῆς ἄξιοι, δι' ἧς Θεὸν εἶδεν. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι Οἱ ἐξ Ἰακὼβ, ἀλλ', « Οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, » τοῦ τιμίου ὀνόματος μνημονεύσας. Ἐὰν οὖν μάθῃς, τίνες κατὰ τὸν Ἰσαὰκ γεννῶνται, τότε εὑρήσεις ἀδιάψευστον τὴν ἐπαγγελίαν· τούτοις γὰρ ἐδόθη [14] τὰ ἐπαγγελθέντα. Ὥστε οὐ βλασφημεῖσθαί ἐστιν ἄξιος ὁ Θεός. Ὃ γὰρ εἶπεν ἐποίησε, κἂν τινες οὐ νοῶσιν.

« Ἀλλ' ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα, τουτέστιν, οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς, ταῦτα τέκνα τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας; λογίζεται εἰς σπέρμα. Ἐπαγγελίας γὰρ ὁ λόγος οὗτος· Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι, καὶ ἔσται τῇ Σάρρᾳ υἱός. » Οὐκ ἐγὼ, φησὶν, ἑρμηνεύω [15] σοι, τί ἐστι τὸ ἀληθὲς; [16] σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ, ἀλλ' ἡ Παλαιὰ, εἰποῦσα· « Ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα. » Ὥστε ὅσοι κατὰ τὸν Ἰσαὰκ ἐτέχθησαν, τουτέστιν, ἐξ ἐπαγγελίας, οὗτοί εἰσιν ἀληθῶς τέκνα Ἀβραάμ, μᾶλλον δὲ τοῦ Θεοῦ. Τὸ γὰρ πᾶν τοῦ θείου λόγου ἐγένετο. Οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ ὁ Ἰσαὰκ νόμῳ καὶ δυνάμει φύσεως ἐγεννήθη,

Vers. 8, 9. « Sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, non qui filii carnis, hi filii Dei ; sed qui filii

D sunt promissionis æstimantur in semine. Promissionis enim verbum hoc est : Secundum hoc tempus veniam, et erit Saræ filius [d]. » Non ego, inquit, tibi interpretor quid sit revera semen Abrahami, sed Veteris Testamenti Scriptura, quæ dicit, « In Isaac vocabitur tibi semen [e]. » Quocirca quotquot secundum Isaac nati sunt, hoc est ex promissione, illi sunt revera filii Abraham, imo vero Dei. Verbum enim divinum omnino impletum erat. Non enim Isaac lege potentiaque naturæ natus est, verum se-

[c] Gen. XIII, 15. [d] Gen. XVIII, 10 [e] Gen. XI, 12.

Variæ lectiones.

[12] τὰ ο. [13] ἐθνικῶν ο. [14] ἐζόθησαν ο. [15] ἑρμηνεύσω τί ο. [16] ἀληθῶς ο.

Digitized by Google

cundum potentiam promissionis : nam ; « Secundum hoc tempus veniam, inquit, et erit Saræ filius. » Verbum itaque Dei finxit Isaac, et genuit. Consimili sane ratione super nos filios Dei in lavacro baptismatis, veluti in matrice, verba divina pronuntiantur, eaque nos refingunt : siquidem in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, baptizati generamur. Ac perinde ut illic Isaaci generationem promiserat, quam postea implevit, sic et nostram regenerationem promisit per prophetas, et postea perfecit. Quare illud, « In Isaac vocabitur tibi semen, » sic accipiendum est : Illi sunt semen Abrahami, qui Isaaci nativitatis ad instar sunt geniti, hoc est per verbum divinum. Non igitur excidit sermo Dei, sed vero semini, hoc est fidelibus ex gentibus, qui facti sunt filii Dei sicut et Isaac, quatenus et hi ex promissione, dedit quæ promisit. Sin autem Judæi dicant quod istud, « In Isaac vocabitur tibi semen, » hoc significat, nempe, quod ii qui Isaac prognati erant, semen Abrahæ reputentur, oporteret et Idumæos et omnes ab ipso oriundos semen Abrahæ appellari. Siquidem ipsorum progenitor Esau filius erat Isaac. Atqui jam non solum non vocantur Abrahami filii, verum etiam valde sunt abalienati, alienigenique dicuntur.

69 VERS. 10. « Non solum autem, sed Rebecca etiam ex uno conceperat, Isaac patre nostro. » Monstravit quod cum multi et varii Abrahamo essent filii, Isaac vocatus sit semen : itaque et ii, qui simili qua ipse nascuntur ratione. Jam vero ait : Non in Isaac tantum hoc videre queas, sed quod majus est, in fratribus etiam ex eodem patre et matre, iisque geminis propagatis, Esau nimirum et Jacob. Neque enim illi eadem sunt consecuti, sed alter quidem electus, alter vero odio est habitus. Quare ne quæras cur gentes elegerit, easque semen Abrahæ, imo divinum fecerit, Hebræos autem repulerit.

VERS. 11-13. « Cum enim nondum nati essent, aut aliquid boni egissent, aut mali (ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante), dictum est ei : Major serviet minori : sicut scriptum est : Jacob dilexi, Esau autem odio habui [1]. » Necessum fuerit hic nos præmittere, atque summatim explicare sensum eorum quæ prolixe dicturus est Apostolus. Quia enim non pauci dicebant, Eccur Deus gentes Hebræis prætulit (nec enim quisquam dixerit istud virtutis ergo contigisse : omnes enim peccaverunt) ? colligit Apostolus multa ambigua nostro quidem ingenio incomprehensibilia, soli autem Deo comprehensibilia : statuitque primum ante conspectum, quod inter illos duos fratres didymos, alter quidem qui electus est, non sit propter virtutem electus : alter vero qui

[1] Gen. xxv, 23.

ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ἐπαγγελίας· « Κατὰ τὸν καιρὸν γὰρ τοῦτον ἐλεύσομαι, καὶ ἔσται τῇ Σάρρᾳ υἱός. » Τὸ οὖν ῥῆμα τοῦ Θεοῦ διέπλασε τὸν Ἰσαὰκ καὶ ἐγέννησεν [27]. Οὕτω δὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ, ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ, ὡς ἐν μήτρᾳ [28], ῥήματα θεῖα ἐπιλέγονται, κἀκεῖνα ἡμᾶς ἀναπλάττουσιν. Εἰς ὄνομα γὰρ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος βαπτιζόμενοι γεννώμεθα. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖ ἐπηγγείλατο τὴν τοῦ Ἰσαὰκ γέννησιν, εἶθ' ὕστερον ἐπλήρωσεν· οὕτω καὶ τὴν ἡμετέραν ἐπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν, καὶ μετὰ ταῦτα ἐτελείωσεν· ὥστε τὸ, « Ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα, » οὕτω νοεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ, Ἐκεῖνοί εἰσι σπέρμα Ἀβραὰμ, οἱ κατὰ τὸν τρόπον τῆς τοῦ Ἰσαὰκ γεννήσεως γεννηθέντες, τουτέστι, διὰ λόγου θείου. Οὐκ ἄρα διαπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τῷ ἀληθινῷ σπέρματι, τουτέστι, τοῖς ἐξ ἐθνῶν πιστοῖς, τοῖς γενομένοις τέκνοις Θεοῦ, ὡς καὶ ὁ Ἰσαὰκ, καθὸ καὶ οὗτοι ἐξ ἐπαγγελίας, δέδωκεν ἃ ὑπέσχετο. Εἰ δὲ λέγοιεν οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι τὸ, « Ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα, » τοῦτο δηλοῖ, τὸ τοὺς ἐξ Ἰσαὰκ γεννωμένους λογίζεσθαι τῷ Ἀβραὰμ εἰς σπέρμα· ἔδει καὶ τοὺς Ἰδουμαίους, καὶ πάντας ἐκείνους [29], σπέρμα Ἀβραὰμ χρηματίζειν. Ὁ γὰρ [30] πρόγονος αὐτῶν Ἡσαῦ, υἱὸς ἦν τοῦ Ἰσαάκ. Νῦν δὲ οὐ μόνον οὐ χρηματίζουσιν υἱοὶ τοῦ Ἀβραὰμ, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἠλλοτρίωνται, καὶ ἀλλόφυλοι ὀνομάζονται.

« Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ Ῥεβέκκα, ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα, τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰσαάκ. » Ἔδειξεν ὅτι πολλῶν καὶ διαφόρων ὄντων τέκνων τῷ Ἀβραὰμ, ὁ Ἰσαὰκ ἐκλήθη σπέρμα· ὥστε καὶ οἱ ὁμοίως αὐτῷ τικτόμενοι· καὶ νῦν οὖν φησιν, ὅτι Οὐ μόνον δὲ ἐπὶ τοῦ Ἰσαὰκ τοῦτο ἴδοις, ἀλλὰ τὸ μεῖζον, καὶ ἐπὶ ἀδελφῶν ὁμοπατρίων καὶ ὁμομητρίων καὶ διδύμων, τοῦ τε Ἡσαῦ καὶ τοῦ Ἰακώβ. Οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ οὕτοι τῶν αὐτῶν ἀπήλαυσαν, ἀλλ' ὁ μὲν ἐξελέγη, ὁ δὲ ἐμισήθη. Ὥστε μὴ ἀπαίτει λόγους, τίνος ἕνεκα τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἐξελέξατο, καὶ σπέρμα Ἀβραὰμ, μᾶλλον δὲ θεῖον, ἐποίησε· τοὺς δὲ Ἑβραίους ἀπώσατο.

« Μήπω γὰρ γεννηθέντων, μηδὲ πραξάντων ἀγαθόν τι ἢ κακὸν, ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν πρόθεσις τοῦ Θεοῦ μένῃ, οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐκ τοῦ καλοῦντος, ἐῤῥήθη αὐτῇ, ὅτι Ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι· καθὼς γέγραπται· Τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἡσαῦ ἐμίσησα. » Ἀναγκαῖόν ἐστι προειπεῖν ἡμᾶς τὸν νοῦν τῶν μελλόντων ῥηθῆναι διὰ μακροῦ παρὰ τοῦ Ἀποστόλου. Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον οἱ πολλοί· Τίνος ἕνεκα τὰ ἔθνη προετιμήθησαν [31] τῶν Ἑβραίων (οὐ γὰρ ἂν εἴποι τις, ὅτι δι' ἀρετήν· πάντες γὰρ ἥμαρτον); συνάγει ὁ Ἀπόστολος πολλὰ ἄπορα, ἡμῖν μὲν ἀκατάληπτα, μόνῳ δὲ Θεῷ καταληπτά· καὶ δείκνυσι πρῶτον τοὺς δύο διδύμους ἀδελφοὺς, ὅτι οὐ δι' ἀρετὴν ὁ ἐκλεγεὶς ἐξελέγη, οὐδὲ διὰ κακίαν ὁ μισηθεὶς ἐμισήθη (οὐ γὰρ ἐπράξαντο ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἔτι ἐν τῇ νηδύϊ τῆς μητρὸς ὄντες)· ἀλλὰ τῇ θείᾳ προθέσει,

Variæ lectiones.

[27] ἐγεννήθη o. [28] ὡς ἐν μήτρᾳ, τῇ κολυμβήθρᾳ o. [29] *Chrysost.* πάντας τοὺς ἀπ' ἐκείνου. [30] δὲ o. [31] προετίμησε m.

Digitized by Google

τουτέστι, τῇ προγνώσει, ὁ μὲν ἐξελέγη καὶ ἠγαπήθη, ὁ δὲ ἐμισήθη· καθὼς καὶ ὁ προφήτης λέγει, ὅτι Τὸν μὲν ἠγάπησα, τὸν δὲ ἐμίσησα· ἵνα τὸ πᾶν ᾖ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς αὐτοῦ προθέσεως [32] καὶ προγνώσεως. Καὶ τί λέγω τούτους; ἀλλὰ καὶ οἱ Ἰσραηλῖται πάντες ἐμοσχοποίησαν, καὶ οἱ μὲν ἐκολάσθησαν, οἱ δὲ οὔ. Καὶ ὁ Φαραὼ σκληρὸς μὲν ἦν ἀληθῶς· ἀλλὰ πολλοὶ καὶ ἄλλοι. Πῶς οὖν μόνος κολάζεται; Ὁρᾷς ὅτι ταῦτα μὲν ἀκατάληπτα ἀνθρώποις, μόνῳ δὲ Θεῷ καταληπτά; Οὕτως οὖν καὶ ἡ τῶν ἐθνῶν ἐκλογή, καὶ τῶν Ἑβραίων ἀποβολή, ἡμῖν μὲν παράλογος δοκεῖ, τῷ δὲ Θεῷ δικαιοτάτη. Οὗτός ἐστιν ὁ νοῦς παντὸς τοῦ χωρίου.

A odio est habitus, ob vitia non sit rejectus (non enim egerunt quidquam boni aut mali, cum adhuc in utero essent), verum divino proposito, hoc est præscientia, alter quidem est electus et dilectus, alter vero odio habitus, itidem ut propheta testatur [k]: « Alterum quidem dilexi, alterum vero odi, » ut totum sit Dei atque propositi ipsius et præscientiæ. Et quid hos dico? Imo Israelitæ omnes vitulum conflarunt, et alii quidem puniti sint, alii vero non item. Præterea Pharao revera durus erat, atque itidem alii multi. Quare igitur solus ille punitur? Viden' hæc hominibus esse incomprehensibilia, soli autem Deo perceptibilia? Hanc ad rationem gentium electio, Judæorumque rejectio, nobis quidem præter rationem et absurda videtur, Deo autem est justissima. Hæc est sententia totius in quo nunc versatur loci.

« Τί οὖν ἐροῦμεν; Μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; Μὴ γένοιτο! » Οὐκοῦν οὐδὲ ἐφ' ἡμῶν τῶν ἐθνικῶν καὶ τῶν Ἰουδαίων ἄδικος ὁ Θεός.

B Vers. 14. « Quid igitur dicemus? Nunquid injustitia est apud Deum? Absit. » Itaque neque in nos ethnicos, neque in Judæos injustus est Deus.

« Τῷ γὰρ Μωσῇ λέγει· Ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω. » Ἐπισυνάπτει, ὡς καὶ ἀνωτέρω εἴρηται, καὶ ἕτερον ἐκ τῆς Παλαιᾶς, δεικνύων, ὅτι ὁ Θεὸς μόνος οἶδε τοὺς ἀξίους ἢ τιμῆς, ἢ κολάσεως. Καίτοι γὰρ πάντων ἐπίσης ἁμαρτανόντων [33], ὅτε ἐμοσχοποίησαν· ὅμως ὁ Θεὸς τοὺς μὲν ἐλεεῖ, τοὺς δὲ παραδίδωσι τοῖς Λευίταις εἰς σφαγήν. Καὶ οὐδὲ Μωσῆς οἶδε τὴν αἰτίαν, ὁ τοσοῦτος· καὶ σὺ αἰτίας ἀπαιτεῖς, τίνος ἕνεκα οἱ ἐθνικοὶ προετιμήθησαν, καὶ ταῦτα ἁμαρτωλοὶ ὄντες; Καίτοι [34] ἠδύνατο ὁ Παῦλος εἰπεῖν τὴν αἰτίαν, ἣν ἀλλαχοῦ εἶπεν, ὅτι Οἱ μὲν Ἰσραηλῖται ἐξ ἔργων ἐνόμισαν δικαιοῦσθαι· οὗτοι δὲ, ἐκ πίστεως καὶ χάριτος· ἀλλ' οὐ λέγει νῦν, ἐκ περιουσίας ἐπιστομίζων τοὺς περιέργους, καὶ πείθων μηδὲν τῶν τοῦ Θεοῦ λογοπραγεῖν.

Vers. 15. « Moysi enim dicit: Miserebor cujuscunque misertus fuero: et commiserabor quemcunque commiseratus fuero. » Adjungit, ut et supra dictum est, et alium locum ex Veteri Testamento ostendens, 70 quod solus Deus norit qui sint digni vel honore, vel pœna (1). Nam quamvis omnes ex æquo peccassent, cum vitulum finxerunt, Deus tamen aliorum quidem miseretur, alios vero tradit Levitis ut interficerentur. Neque Moses tantus apud Deum, rationem novit: et tu causam postulas cur gentes Judæis sint prælatæ, cum tamen peccatis infectæ essent? Atqui Paulus potuit rationem dicere, C quam et alio in loco reddidit, quoniam Israelitæ ex operibus existimarunt se justificari: istæ vero ex fide, et gratia: verum id jam nunc non dicit, abunde curiosis ora obstruens, ac suadens ut nihili eorum quæ ad Deum spectant rationem exigant.

« Ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ. » Ἤθελε μὲν εὐλογῆσαι Ἰσαὰκ τὸν Ἡσαῦ· ἔτρεχε δὲ Ἡσαῦ εἰς τὸ πεδίον, ὡς ἂν θηρεύσας θήραν εὐλογηθῇ. Ὁ δὲ Θεὸς [35] τὸν Ἰακὼβ κρίσει δικαίᾳ, ὡς ἄξιον πάντως, τῆς εὐλογίας τυχεῖν ἐποίησε. Δοκεῖ δὲ ἐνταῦθα τὸ αὐτεξούσιον ἀναιρεῖν ὁ Ἀπόστολος· οὐκ ἔστι δέ· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τῆς οἰκίας λέγομεν, ὅτι Τὸ πᾶν τοῦ τεχνίτου ἐστὶ, καίτοι δεῖται καὶ ὕλης, καὶ τῶν συνεργησόντων αὐτῷ· ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ τὸ τέλος ἐκείνου ἐστὶ, λέγομεν, ὅτι τὸ πᾶν ἐκείνου ἐστίν· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ λέγομεν, ὅτι Τὸ πᾶν τοῦ Θεοῦ ἐστι [36], καίτοι τῆς ἡμετέρας προθυμίας δεῖται ὁ Θεός· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκεῖνος τελειοῖ, καὶ ἐκεῖνος στεφανοῖ, καὶ ἐκεῖνος κατακρίνει, λέγομεν, ὅτι Τὸ πᾶν τοῦ Θεοῦ ἐστιν.

Vers. 16. « Igitur non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei. » Voluit quidem Isaac benedicere Esau, currebat autem Esau in campum, ut venatu capta fera, benedictionem a patre reportaret. Sed Deus justo judicio Jacobum, ceu prorsus dignum, benedictionem consequi fecit. Videtur autem hic liberum arbitrium tollere Apostolus, at istud non agit: sed quemadmodum de domo dicimus, Totum est artificis, cum interim opus habeat materiæ, et D cooperatoribus ipsum adjuvantibus: attamen quia rei consummatio ab illo pendet, dicimus Totum hoc illius est: ita etiam de Deo dicimus, quod totum Dei sit, quamvis et nostra voluntate indigeat Deus. Sed quoniam ille consummat et perficit, et ille coronat, et ille condemnat, dicimus, quod totum Dei sit.

« Λέγει γὰρ ἡ Γραφὴ τῷ Φαραώ, ὅτι Εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύ-

Vers. 17. « Dicit enim Scriptura Pharaoni: In hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem

[k] Malach. I, 2. [l] Exod. XXXIII, 19.

Variæ lectiones.

[32] γνώσεως o. [33] ἁμαρτόντων ὅτι o. [34] καὶ μέντοι o. [35] ἀλλ' ὁ Θεὸς o. [36] ἐκείνου o.

(1) Non hoc agit Apostolus ut ostendat Deum solum id nosse; sed Dei miserentis, non hominis volentis aut currentis esse ad salutem pervenire. Latinus Latinius.

Digitized by Google

meam et ut annuntietur nomen meum in universa terra. » Quemadmodum, inquit, eorum qui vitulum finxerant, alii quidem servati erant, alii vero supplicio affecti, solo Deo cognoscente, quinam digni essent ut aut servarentur, aut punirentur : sic et solus Pharao, cum plerique alii et impii et scelerati essent, iram Dei expertus est. « Propter hoc ipsum » enim, inquit, « o Pharao, excitavi te, » id est, in medium protuli, ut per te appareat potentia mea, coerceanturque multi, nomine meo ceu justo et potenti prædicato in universa terra.

A ναμίν μου, καὶ ὅπως διαγγελῇ [37] τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ. » Ὥσπερ ἐπὶ τῶν μοσχοποιησάντων, φησὶν, οἱ μὲν ἐσώθησαν, οἱ δὲ ἐκολάσθησαν, τῷ Θεοῦ μόνου εἰδότος τοὺς ἀξίους ἢ σωτηρίας, ἢ κολάσεως· οὕτω καὶ ὁ Φαραὼ μόνος, καίτοι πολλῶν καὶ ἄλλων γενομένων πονηρῶν, ἀπήλαυσε τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ. Διά τοῦτο γὰρ αὐτὸ ἐξήγειρά σε, φησὶν, ὦ Φαραὼ, τουτέστιν, εἰς τὸ μέσον ἤγαγον, ἵνα διὰ σοῦ φανῇ ἡ δύναμίς μου, καὶ συσταλῶσι πολλοὶ, διαγγελθέντος τοῦ ὀνόματός μου, ὡς δικαίου καὶ δυνατοῦ, ἐν πάσῃ τῇ γῇ.

Vers. 18. « Ergo cujus vult miseretur, et quem vult indurat. » Infert conclusionem, ac demonstrat, quod non oporteat rationem exigere a Deo. « Cujus enim vult miseretur . » perinde atque in Israelitis, qui vitulum finxerant. « Et quem vult indurat, » ut Pharaonem. Quid autem est, « Indurat? » videtur enim absurdum esse. Quemadmodum sol lutum indurat, sic Deus luteum Pharaonis cor dicitur indurasse. Quanam ratione? Per longanimitatem. Longanimem enim sese illi exhibens, duriorem ipsum faciebat : perinde ac si quis 71 servum habeat sceleratum, quo se humaniorem illi ostenderit, hoc eum reddit nequiorem : non quod ipse perversitatem nequitiamve eum doceat, sed quod domini longanimitate iste ad perversitatis suæ incrementum abutatur, quippe qui eam contemnat.

« Ἀρα οὖν ὃν θέλει ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει. » Ἐπάγει τὸ συμπέρασμα, καὶ ἀποφαίνεται, ὅτι οὐ δεῖ εὐθύνας ἀπαιτεῖν τὸν Θεόν. « Ὃν γὰρ θέλει ἐλεεῖ, » ὡς ἐπὶ τῶν μοσχοποιησάντων Ἰσραηλιτῶν· ὃν δὲ θέλει B σκληρύνει, ὡς τὸν Φαραώ. Τί δέ ἐστι τὸ, « Σκληρύνει; » Φαίνεται γὰρ ἄτοπον. Ὥσπερ ὁ ἥλιος τὸν πηλὸν σκληρύνει, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τὴν πηλίνην καρδίαν τοῦ Φαραὼ λέγεται σκληρύνειν. Πῶς; Τῇ μακροθυμίᾳ· μακροθυμῶν γὰρ ἐπ' αὐτῷ, σκληρότερον αὐτὸν εἰργάζετο· ὥσπερ εἴ τις ἔχει δοῦλον πονηρὸν, εἶτα φιλανθρώπως αὐτῷ χρᾶται, πονηρότερον αὐτὸν ἐργάζεται· οὐχ ὡς αὐτὸς τὴν πονηρίαν αὐτὸν διδάσκων, ἀλλ' ὡς ἐκείνου τῇ μακροθυμίᾳ εἰς τὴν τῆς πονηρίας αὔξησιν χρωμένου, οἷα δὴ καταφρονοῦντος ταύτης.

Vers. 19. « Dices igitur mihi, Quid adhuc queritur? Voluntati enim ejus quis resistat? » Conatur per omnia, quod sæpenumero dixi, commonstrare, quod soli Deo sint cognitæ suæ rerum dispensationes, atque judicia hæc. Hinc undique haud pauca ambigua colligit, quorum nullam dilutionem affert, ut ad angustiam redacto auditore, persuadeat ei hæc esse incomprehensibilia, adeoque humani ingenii captum excedere. Quod igitur hic dicit, est hujusmodi : Objectionem adducit, adeoque dubitationem : Si quem velit induret, quid adhuc de peccante conqueritur? Voluntati namque ejus quis poterit resistere? Voluit etenim, et induravit, meritoque impegit induratus; cur ergo de illo queritur et punit? Hæc sane objectio producta est, uti ostendat hujusmodi dubia soli Deo perceptibilia. Unde nec ipse hanc diluit, sed dubitanti os obstruit, dicens :

« Ἐρεῖς οὖν μοι· Τί ἔτι μέμφεται, τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε; » Σπουδάζει διὰ πάντων, ὅπερ πολλάκις εἶπον, δεῖξαι, ὅτι τῷ Θεῷ μόνῳ C γινώσκονται αἱ οἰκονομίαι καὶ τὰ κρίματα ταῦτα· διὸ καὶ πάντοθεν συνάγει ἄπορα πολλὰ, καὶ οὐκ ἐπάγει τὰς λύσεις, ἵνα στενοχωρήσας τὸν ἀκροατὴν, πείσῃ ὅτι ἀκατάληπτα, καὶ ἀκατανόητα ταῦτά ἐστιν. Ὅπερ οὖν λέγει ἐνταῦθα, τοιοῦτόν ἐστιν. Ἀντίθεσιν εἰσάγει τοίνυν καὶ ἀπορίαν, ὅτι Ἐὰν ὃν θέλει σκληρύνῃ, τί ἔτι μέμφεται τῷ πταίοντι; Τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ, τίς ἠδύνατο ἀντιστῆναι; Ἠθέλησε, καὶ ἐσκλήρυνε, καὶ εἰκότως ἔπταισεν ὁ σκληρυνθείς· πῶς οὖν αὐτῷ μέμφεται, καὶ κολάζει; Αὕτη μὲν ἡ ἀντίθεσις εἰσαχθεῖσα, διὰ τὸ δεῖξαι ἄπορα ταῦτα [38] καὶ Θεῷ μόνῳ καταληπτά· διὸ οὐδὲ αὐτὸς λύει ταύτην [39], ἀλλ' ἐπιστομίζει τὸν ἀποροῦντα λέγων·

Vers. 20. « Atqui, o homo, tu quis es qui ex adverso respondeas Deo? » Viden' quomodo cohibeat importunam curiositatem, frenumque imponat, erudiens nos ut discamus quid Deus sit, et quid homo. Tu quis es? Nunquid imperium cum eo partiris? Num judex es eorum quæ ipsum oporteat facere aut non facere? Nam explorare quid sic deceat, vel non deceat, est ejus qui ex adverso respondeat opponaturque Deo. Verum haudquaquam ita faciendum, sed obtemperandum est iis quæ Deus fecerit, quomodocunque etiam sese habuerint.

D « Μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; » Ὁρᾷς, πῶς ἀναστέλλει τὴν ἄκαιρον περιεργίαν, καὶ χαλινὸν ἐπιτίθησι, παιδεύων εἰδέναι, τί μὲν Θεὸς, τί δὲ ἄνθρωπος. Σὺ τίς εἶ; συμμεριστὴς αὐτῷ τῆς ἀρχῆς; δικαστὴς αὐτῷ ὧν δεῖ ποιεῖν [40], ἢ μή; Τὸ γὰρ ἐξετάζειν, ὅτι οὕτως ἔπρεπε, καὶ οὐχ οὕτως ἔπρεπεν, ἀνταποκρινομένου ἐστὶ, καὶ ἀντικαθισταμένου [41] τῷ Θεῷ. Οὐ χρὴ δὲ οὕτω ποιεῖν, ἀλλὰ πείθεσθαι τοῖς γινομένοις, ὅπως ἂν γίνωνται.

Variæ lectiones.

[37] διαγγελθῇ o. [38] τὰ τοιαῦτα o. [39] ταῦτα o. [40] εἰπεῖν o. [41] ἀνθεστηκότος m.

Digitized by Google

« Μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι· Τί με ἐποίησας [51] οὕτως; Ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι, ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν; » Τῷ ὑποδείγματι τούτῳ ἐχρήσατο ὁ Παῦλος, οὐχ ἵνα ἀνέλῃ τὸ αὐτεξούσιον ἡμῶν, οὐδ' ἵνα ἀργοὺς ὄντας καὶ ἀκινήτους ἡμᾶς δείξῃ· ἀλλὰ διδάσκων, πῶς δεῖ πείθεσθαι Θεῷ, καὶ ἐπιτεταμένην σιγὴν καὶ ὑπακοὴν ἐπιδείκνυσθαι. Καθάπερ γὰρ, φησὶν, ὁ κεραμεὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος, ἃ βούλεται ποιεῖ, καὶ οὐδὲν ἀντιλέγει αὐτῷ τῶν σκευῶν· οὕτω καὶ τοῦτον, ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, τοὺς μὲν κολάζοντα, τοὺς δὲ τιμῶντα, μὴ περιεργάζου, ἀλλὰ προσκύνει μόνον, καὶ μιμοῦ τὸν πηλόν· καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος ἕπεται τῇ χειρὶ τοῦ κεραμέως, οὕτω καὶ σὺ τῇ γνώμῃ τοῦ οἰκονομοῦντος. Ἴσθι δὲ, ὁ ἀναγινώσκων, ὅτι ὥσπερ ἐπὶ τῶν σκευῶν, οὐχὶ τὸ φύραμα ποιεῖ τὰ μὲν ἔντιμα, τὰ δὲ ἄτιμα (ἓν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ), ἀλλ' ἡ χρῆσις τῶν μεταχειριζομένων· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, οὐχ ἡ φύσις τοὺς μὲν ποιεῖ κολάσεως ἀξίους, τοὺς δὲ στεφάνων (μία γάρ ἐστιν), ἀλλ' ἡ προαίρεσις.

A

B

« Εἰ δὲ θέλων ὁ Θεὸς ἐνδείξασθαι τὴν ὀργὴν, καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ, ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν· καὶ ἵνα γνωρίσῃ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ ἐπὶ σκεύη ἐλέους, ἃ προητοίμασεν εἰς δόξαν [52]· οὓς καὶ ἐκάλεσεν ἡμᾶς, οὐ μόνον ἐξ Ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐθνῶν. » Ἐπιστομίσας τοὺς πολυπραγμονεῖν ἐπιχειροῦντας, νῦν ἐπάγει τὴν λύσιν· ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Σκεῦος ὀργῆς ἦν ὁ Φαραὼ, τουτέστιν, ἄνθρωπος ἐξάπτων τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς οἰκείας σκληρότητος. Τοῦτον ἤνεγκεν ὁ Θεὸς, τουτέστιν, ὑπέμεινεν, ἠνέσχετο· πολλῆς γὰρ μακροθυμίας αὐτὸν ἠξίωσεν. Ἀλλ' ἐκεῖνος τῇ μακροθυμίᾳ ταύτῃ εἰς σκληρότητα κατεχρήσατο, καὶ γέγονε σκεῦος ὀργῆς δεκτικὸν, κατηρτισμένον εἰς ἀπώλειαν, τουτέστιν, ἀπηρτισμένον παρ' ἑαυτοῦ καὶ οἰκοθεν. Οὐδὲ γὰρ ἐνέλειπέ τι τῶν ἀπολλύντων αὐτὸν, ἀλλὰ πάντα ἀπήρτισεν [53], ὅσα πρὸς ἀπώλειαν αὐτὸν ἔφερον. Ἢ τὸ, « Ἤνεγκεν, » ἀντὶ τοῦ, εἰς μέσον ἤγαγεν, ὡς ἂν, ἐπεὶ μὴ ἐβελτιώθη διὰ τῆς μακροθυμίας, τιμωρήσηται αὐτὸν, καὶ δείξῃ τὴν οἰκείαν δύναμιν πρὸς τὸ ἑτέρους βελτιῶσαι· ὥσπερ οὖν τοῦτον, σκεῦος ὀργῆς γινόμενον [ſ. γεν.] ἐκ τῆς οἰκείας προαιρέσεως, κολάσας, ἔδειξε τὴν οἰκείαν δύναμιν· οὕτω τοὺς ἐξ ἐθνῶν πολλὰ ἡμαρτηκότας ἐλεήσας, διότι ἀξίους ἐλέους ἑαυτοὺς ἐποίησαν [54], ἐγνώρισε « τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ. » Οὐκ εἶπε δὲ, Τῆς φιλανθρωπίας, ἀλλὰ, « Τῆς δόξης· » τοῦτο γὰρ τελεία δόξα Θεοῦ, τὸ ἐλεεῖν. Τὸ δὲ, « Ἃ προητοίμασεν, » ἀντὶ τοῦ, Ἃ προέγνω. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι πάντας τοὺς ἐθνικοὺς ἔσωσεν, ἀλλ', « Ἐξ ἐθνῶν, » δηλαδὴ τινάς. Ὥστε

C

D

Vers. 20, 21. « Nunquid dicet figmentum ei qui se finxit, Ecquid me sic finxisti? Annon habet potestatem figulus ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero ad ignominiam? » Hoc exemplo usus est Paulus, non ut e medio tolleret liberum nostrum arbitrium, neque ut nos torpore languidos ac plane immobiles ostenderet: verum ut doceret quomodo nos oporteat obedire Deo, atque intensum silentium, neque non summam obedientiam exhibere. Perinde, inquit, ut figulus ex eadem massa, quæ animus tulerit, fingit, neque ullum ei vas contradicit: sic cum hic ex eodem genere mortalium alios quidem puniat, alios vero honore dignetur, ne sis tu curiosus, sed adora tantummodo, lutumque imitare: ac ut illud manum figuli sequitur, sic tu consilio et voluntati omnia gubernantis cede. Noveris autem qui hæc legis, quod sicut in vasibus non ipsa massa alia quidem nobilia, alia vero ignobilia efficit (est enim una et eadem), sed usus eorum qui ista sibi vindicant: 72 pari ratione in hominibus, non ipsa natura (utpote una et eadem) hos quidem pœnæ, illos vero gloriæ adjudicat, sed ipsa deliberatio atque propositum.

Vers. 22-24. « Quod si Deus volens ostendere iram, et notam facere potentiam suam, tulit in multa longanimitate vasa iræ parata ad interitum, et ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparavit ad gloriam: quos et vocavit nos, non solum ex Judæis, verumetiam ex gentibus. » Obstructo curiosorum ore, affert jam solutionem. Quod autem dicit, est hujusmodi: Iræ vas erat Pharao, hoc est homo accendens iram Dei per propriam suam duritiem: hunc tulit Deus, id est exspectavit, sustinuit. Nam multa ipsum longanimitate dignatus est: verum is longanimitate ista ad indurationem sui abusus est, factusque est vas iræ Dei capax, paratum ad interitum, id est a seipso proprioque ingenio aptatum. Neque enim quidquam reliquit quod ipsum perderet, verum omnia patravit quæ ad perniciem ipsum ferrent. Vel, « tulit, » pro, in medium protulit, ut, cum per longanimitatem in meliorem animi sententiam non esset redactus, puniat eum, ostendatque potentiam suam, ut inde alii reddantur meliores. Quemadmodum igitur hunc, vas iræ factum ex propria voluntatis deliberatione, supplicio afficiens, monstravit potentiam suam: sic eorum, qui ex gentibus plurimum deliquerant, misertus, quia dignos sese misericordia fecerant, manifestavit « divitias gloriæ suæ. » Non dixit autem, Clementiæ, sed, « Gloriæ; » nam summa Dei gloria est, misericordiam impertiri. Porro, « Quæ præparavit, » est pro, Quæ præscivit. Neque dixit, quod omnes gentes servarit, sed, « Ex gentibus, » quosdam

Variæ lectiones.

[51] ἔπλασας o. [52] αὐτοῦ. [53] ἀπήρτιστο o. [54] ἀπήρτισαν o.

Digitized by Google

videlicet. Quocirca ne offendaris, Judæe: ecce enim vel ex gentibus nonnulli misericordiam obtinent, nonnulli vero minime.

μὴ σκανδαλίζου, ὦ Ἰουδαῖε· ἰδοὺ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἐθνῶν, οἱ μὲν ἐλεοῦνται, οἱ δὲ οὔ.

Vers. 25, 26. « Sicut et in Osee dicit [m]: Vocabo non populum meum, populum meum: et non dilectam, dilectam. Et erit, in loco ubi dictum est ipsis: Non populus meus vos, ibi vocabuntur filii Dei viventis. » Ne dicant Judæi, Imponis nobis, Paule, hæc dicens: producit Osee clamantem affirmantemque: « Vocabo non populum meum, populum meum. » Quis vero erat non populus? Ipsæ gentes. Ecquæ non dilecta? Ipsa gentium Ecclesia. Populus tamen facti sunt ac dilecti, imo quod majus est, « filii Dei viventis. » Sin vero quisquam hoc de Judæis, qui ingrate se gesserant, et tandem in gratiam recepti fuerint, dictum esse asserat, hoc nihili est. Nam si iis hoc contigit, quid obstitit quominus idem gentibus proveniret?

« Ὡς καὶ ἐν τῷ Ὡσηὲ λέγει· Καλέσω τὸν οὐ λαόν μου, λαόν μου, καὶ τὴν οὐκ ἠγαπημένην, ἠγαπημένην. Καὶ ἔσται, ἐν τῷ τόπῳ οὗ ἐρρέθη αὐτοῖς, Οὐ λαός μου ὑμεῖς, ἐκεῖ κληθήσονται υἱοὶ Θεοῦ ζῶντος. » Ἵνα μὴ λέγωσιν οἱ Ἰουδαῖοι· Παραλογίζῃ ἡμᾶς, Παῦλε, τοιαῦτα λέγων· παράγει καὶ τὸν Ὡσηὲ βοῶντα καὶ λέγοντα· « Καλέσω τὸν οὐ λαόν μου, λαόν μου. » Τίς γὰρ ἦν οὐ λαός[aa]; Τὰ ἔθνη. Καὶ τίς οὐκ ἠγαπημένη; Ἡ αὐτῶν Ἐκκλησία. Ἀλλ' ὅμως καὶ λαὸς ἐγένοντο, καὶ ἠγαπημένοι, καὶ « Υἱοὶ Θεοῦ ζῶντος, » τὸ μεῖζον. Εἰ δὲ λέγοι τις, ὅτι τοῦτο περὶ τῶν Ἰουδαίων εἴρηται τῶν ἀγνωμοντησάντων, εἶτα προσληφθέντων, σὐδὲν τοῦτο. Εἰ γὰρ ἐπ' ἐκείνων, τί ἐκώλυε καὶ ἐπὶ τῶν ἐθνῶν τοῦτο προβῆναι;

Vers. 27. « Isaias autem clamat pro Israel [n]: Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ salvæ fient. » Non fuit contentus Osee prophcta, verum Isaiam etiam testem adducit, « clamantem, » hoc est magna cum libertate et sine formidine pronuntiantem, quod non omnes Israelitæ salvi erunt, sed qui digni tantum fuerint (id enim est, « reliquiæ, » hoc est, electio), quos reliquit Deus, et segregavit, tanquam dignos videlicet. Cum autem dicit, « tanquam arena maris, » his in memoriam revocat veterem promissionem, qua se indignos constituerunt. Ne igitur turbemini, ceu irrita et vana sit facta promissio, quandoquidem omnes prophetæ vaticinentur haud omnes esse salute dignos.

« Ἡσαΐας δὲ κράζει ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ· Ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται. » Οὐκ ἠρκέσθη τῷ Ὡσηὲ, ἀλλὰ καὶ Ἡσαΐαν μάρτυρα παράγει κράζοντα, τουτέστι, μετὰ παῤῥησίας ἀναφωνοῦντα, καὶ οὐχ ὑποστελλόμενον, ὅτι οὐ πάντες σωθήσονται οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, ἀλλ' οἱ ἄξιοι· τοῦτο γάρ ἐστι, « Τὸ κατάλειμμα, » τουτέστιν, ἡ ἐκλογή· οὓς κατέλιπεν ὁ Θεὸς, καὶ ἀφώρισεν, ὡς ἀξίους δηλαδή. Ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν, « Ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, » ἀναμιμνήσκει αὐτοὺς τῆς παλαιᾶς ἐπαγγελίας, ἧς ἑαυτοὺς ἀναξίους κατέστησαν. Μὴ τοίνυν θορυβεῖσθε, ὡς τῆς ἐπαγγελίας διαψευσθείσης, ὅπου γε πάντες οἱ προφῆται προαναφωνοῦσι, μὴ πάντας εἶναι ἀξίους σωτηρίας.

Vers. 28. « Sermonem enim, consummans et concidens in justitia: quoniam sermonem abbreviatum Dominus faciet in terra. » Qua ratione reliquiæ sint servandæ, nunc indicat: Non, inquit, laboribus et circuitionibus, atque afflictione ex operibus legis orta opus est; sed Deus, inquit, perficiens et concidens vel abbrevians sermonem fidei in universa terra, hunc faciet in justitia, hoc est ut justificet eos qui illum susceperint. « Si enim confessus fueris ore tuo Dominum Jesum, credideriscque in corde tuo, quod Deus excitavit ipsum a mortuis, salvus eris [o]. » Hic est, concisus abbreviatusque sermo, brevia nimirum fidei verba.

« Λόγον γὰρ συντελῶν, καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ, ὅτι λόγον συντετμημένον ποιήσει Κύριος ἐπὶ τῆς γῆς. » Νῦν δείκνυσι πῶς σωθήσεται τὸ κατάλειμμα, καί φησιν, ὅτι οὐ χρεία πόνων καὶ περιόδων, καὶ τῆς ταλαιπωρίας τῆς ἐπὶ τοῖς ἔργοις τοῖς νομικοῖς· ἀλλ' ὁ Θεὸς, φησὶ, συντελῶν καὶ συντέμνων τὸν λόγον τῆς πίστεως ἐπὶ πάσης τῆς γῆς, τοῦτον ποιήσει ἐν δικαιοσύνῃ, τουτέστιν, ὥστε δικαιῶσαι τοὺς παραδεξομένους τοῦτον. « Ἐὰν γὰρ ὁμολογήσῃς τῷ στόματί σου Κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι αὐτὸν ἤγειρεν ὁ Θεὸς ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. » Οὗτός ἐστιν ὁ συντετμημένος λόγος, τὰ βραχέα τῆς πίστεως ῥήματα.

Vers. 29. « Et sicut prædixit Isaias [p]: Nisi Dominus reliquisset nobis semen, velut Sodoma facti essemus, et sicut Gomorrha similes fuissemus. » Cum dixisset reliquias tantum fore salvas, quidnam istuc sit, nunc interpretatur, inquiens, Reliquit nobis Deus electum semen ac fermentum: nam pro, Elegit, « Reliquit, » posuit: ut nisi Deus conservasset illud, prorsus interiissemus perinde ac Sodoma et Gomorrha, utpote condemnati ob peccata nostra.

« Καὶ καθὼς προείρηκεν Ἡσαΐας· Εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμορρα ἂν ὡμοιώθημεν. » Εἰπὼν, ὅτι Τὸ κατάλειμμα σωθήσεται, νῦν ἑρμηνεύει, τί ἐστι τοῦτο, καί φησιν, ὅτι Ὃ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν ὁ Θεὸς ἐκλεκτὸν σπέρμα καὶ ζύμην. Ἀντὶ γὰρ τοῦ, ἐπελέξατο, τὸ, « Ἐγκατέλιπε, » τέθειν [*f.* τέθεικεν]· ὡς εἴ γε μὴ ὁ Θεὸς συνετήρει, πανωλεθρίᾳ ἂν ἀπολώμεθα [*f.* ἀπωλόμ.], ὡς τὰ Σόδομα καὶ Γόμορρα, οἷα δὴ ἐξ ἁμαρτιῶν κατάδικοι ὄντες.

[m] Ose II, 24; I, 10. [n] Isa. X, 22. [o] Rom. X, 9. [p] Isa. I, 9.

Variæ lectiones.

[aa] ἐ λαός. *Isc.* ὁ οὐ λαὸς ο.

Digitized by Google

« Τί οὖν ἐροῦμεν; Ὅτι ἔθνη τὰ μὴ διώκοντα δικαιοσύνην, κατέλαβε δικαιοσύνην, δικαιοσύνην δὲ τὴν ἐκ πίστεως. Ἰσραὴλ δὲ διώκων νόμον δικαιοσύνης, εἰς νόμον δικαιοσύνης οὐκ ἔφθασεν. » Ἐνταῦθα τὴν σαφεστάτην λύσιν ἐπάγει, δεικνὺς, πόθεν τὰ μὲν ἔθνη προσελήφθησαν, οἱ δὲ Ἰσραηλῖται ἀπώσθησαν· καὶ φησιν, ὅτι Τὰ μὲν ἔθνη τὴν ἐκ πίστεως δικαιοσύνην κατέχοντα, ἐδικαιώθησαν ὄντως[47]· οἱ δὲ Ἰσραηλῖται, τὸν νόμον τῆς δικαιοσύνης, τουτέστι, τὸν ἐξ ἔργων, διώκοντες καὶ ζητοῦντες, οὐκ ἔφθασαν εἰς τὸ δικαιωθῆναι. Οὐ γὰρ ἠδύνατο δικαιῶσαι ὁ ἐξ ἔργων νόμος.

« Διὰ τί; Ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως, ἀλλ' ὡς ἐξ ἔργων νόμου. » Ἐρωτᾷς, πόθεν οἱ Ἰσραηλῖται ἀπέτυχον τοῦ δικαιωθῆναι, καίτοι σπουδάζοντες πολλά; Μάνθανε ὅτι « οὐκ ἐκ πίστεως » ἐζήτουν δικαιωθῆναι, ἀλλ' « ὡς ἐξ ἔργων νόμου. » Ἐκ δὲ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σάρξ. Ὅρα δὲ, πῶς οὐκ εἶπεν, Ἐξ ἔργων, ἀλλ', « Ὡς ἐξ ἔργων · » ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ ἀληθῶς, οὐδὲ τῶν ἔργων ἐπεμελοῦντο, ἀλλ' ὡς ἐν ὑποκρίσει.

« Προσέκοψαν γὰρ τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος, καθὼς γέγραπται · Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον προσκόμματος, καὶ πέτραν σκανδάλου · καὶ πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ καταισχυνθήσεται. » Ὁ προσκόπτων, ἐκ τοῦ πρὸς ἕτερα κεχηνέναι, καὶ μὴ προσέχειν τοῖς ἔμπροσθεν, προσκόπτει. Καὶ οἱ Ἰουδαῖοι οὖν ἐκ τοῦ πρὸς τὸν νόμον κεχηνέναι προσέκοψαν τῷ Χριστῷ, τουτέστιν, ἠπίστησαν. Λίθος δὲ προσκόμματος, καὶ πέτρα σκανδάλου, ἀπὸ τοῦ τέλους καὶ τῆς ἐκβάσεως τῶν ἀπιστησάντων ὠνόμασται ὁ Χριστός. Αὐτὸς γὰρ καθ' ἑαυτὸν θεμέλιος καὶ ἑδραίωμα ἐτέθη · φησὶ γάρ · « Πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ [48] οὐ καταισχυνθήσεται, » κἂν Ἕλλην, κἂν Ἰουδαῖος. Ὥστε ἡ πίστις ἐστὶν ἡ τὸ πᾶν ἐνεργοῦσα καὶ δικαιοῦσα, οὐ τὰ ἔργα.

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

« Ἀδελφοὶ, ἡ μὲν εὐδοκία τῆς ἐμῆς καρδίας, καὶ ἡ δέησις ἡ πρὸς τὸν Θεὸν, ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ ἐστιν εἰς σωτηρίαν. » Ἐπειδὴ μέλλει αὐτῶν καθάπτεσθαι, προλεαίνει [49], ὡς ἂν μὴ δόξωσιν αὐτὸν κατ' ἔχθραν λέγειν, ἃ μέλλει λέγειν · καὶ φησιν, ὅτι Ἡ μὲν εὐδοκία [50], τουτέστιν, ἡ θέλησίς μου, καὶ ἡ σφοδρὰ ἐπιθυμία · καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἡ δέησις, ὑπὲρ ὑμῶν ἐστιν · οὐχ ἵνα ἀπαλλαγῆτε τῆς κολάσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ σωθῆτε. Πῶς οὖν ἀπεχθῶς ἂν ἔχοιμι πρὸς ὑμᾶς, ὧν τῆς σωτηρίας ὑπερεύχομαι ;

« Μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς, ὅτι ζῆλον Θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν. Ἀγνοοῦντες γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην, καὶ τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην ζητοῦντες στῆσαι, τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑπετάγησαν. » Δοκεῖ μὲν χαρίζεσθαι αὐτοῖς ἐξ ἀρχῆς, μαλάσσων αὐτούς. Εἰπὼν γάρ, « Ζῆλον Θεοῦ ἔχουσιν,

A Vers. 30, 31. « Quid igitur dicemus ? Quod gentes quæ non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam, justitiam autem quæ est ex fide : Israel vero sectando legem justitiæ, in legem justitiæ non pervenit. » Apertissimam hic dilutionem adducit, ostendens unde gentes quidem sint assumptæ, Israelitæ vero repulsi : Gentes, inquiens, ex fide justitiam tenentes, revera sunt justificatæ : Israelitæ vero legem justitiæ, hoc est, quæ est ex operibus, persequentes et quærentes, ad justificationem non pervenerunt. Nam lex quæ ex operibus constabat, justificare non poterat.

Vers. 32. « Quare ? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus legis. » Percontaris, unde Israelitæ exciderint a justificatione, etiamsi multa sint conati ? Noveris, inquit, quod « non ex fide » quærebant B justificari, « sed quasi ex operibus legis. » Atqui ex operibus legis non justificabitur omnis caro [q]. Observa autem quod non dixerit, 74 Ex operibus, sed, « Quasi ex operibus, » ut ostendat quod non serio sint operum tacti cura, sed simulatione quadam et hypocrisi.

Vers. 33. « Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est : Ecce pono in Sion lapidem offensionis, et petram scandali, et omnis qui credit in eum, non confundetur [r]. » Qui impingit, propterea impingit, quod aliis inhiet, non animadvertens quid pedibus sit obvium. Judæi itaque legi inhiantes, in Christum impegerunt, id est increduli fuerunt. « Lapis autem offensionis et petra scandali, » a fine et eventu eorum qui non crediderunt, C Christus nominatus est. Ipse enim fundamentum basisque positus est : ait enim : « Omnis qui credit in eum, non pudefiet, » sive Græcus, sive Judæus. Proinde fides est quæ omnia efficit, et justificat, non opera.

CAPUT X.

Vers. 1. « Fratres, voluntas cordis mei, et obsecratio ad Deum fit pro Israele ad salutem. » Quia perstricturus est eos, leni exordio utitur, ne existiment ipsum ex odio dicere quæ dicturus est, et ait, Εὐδοκία, id est, voluntas mea et vehemens desiderium, et non solum hoc, verumetiam obsecratio, D pro vobis est : non tantum ut a pœna liberemini, verumetiam ut salvi sitis. Quomodo igitur infensus sim vobis, pro quorum salute Deum imploro ?

Vers. 2, 3. « Testimonium enim illis perhibeo, quod æmulationem Dei habent, sed non secundum cognitionem. Ignorantes enim Dei justitiam, ac propriam justitiam quærentes statuere, justitiæ Dei non sunt subjecti. » Videtur in principio quidem ipsos humaniter tractare et demulcere. Nam cum

[q] Rom III. 20. [r] Isa. XXVIII, 33.

Variæ lectiones.

[47] οὕτως o. [48] εἰς αὐτὸν o. [49] προλαμβάνει m. [50] τῆς ἐμῆς καρδίας.

Digitized by Google

dicit, « Zelum Dei habent, sed non secundum cognitionem, » misericordia potius quam pœna dignos ostendit. Æmulantur enim, inquit, pro lege sibi a Deo tradita : verum non secundum cognitionem est ipsorum æmulatio ; quippe qui legem hanc abolitam esse agnoscere nolunt. Atqui in sequentibus eorum contentionem, amoremque primatus indicat. Nam quærentes statuere justitiam propriam, hoc est, ex lege, ex propriis nimirum laboribus et operibus paratam, quæ cum excidit, tum subsistere non potest : neque illam statuerunt, nec justitiæ Dei subjecti sunt. Quod ostentationis, ac mentis principatus avidæ, imo potius stolidæ et insipientis signum est, quærere nimirum constituere quod subsistere nequit ; inque eo nequicquam atteri. Dei autem justitia ea est, quæ ex fide est : hæc enim non indiget laboribus nostris, verum tota ad gratiam Dei pertinet.

75 Vers. 4. « Finis enim legis Christus, ad justitiam omni credenti. » Quia prorsus justitiam nominaverat, eam quæ est in lege, ne dicant ii qui ex Hebræis crediderunt : Peccavimus ergo, et inique egimus [s], hanc justitiam dimittentes ; ac ne rursus increduli dicere possent : Quandoquidem justitia est in lege omnino, etiamsi eam nondum impleverimus, aliquando tamen perfecte implebimus ; ambo hæc e medio tollens, ait : « Finis legis Christus est. » Quod enim voluit quidem lex, non autem perfecit, hoc Christus perfecit, justificare nempe hominem. Quare ne dicas qui Christo accessisti ex Hebræis, quod deliqueris adversus legem ; quin potius legis voluntatem conspexeris in te esse perfectam per fidem in Christum. Neque rursus qui nondum credidisti, Judæe, spera quod perficietur abs te justitia per legem : Christus enim est consummator hujus. Proinde si justitiam assecuturus es, Christum accipe per fidem, et habebis omnia.

Vers. 5. « Moses enim scribit justitiam quæ ex lege est, quod Qui fecerit ea homo, vivet in eis [t]. » Confirmat quod dixit, quod id quod lex non perfecit, istud Christus implevit, et inquit : Moses asserit hominem per opera justificari : opera vero nemo inventus est explere. Itaque in lege justificari, est impossibile.

Vers. 6-9. « Quæ autem ex fide est justitia, sic dicit : Nec dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cœlum [u] ? id est Christum deducere. Aut quis descendet in abyssum ? hoc est, Christum ex mortuis revocare. Sed quid dicit ? Prope te est verbum, in corde tuo, et in ore tuo. Hoc est verbum fidei quod prædicamus. Quoniam si confessus fueris in ore tuo Dominum Jesum, et credideris quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris. » Postaquam audivisti legis opera non posse justificare hominem, disce jam quomodo citra laborem facile in Christo

A ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν, » ἐλέους μᾶλλον ἀξίους αὐτοὺς, οὐ κολάσεως δείκνυσι. Ζηλοῦσι γὰρ ὑπὲρ τοῦ νόμου, φησὶ, τοῦ παρὰ Θεοῦ δοθέντος [81] · πλὴν οὐ κατ' ἐπίγνωσίν ἐστιν ὁ ζῆλος αὐτοῖς, μὴ βουλομένοις γνῶναι, ὅτι ὁ νόμος οὗτος [82] πέπαυται καὶ κατήργηται. Ὑποκατιὼν μέντοι δείκνυσι τὴν φιλονεικίαν αὐτῶν καὶ φιλαρχίαν. Ζητοῦντες γὰρ στῆσαι τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην, τουτέστι, τὴν ἐκ τοῦ νόμου, τὴν ἐξ ἔργων ἰδίων καὶ πόνων κατορθουμένην, ἥτις καὶ πέπτωκε, καὶ οὐ δύναται στῆναι, οὔτε ταύτην ἔστησαν, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνῃ οὐχ ὑπετάγησαν. Ὁ ἀλαζονείας σημεῖον, καὶ φιλάρχου γνώμης, μᾶλλον δὲ ἀνοήτου, τὸ ζητεῖν συστῆναι ἀεὶ τὸ ἀσύστατον, καὶ ἐν τούτῳ διακεῖσθαι κατατρίβεσθαι. Θεοῦ δὲ δικαιοσύνη, ἡ ἐκ πίστεως · οὐ γὰρ πόνου, ἔχει ἡμετέρους, ἀλλὰ τὸ ὅλον χάρισμά [83] ἐστι Θεοῦ.

« Τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς, εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι. » Ἐπειδὴ ὅλως δικαιοσύνην ὠνόμασε τὴν ἐν τῷ νόμῳ, ἵνα μὴ εἴπωσιν οἱ ἐξ Ἑβραίων πιστεύσαντες, ὅτι Λοιπὸν παρηνομήσαμεν, ἀφέντες τὴν δικαιοσύνην ταύτην · καὶ πάλιν, οἱ ἔτι ἀπιστοῦντες ἵνα μὴ ἔχωσι λέγειν, ὅτι Ἐπειδὴ δικαιοσύνη ὅλως ἐστὶν ἐν τῷ νόμῳ, εἰ καὶ μὴ νῦν ἐπληρώσαμεν, ἀλλὰ πάντως ποτὲ πληρώσομεν · φησὶν ἀμφότερα ταῦτα ἀναιρῶν, ὅτι Τέλος νόμου ὁ Χριστός ἐστιν. Ὃ γὰρ ἠβούλετο μὲν ὁ νόμος, οὐκ ἐτελείωσε δὲ, τοῦτο ἐτελείωσεν ὁ Χριστὸς, τὸ δικαιῶσαι τὸν ἄνθρωπον. Ὥστε μὴ λέγε, ὁ πιστεύσας ἐξ Ἑβραίων, ὅτι παρηνόμησας, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ βούλημα τοῦ νόμου εἶδες ἐν σοὶ τελειωθὲν [84] διὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. Μηδὲ πάλιν, ὁ μήπω πιστεύσας Ἰουδαῖος, ἐλπίζε, ὅτι τελειωθήσεταί σοι ἡ δικαιοσύνη διὰ τοῦ νόμου · ὁ γὰρ Χριστός ἐστιν ὁ τελειωτὴς ταύτης. Ὥστε εἰ μέλλεις τὴν δικαιοσύνην σχεῖν, τὸν Χριστὸν λάβε διὰ πίστεως, καὶ ἕξεις τὸ πᾶν.

« Μωσῆς γὰρ γράφει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, ὅτι Ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς. » Πιστοῦται ὃ εἶπεν, ὅτι ὁ νόμος οὐκ ἐτελείωσε, τοῦτο Χριστὸς ἐπλήρωσε · καί φησιν, ὅτι ὁ Μωσῆς διὰ τῶν ἔργων λέγει δικαιοῦσθαι τὸν ἄνθρωπον · τὰ δὲ ἔργα οὐδεὶς εὑρέθη πληρώσας. Ὥστε ἐν νόμῳ οὐκ ἔστι δυνατὸν δικαιωθῆναι.

« Ἡ δὲ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη, οὕτω λέγει · Μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου · Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν ; Τοῦτ' ἔστι Χριστὸν καταγαγεῖν. Ἢ, Τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον ; τοῦτ' ἔστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν. Ἀλλὰ τί λέγει ; Ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν τῷ στόματί σου, τοῦτ' ἔστι, τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως ὃ κηρύσσομεν · ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου Κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. » Ἐπειδὴ ἤκουσας τὰ τοῦ νόμου ἔργα μὴ δύνασθαι δικαιῶσαι ἀν-

[s] Baruch II, 12. [t] Levit. XVIII, 5. [u] Deut. XXX, 12.

Variæ lectiones.

[81] παραδοθέντος o. [82] αὐτοῖς o. [83] χάρις m. [84] πληρωθὲν o.

Digitized by Google

Θρωπον, μάνθανε, πῶς ἐν Χριστῷ δικαιούμεθα ἀπόνως καὶ ῥᾳδίως· πίστιν γὰρ ζητεῖ ἐκ καρδίας, καὶ ὁμολογίαν ἐκ στόματος. Ἀναγκαῖον δὲ σαφηνίσαι τὸ ῥητὸν πλατυτέρως, τὸ, « Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; » καὶ, « Τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; » Ἀπὸ τοῦ Μωσέως εἴληπται τῷ Ἀποστόλῳ νοηθὲν κατὰ τὴν μεγάλην αὐτοῦ σοφίαν. Ὁ μὲν γὰρ Μωσῆς, ὅσον κατὰ τὸ γράμμα, τοῦτό [55] φησιν, ὅτι Ἡ ἐντολὴ τοῦ Θεοῦ πρὸ ὀφθαλμῶν σοι [56] κεῖται, ὦ Ἰουδαῖε, καὶ οὐ δεῖ σε οὔτε εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν, ἵνα ταύτην εὕρῃς· οὔτε εἰς τὴν ἄβυσσον κατελθεῖν, ἵνα ταύτην λάβῃς· οὔτε εἰς τὰ πέραν τῆς θαλάσσης διαβῆναι· ἀλλ' ἐγγύς σού ἐστιν, ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ διανοίᾳ σου. Πάντα γὰρ ὑπέδειξέ σοι ὁ Θεὸς διὰ τοῦ νόμου. Ὁ μὲν οὖν Μωσῆς κατὰ τὸ γράμμα οὕτω δοκεῖ ταῦτα λέγειν· ὁ δὲ Ἀπόστολος εἰς Χριστὸν ταῦτα ἐξελάβετο· τουτέστι, Μὴ διστάσῃς, μηδὲ εἴπῃς ἐν τῇ διανοίᾳ σου· Πῶς ὁ Χριστὸς κατῆλθεν ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ ἐσαρκώθη; ἢ, Πῶς ἀποθανὼν ἀνέστη ἐκ τῆς ἀβύσσου, τουτέστι, τῶν κατωτάτων τόπων; ἀλλὰ πίστευσον, ὅτι κατῆλθε σαρκωθείς, καὶ αὖ ταφεὶς ἀνῆλθεν ἀναστάς· ὁ Θεὸς γὰρ αὐτὸν ἤγειρεν. Ὥστε καὶ ἀπὸ τοῦ ἀξιώματος τοῦ ἐγείραντος, δύνασαι ῥᾳδίως πιστεῦσαι. Τί οὖν [57] τούτου εὐκολώτερον, ὅταν ἐν τῷ στόματί σου ἔχῃς τὴν σωτηρίαν; Ἵνα δὲ μὴ διὰ τὸν εὔκολον, δόξῃ ἄξιον καταφρονήσεως τὸ τῆς πίστεως χρῆμα, δείκνυσιν, ὅτι καὶ τῇ πίστει λογισμοὶ ἀπιστίας ἀντίκεινται, καὶ δεῖ πρὸς τούτους γενναίως ἱστασθαι. Μὴ εἴπῃς γάρ, φησὶν, ἐν τῇ καρδίᾳ σου τάδε καὶ τάδε· τουτέστι, Μὴ [58] ἐννοήσῃς ὅλως ἀμφιβολίας τι νόημα.

« Καρδίᾳ μὲν γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. » Δεῖται καὶ ἡ καρδία τοῦ στόματος. Τί γὰρ ὄφελος πιστεύειν κατὰ ψυχὴν, μὴ ὁμολογεῖν δὲ ἐνώπιον ἀνθρώπων; Ἡ μὲν γὰρ κατὰ διάνοιαν πίστις δικαιοῖ· ἡ δὲ παντελὴς σωτηρία, ἐν τῇ ὁμολογίᾳ κεῖται. Τότε γὰρ διαλάμπει ἡ πίστις, καὶ πλείονες ὠφελοῦνται. Δεῖται μέντοι καὶ τὸ στόμα τῆς καρδίας. Πολλοὶ μὲν γὰρ ὁμολογοῦσι [59] στόματι Χριστὸν καθ' ὑπόκρισιν· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' αὐτοῦ.

« Λέγει γὰρ ἡ Γραφή· Πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ καταισχυνθήσεται. Οὐ γάρ ἐστι διαστολὴ Ἰουδαίου τε καὶ Ἕλληνος· ὁ γὰρ αὐτὸς Κύριος πάντων, πλουτῶν εἰς πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν. Πᾶς γὰρ ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται. » Εἶπεν, ὅτι Καρδίᾳ πιστεύεται, καὶ στόματι ὁμολογεῖται· καὶ παράγει ἀπὸ τῆς Γραφῆς μαρτυρίας καὶ τῆς πίστεως καὶ τῆς ὁμολογίας, ἤτοι τῆς ἐπικλήσεως. Τῷ μὲν γὰρ εἰπεῖν, « Πᾶς ὁ πιστεύων, » τὴν πίστιν ἐδήλωσε, δι' ἧς δικαιούμενος μὲν οὐ καταισχυνθήσεται [60]· τῷ δὲ, « Ὃς ἂν ἐπικαλέσηται, » τὴν ὁμολογίαν, ἥτις σωτηρίαν ἐργάζεται. Πᾶς οὖν, κἂν Ἰουδαῖος, κἂν Ἕλλην, δεκτὸς παρὰ τῷ Θεῷ. « Ὁ γὰρ αὐτὸς Κύριος πάντων, πλουτῶν εἰς πάντας τοὺς ἐπι-

A justificemur : fidem enim quærit ex corde et confessionem ex ore. Necessarium autem est declarare latius quod dixit, « Quis ascendet in cœlum? » et, « Quis descendet in abyssum? » Ex Mose desumpsit hoc Apostolus, pro magna sua sapientia intellectum. Moses namque quoad litteram hunc ad modum illud effatus est : Mandatum Dei ob oculos tuos positum est, Judæe; neque opus est te in cœlum conscendere, ut illud invenias : neque ad abyssum descendere, ut istud accipias, neque ultra maria transire : sed prope te est in ore tuo, et in mente tua. Cuncta enim monstravit tibi Deus per legem. Moses igitur juxta litteram hæc videtur sic dicere : Apostolus autem ad Christum illa transtulit : hoc est, Ne hæsites, neque dicas in corde tuo : Quomodo Christus B descendit e cœlis et incarnatus est? aut, Quomodo mortuus, resurrexit ex abysso, hoc est ex 76 infimis locis? Sed crede quod et descenderit incarnatus, ac tumulo conditus redierit resurgens et suscitatus : Deus namque ipsum suscitavit. Quare et a dignitate et auctoritate excitantis facile potes credere. Quid igitur hac re facilius, cum in ore tuo salutem habeas? Ne autem ob facilitatem contemptu dignum videatur fidei negotium, ostendit incredulitatis ratiocinationes et cogitationes esse vel ipsi fidei oppositas, eisque fortiter resistendum. Ne dicas enim, inquit, in corde tuo hæc vel illa, hoc est nullam omnino hæsitantiæ cogitationem in animum inducas tuum. C

Vers. 10. « Corde namque creditur ad justitiam, ore autem fit confessio ad salutem. » Cor ipsum ore indiget. Quid enim prodest credere quidem in animo, non confiteri autem coram hominibus? Fides enim mentis justificat quidem; cæterum perfecta salus in confessione sita est. Tum enim effulget fides, adeoque plures adjuvantur. Eget autem et os ipsum corde. Siquidem multi ore confitentur Christum per hypocrisim, corde longe ab eo dissiti.

Vers. 11-13. « Dicit enim Scriptura : Omnis qui credit in ipsum, non confundetur [y]. Non enim est distinctio Judæi et Græci : idem enim Dominus D omnium, dives in omnes qui invocant illum. Omnis enim qui invocaverit nomen Domini salvus erit [z]. » Corde credi, ore vero confessionem fieri dixit; producit itaque a Scriptura testimonia tum fidei, tum confessionis sive invocationis. Cum enim dicit, « Omnis qui credit, » fidem denuntiavit, per quam justificatus non pudefiet. At cum subdit, « Quisquis invocaverit, » confessionem innuit, quæ salutem operatur. Omnis itaque, sive Judæus, sive Græcus, Deo gratus acceptusque est. « Idem enim Dominus omnium, dives in omnes qui invocant eum, » hoc

[y] Isa. XXVIII, 16. [z] Joel. II, 32.

Variæ lectiones.

[55] οὕτως m. [56] σου o. [57] τί γὰρ ἦν o. [58] μηδὲ o. [59] πολλοὶ στόματι μὲν γὰρ ὁμ. Χρ. o. [60] οὐ καταισχυνθήσον δὲ o.

Digitized by Google

est, divitias in his habens, in his, inquam, qui invocaverint ipsum : perinde ac si quis dicat, Rex iste dives est auri et argenti. Proinde si divitias habet ipsos credentes, ne despondeas animum, quasi adeo peccaris, ut tibi condonari nequeat. Nam suscipiet te, ut te partem divitiarum suarum efficiat.

A καλουμένους αὐτόν· τουτέστι, τὸν πλοῦτον ἐν τούτοις ἔχων, τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν· ὥσπερ εἴτις εἴποι· Ὁ βασιλεὺς πλουτεῖ εἰς χρυσίον καὶ ἀργύριον. Ὥστε ἐπεὶ πλοῦτον ἔχει τοὺς πιστεύοντας, μὴ ἀπογνῷς ὡς ἀσύγγνωστα ἡμαρτηκώς· προσδέξεται γάρ σε, ἵνα καὶ σὲ μέρος τοῦ οἰκείου πλούτου ποιήσηται.

Vers. 14, 15. « Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? Quomodo autem credent ei, quem non audierunt? Quomodo vero audient sine prædicante? Quomodo autem prædicabunt, nisi mittantur? sicut scriptum est [y] : Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona? » Supra dixit, « Omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit : » nunc Judæos arguit et reprehendit quod non invocaverint. Quare autem non invocaverunt? **77** Quia non crediderunt. Quare B autem non crediderunt? Num ideo quia non audiverunt? Atqui audiverunt. Hinc sequitur objectio : At quomodo sine prædicante audire potuerunt? Cui protinus adjicitur dilutio : Atqui prædicarunt, et missi sunt ad eos non pauci. Et unde perspicuum est eos esse illos qui sint missi? Ad hujus confirmationem profert sane prophetam dicentem : « Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona! » Nihil enim aliud circumeuntes apostoli enuntiarunt, quam ineffabilia bona, Deique hominibus communicatam oblatamque pacem. Quare quod non crediderunt, culpa est eorum qui non susceperunt prædicantes.

« Πῶς οὖν ἐπικαλέσονται εἰς ὃν οὐκ ἐπίστευσαν; πῶς δὲ πιστεύσουσιν οὗ οὐκ ἤκουσαν; πῶς δὲ ἀκούσουσι χωρὶς κηρύσσοντος; πῶς δὲ κηρύξουσιν, ἐὰν μὴ ἀποσταλῶσι; καθὼς γέγραπται· Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθά! » Εἶπεν ἄνω, ὅτι « Πᾶς ὃς ἐὰν ἐπικαλέσηται, σωθήσεται· » κατηγορεῖ νῦν λοιπὸν τῶν Ἰουδαίων, ὡς μὴ ἐπικαλεσαμένων. Διὰ τί δὲ οὐκ ἐπεκαλέσαντο; Διότι οὐκ ἐπίστευσαν. Διὰ τί δὲ οὐκ ἐπίστευσαν; μὴ διότι οὐκ ἤκουσαν; Καὶ μὴν ἤκουσαν. Εἶτα ἀντίθεσις· Καὶ πῶς ἠδύναντο ἀκοῦσαι χωρὶς κηρύσσοντος; Εἶτα πάλιν λύσις· Καὶ μὴν ἐκήρυξαν, καὶ ἀπεστάλησαν εἰς αὐτοὺς πολλοί. Καὶ πόθεν δῆλον, ὅτι οὗτοί εἰσιν ἐκεῖνοι οἱ ἀποσταλέντες; Τότε [61] δὴ λοιπὸν εἰσάγει τὸν προφήτην λέγοντα· « Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθά! » Οὐδὲν γὰρ ἄλλο περιῆσαν οἱ ἀπόστολοι λέγοντες, ἀλλ' ἢ τὰ ἀπόῤῥητα ἀγαθά, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους γενομένην εἰρήνην. Ὥστε τὸ μὴ πιστεῦσαι, ἔγκλημα ἐκείνων, τῶν μὴ παραδεξαμένων τοὺς κηρύσσοντας.

Vers. 16. « Sed non omnes credunt Evangelio : Isaias enim dicit : Domine, quis credidit auditui C nostro? » Quia dixerat, evangelizantes istos prophetæ testimonium habere quod a Deo essent, ne quis dicat : Quod si a Deo fuerunt, omnes illis obtemperare plane oportuit : asserit, omnes revera Evangelio non esse obsecutos; ex eo tamen nihil prorsus labefactari ipsam veritatem. Hoc enim ipsum jam olim ante multos annos Isaias dixit, « Quis, inquiens, credidit auditui nostro? » Quis? pro, Rari, ponitur hoc loco : id est, Pauci crediderunt auditui nostro.

« Ἀλλ' οὐ πάντες ὑπήκουσαν τῷ Εὐαγγελίῳ. Ἡσαΐας γὰρ λέγει· Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; » Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι οἱ εὐαγγελιζόμενοι παρὰ τοῦ προφήτου ἐμαρτυρήθησαν ὡς θεόθεν ὄντες· ἵνα μή τις εἴπῃ· Καὶ μὴν εἰ θεόθεν ἦσαν, ἔδει πάντας αὐτῶν ὑπακοῦσαι [62]· φησὶν, ὅτι ἀληθῶς πάντες οὐχ ὑπήκουσαν τῷ Εὐαγγελίῳ· ἀλλ' οὐδὲν ἐκ τούτου βλάπτεται ἡ ἀλήθεια· αὐτὸ γὰρ [63] τοῦτο Ἡσαΐας λέγει πρὸ πολλῶν ἐτῶν· « Τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; » Τὸ γὰρ, Τίς; ἀντὶ τοῦ, Σπάνιοι [64]. κεῖται ἐνταῦθα· τουτέστιν, Ὀλίγοι ἐπίστευσαν τῇ ἀκοῇ ἡμῶν.

Vers. 17. « Fides itaque ex auditu est; auditus autem per verbum Dei. » Cum præcedentibus hæc cohærent, ac instar conclusionis cujusdam prædictis adducuntur : subindicat autem quiddam D aliud. Quia enim Judæi nullo non tempore signum quærebant, ac resurrectionis aspectum ipsum, inquit, « Fides est ex auditu, » atque ultra hunc auditum non oportet inquirere quidquam aliud. Nam auditus sive sermo non est verborum simpliciter dictorum, sed verborum Dei. Quocirca si admiranda quæris, adeoque miracula, ceu ex Deo sint, crede etiam verbis, ceu quæ a Deo proferantur.

« Ἄρα ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς· ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος Θεοῦ. » Τοῦτο ἔχεται μὲν τῆς τῶν προτέρων ἀκολουθίας, καὶ ὥσπερ συμπέρασμά τι ἐπάγει τοῖς προῤῥηθεῖσιν· αἰνίττεται δὲ καί τι ἕτερον. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι καθ' ἕκαστον καιρὸν σημεῖα ἐζήτουν, καὶ τὴν ὄψιν αὐτὴν τῆς ἀναστάσεως· φησὶν, ὅτι « Ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς. » Καὶ πλέον [65] τῆς ἀκοῆς οὐ δεῖ ζητεῖν ἕτερόν τι. Οὐ γὰρ ἀκοή ἐστι ῥημάτων ἁπλῶς λεγομένων, ἀλλὰ ῥημάτων Θεοῦ. Ὥστε εἰ θαύματα ζητεῖς, ὡς ἐκ Θεοῦ ὄντα, πίστευσον καὶ τοῖς ῥήμασιν, ὡς ἐκ Θεοῦ λεγομένοις.

Vers 18. « Sed dico : Nunquid non audierunt? « Ἀλλὰ λέγω· Μὴ οὐκ ἤκουσαν; Μενοῦνγε εἰς πᾶ-

[y] Isa. LII, 7. [z] Isa. LIII, 1.

Variæ lectiones.

[61] τὸ δὲ o. [62] πάντως αὐτῶν ὑπακοῦσαι ἅπαντας o. [63] δὲ o. [64] σπάνιος, καὶ, σπανίως o. [65] ἴσ-πλην o.

Digitized by Google

σαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. » Ὥσπερ τινὸς εἰπόντος· Καὶ τί πρὸς τούτους, [εἰ] ἀπεστάλησαν οἱ εὐαγγελιζόμενοι, οὗτοι δὲ οὐκ ἤκουσαν ὅλως; φησὶν, ὅτι Ἡ οἰκουμένη πᾶσα [66] ἤκουσε, καὶ οὗτοι οὐκ ἤκουσαν, παρ' οἷς τοσοῦτον τὸν χρόνον διέτριψαν οἱ ἀπόστολοι, καὶ ὅθεν ἦσαν; Καὶ πῶς ἂν ἔχοι λόγον;

A atqui in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrarum verba eorum [a].» Veluti quispiam dicat, Et quid ad hos, si missi sint prædicantes Evangelium, ii autem omnino non audierint? ait : Universus terrarum orbis eorum prædicationem audivit, et illi non audiissent, apud quos tanto sunt tempore morati apostoli, quibusque erant oriundi? Quam, quæso, rationem hoc habuerit?

« Ἀλλὰ λέγω· Μὴ οὐκ ἔγνω Ἰσραήλ; » Πάλιν ἑτέρα ἀντίθεσις· Εἰ ἐκήρυξαν μὲν οἱ ἀπόστολοι, οὗτοι δὲ οὐ συνῆκαν, ἆρα οὐκ ἄξιοι συγγνώμης; Εἶτα ἐπάγει καὶ τούτου τὴν λύσιν.

Vers. 19. « Sed dico ; Nunquid Israel non cognovit? » Alia est objectio : Si prædicarunt apostoli, illi autem non intellexerunt, nunquid digni sunt venia? Hujus etiam dilutionem subtexit.

« Πρῶτος Μωσῆς λέγει· Ἐγὼ παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ' οὐκ ἔθνει· ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ ὑμᾶς. » Εἰ καὶ μηδαμόθεν ἄλλοθεν, φησὶ, κἂν γοῦν ἐκ τῆς τιμῆς, ἣν [67] ἐτιμήθησαν [68] οἱ ἐξ ἐθνῶν, ἔδει αὐτοὺς συνιέναι. Ὅταν γὰρ εἰδώλων τοὺς εἰδωλολάτρας ἐξαίφνης τοσούτων ἀξιωθέντας ἀγαθῶν, ἔδει αὐτοὺς [69] παραζηλώσαντας ἐννοῆσαι, ὅτι Τοῦτό ἐστι τὸ ἔθνος, περὶ οὗ Μωσῆς εἶπεν. Οὐ γὰρ μόνον τὸ μέγεθος τῆς τιμῆς ἱκανὸν ἦν αὐτοὺς εἰς ζῆλον ἐμβαλεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ οὕτως εὐτελεῖς [70] εἶναι τοὺς τιμηθέντας, ὥστε μηδὲ ἔθνος νομίζεσθαι. « Ἐπ' οὐκ ἔθνει γὰρ, φησὶ, παραζηλώσω ὑμᾶς, ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ. » Τί γὰρ Ἑλλήνων ἀσυνετώτερον, ξύλοις καὶ λίθοις προσκεχηνότων;

« Primus Moses dicit : Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam [b]. » Si non aliunde, inquit, saltem ex honore, **78** quo gentes affectæ sunt, intelligere debebant prædicatum Christum. Cum enim idolorum cultores cernerent adeo repente tantis bonis ornatos, oportebat eos æmulatione incitatos intelligere, hanc esse ipsam gentem de qua Moses verba fecerit. Nedum enim magnitudo honoris sufficiebat ut ad æmulationem eos incitaret, verumetiam quod adeo viles honore affecti essent, ut ne gentis quidem nomine censendi essent. « Ego enim, » inquit, « ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem. » Quid enim Græcis stultius et insipientius, quippe qui a lignis et lapidibus veluti ore hianti penderent?

« Ἡσαΐας δὲ [71] ἀποτολμᾷ καὶ λέγει· Εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν. » Εἰπὼν ὅ τι πρῶτος Μωσῆς λέγει, διηγεῖται καὶ περὶ ἑτέρου προφήτου [72], τὰ αὐτὰ λέγοντος καὶ τρανότερον καὶ σαφέστερον. « Ἡσαΐας γὰρ, φησὶν, ἀποτολμᾷ, καὶ λέγει· » τουτέστιν, ἐδιάσατο γυμνὴν εἰπεῖν τὴν ἀλήθειαν, καὶ κινδυνεῦσαι, ἢ ἀποσωπῆσαι. « Εὑρέθην » γὰρ, φησὶ, τοῖς ἐξ ἐθνῶν, « τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσι, » μηδὲ ἐπερωτῶσί με. Οὓς γὰρ Μωσῆς ἔθνος ἀσύνετον ὠνόμασε [73], τούτους Ἡσαΐας μὴ ζητοῦντας, μηδὲ ἐπερωτῶντας ὀνομάζει, ὡς ἀμαθεῖς; δηλαδὴ καὶ μισολόγους. Ἔδει τοίνυν ἐκ τούτων πάντων συνιέναι τοὺς Ἰουδαίους, πῶς αὐτοὶ μὲν ἀπώσθησαν, ἕτεροι δὲ προσεδέχθησαν.

Vers. 20. « Isaias enim audet et dicit : Inventus sum a non quærentibus me, palam apparui iis, qui me non interrogabant. » Præmisso quod Moses primum dixit, jam alterius prophetæ mentionem facit, qui eadem clarius et apertius exponit. « Isaias enim, » inquit, « audet et dicit, » id est conatus est nudam dicere veritatem, et periculo sese submittere potius quam reticere. « Inventus sum, » inquit, a gentibus, quæ me non inquirebant, et quæ de me nihil percontabantur. Quos enim Moses gentem non intelligentem vocavit, hos Isaias non quærentes, neque interrogantes nominat, tanquam rudes videlicet, osoresque disciplinarum. Oportebat itaque ex hisce omnibus Judæos intelligere sese esse repulsos, aliosque receptos.

« Πρὸς δὲ τὸν Ἰσραὴλ λέγει· Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα. » Ἵνα μὴ ἔχωσι λέγειν, ὅτι Τοῖς ἐθνικοῖς εὑρέθης, ἡμῖν δὲ οὐκ ἠθέλησας ὁμιλῆσαι· φησίν· « Ὅλην τὴν ἡμέραν, » τουτέστι, πάντα τὸν χρόνον, « ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου, » ὥστε ἑφελκύσασθαι ὑμᾶς· ἀλλ' ὑμεῖς ἐφάνητε λαὸς ἀπειθὴς καὶ ἀντιλέγων. Ὑμέτερον οὖν τὸ ἔγκλημα, οὐκ ἐμόν. Ἐγὼ γὰρ ἐξεπετάννυον τὰς χεῖρας, καὶ παρεκάλουν· ἀλλ' οὐχ ὑπηκούσατε. Ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ ἤκουσαν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ ἔγνωσαν· οὐκ ἠθέλησαν δὲ ὑπακοῦσαι.

Vers. 21. « Ad Israel autem dicit [d] : Tota die expandi manus meas ad populum non obedientem et contradicentem. » Ne possent dicere Judæi : A gentibus quidem es inventus, nobiscum vero noluisti versari, subdit, « Tota die, » hoc est, omni tempore « expandi manus meas » ut attraherem vos : at vos apparuistis populus inobediens et contradicens. Vestra igitur culpa est, non mea. Ego namque extendebam manus meas, et advocabam vos, at vos non obediistis. Proinde manifestum est quod et audiverunt Israelitæ, et cognoverunt, sed obtemperare noluerunt.

[a] Psal. XVIII, 4. [b] Deut. XXXI, 21. [c] Isa, LXV, 1. [d] Isa. LXV, 2.

Variæ lectiones.

[66] ταῦτα o. [67] ἐτίμησαν o. [68] ἧς ἐτιμήθησαν m. [69] πάντως o. [70] ἀτελεῖς. [71] γὰρ o. [72] δευτέρου προσώπου o. [73] ἐκάλεσε o.

Digitized by Google

CAPUT XI.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

A

Vers. 1,2. « Dico igitur : Nunquid repulit Deus populum suum quem prænovit? Absit ! Nam et ego Israelita sum ex semine Abrahami, e tribu Benjamin. Non repulit Deus populum suum quem præscivit. » Quia illos populum inobedientem vocarat, dubitat deinceps et dicit : Num quia populus incredulus et inobediens factus est, eapropter cassatæ sunt promissiones? Respondet : « Absit ! Non enim repulit populum suum quem prænoverat, » hoc est, quem sciebat idoneum ad fidem recipiendam. « Nam et ego Israelita sum. » Ac ne illi objiciant, Tune solus **79** es populus? infert posthac : « Non repulit populum suum, » pro eo quod est, Sunt et alii ter mille, et quinquies mille, imo myriades, quæ ex populo crediderunt, ut Acta apostolorum indicant [e].

B

Vers. 2-4. « Aut nescitis in Elia quid dicat Scriptura? quomodo interpellet ad Deum adversum Israel, dicens : Domine, prophetas tuos occiderunt, et altaria tua suffoderunt, et relictus sum solus, et quærunt animam meam. Sed quid dicit ei divinum responsum? Reliqui mihi ipsi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal. » Ne objiciant ei, Quid ais, Paule? Ter millibusne, vel quinquies millibus, vel paucis myriadibus tantum populum comprehendis, qui arenæ stellisque comparatur? ait quod Et in Eliæ temporibus ad septem millia redacta erant quæ ad salutem pertinebant : verum ne hos quidem Elias norat. Jam

C

vero verisimile est multos esse qui crediderunt. Ac etiamsi ignoretis vos, nihil novi est, cum et Helias illos quondam ignoraverit. Clanculum autem de alio argumento verba faciens, monstrat ipsorum homicidium jam olim a principio de ipsis prædicatum. Ne enim dicant, Tanquam impostorem Christum occidimus, Quomodo igitur, inquit, veteres prophetas, patres et majores vestri occiderunt? Num et illi impostores erant? Sed molesti erant ob multam libertatem. Quomodo autem aras ipsas suffoderunt? Num et illæ immodeste se gesserunt? Qui vero Eliam ipsum, qui pro ipsorum salute zelo ardebat, qui miraculis mirificisque signis clarebat, occidere quærebant? Quare cum tunc temporis, cum tot scelerati homines essent, septem

D

duntaxat millia elegerit sibi ipse Dominus, ut oraculum dicit, hoc est, Domini demonstratio et colloquium : nihil novi est, si etiamnum dignos tantum seligat : quod et per subsequentia declarat.

Vers. 5. « Sic igitur et hoc tempore, reliquiæ secundum electionem gratiæ factæ sunt. » Etiam nunc, inquit, reliquum est, hoc est reliquiæ factæ sunt. Quemadmodum enim paleis repurgatis, quod reliquum est frumentum est : hanc ad rationem pravos reprobans Deus, relinquit sibiipsi dignos. Cum

« Λέγω οὖν· Μὴ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ ὃν προέγνω; Μὴ γένοιτο! Καὶ γὰρ ἐγὼ Ἰσραηλίτης εἰμὶ, ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ, φυλῆς Βενιαμίν. Οὐκ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, ὃν προέγνω. » Εἰπὼν αὐτοὺς λαὸν ἀπειθῆ, διαπορεῖ λοιπὸν, λέγων, ὅτι Ἄρα μὴ ἐπεὶ ἀπειθὴς λαὸς ἐγένοντο, διεψεύσθησαν αἱ ἐπαγγελίαι; καί φησι· « Μὴ γένοιτο! Οὐ γὰρ ἀπώσατο τὸν λαὸν αὐτοῦ, ὃν προέγνω· » τουτέστιν, ὃν ᾔδει ἐπιτήδειον ὄντα πρὸς τὸ τὴν πίστιν δέξασθαι. « Καὶ γὰρ ἐγὼ Ἰσραηλίτης εἰμί. » Εἶτα, ἵνα μὴ εἴπωσιν αὐτῷ· Σὺ μόνος λαὸς εἶ; ἐπιφέρει λοιπόν [75]· « Οὐκ ἀπώσατο τὸν λαὸν αὐτοῦ· » ἀντὶ τοῦ, Καὶ ἕτεροι δή εἰσιν, οἱ τρισχίλιοι δηλαδὴ, καὶ οἱ πεντακισχίλιοι, καὶ αἱ μυριάδες, οἳ ἐκ τοῦ λαοῦ ἐπίστευσαν, ὡς αἱ Πράξεις τῶν ἀποστόλων δηλοῦσιν.

« Ἢ οὐκ οἴδατε ἐν Ἠλίᾳ τί λέγει ἡ Γραφή; ὡς ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ, λέγων· Κύριε, τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν, καὶ τὰ θυσιαστήριά σου κατέσκαψαν, κἀγὼ [76] ὑπελείφθην μόνος, καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχήν μου. Ἀλλὰ τί λέγει αὐτῷ ὁ χρηματισμός; Κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας, οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ. » Ἵνα μὴ εἴπωσιν αὐτῷ· Τί λέγεις, ὦ Παῦλε; τρισχιλίοις, καὶ πεντακισχιλίοις, καὶ μυριάσιν ὀλίγαις περιορίζεις τὸν τοσοῦτον λαὸν, τῇ ἄμμῳ καὶ ἄστροις παρεικαζόμενον; φησὶν, ὅτι Καὶ ἐν Ἠλίᾳ εἰς ἑπτακισχιλίους [76] περιέστη τὰ τῆς σωτηρίας· ἀλλ' οὐδὲ τούτους ὁ Ἠλίας ἠπίστατο. Καὶ νῦν δὲ εἰκὸς πολλοὺς εἶναι τοὺς πεπιστευκότας. Εἰ δὲ καὶ ἀγνοεῖτε ὑμεῖς, οὐδὲν καινὸν, ὅπου γε κἀκεῖνος τοὺς τότε ἠγνόει. Λεληθότως δὲ ἐν τῷ περὶ ἄλλης ὑποθέσεως λέγειν, δείκνυσι τὴν μιαιφονίαν αὐτῶν ἄνωθεν καὶ ἐξαρχῆς κηρυττομένην. Ἵνα γὰρ μὴ λέγωσιν, ὅτι Ὡς πλάνον ἀνείλομεν τὸν Χριστὸν, Πῶς οὖν, φησὶ, τοὺς παλαιοὺς προφήτας οἱ πατέρες ἀνεῖλον ὑμῶν; μὴ κἀκεῖνοι πλάνοι; Ἀλλ' ἐλύπουν διὰ τῆς παῤῥησίας. Πῶς οὖν τὰ θυσιαστήρια κατέσκαψαν; μὴ ἐκεῖνα ἀπηναιδεύοντο; Πῶς δὲ αὐτὸν τὸν Ἠλίαν τὸν ὑπὲρ αὐτῶν ζηλώσαντα, τὸν θαυματουργὸν, ἐζήτουν [77] ἀποκτεῖναι; Ὥστε ἐπεὶ τότε τοσούτων ὄντων τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων, ἑπτακισχιλίους μόνους ὑπεξείλετο ἑαυτῷ Κύριος, ὡς ὁ χρηματισμὸς λέγει, τουτέστιν, ἡ τοῦ Θεοῦ ἐμφάνεια, καὶ ὁμιλία· οὐδὲν καινὸν, εἰ καὶ νῦν τοὺς ἀξίους μόνους ἐκλέγεται· ὃ καὶ διὰ τῶν ἑξῆς δηλοῖ.

« Οὕτως οὖν καὶ ἐν τῷ νῦν καιρῷ, λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονε. » Καὶ νῦν, φησὶ, λεῖμμα, τουτέστι, κατάλειμμα. Ὥσπερ γὰρ τῶν ἀχύρων ἀποκαθαρθέντων, κατάλειμμά ἐστιν ὁ σῖτος· οὕτω τοὺς πονηροὺς ἀποδοκιμάζων ὁ Θεὸς, καταλιμπάνει ἑαυτῷ τοὺς ἀξίους. Ἐν μὲν οὖν τῷ εἰπεῖν, « Κατ'

[e] Act. II, 24. [f] III. Reg. XXXI, 18.

Variæ lectiones.

[75] πάλιν m. [76] καὶ o. [76] ἑπτακισχίλιοι o. [77] ἐζήτει o.

Digitized by Google

ἐκλογήν, » ἔδειξε τὴν ἐκείνων σπουδήν· ἀπὸ γὰρ σπουδῆς ἐγένοντο ἄξιοι τοῦ ἐπιλεγῆναι· τῷ δὲ εἰπεῖν, « Χάριτος, » ἔδειξε τοῦ Θεοῦ τὴν δωρεάν.

« Εἰ δὲ χάριτι, οὐκέτι ἐξ ἔργων· ἐπεὶ ἡ χάρις οὐκέτι γίνεται χάρις. » Ἐκ περιουσίας ἀναπολογήτους δείκνυσι τοὺς ἀπιστήσαντας ἐξ Ἑβραίων. Οὐ γὰρ ἔχετε εἰπεῖν, φησὶν, ὅτι ἔργα καὶ πόνους ἀπαιτεῖ ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τὸ πᾶν χάριτός ἐστι. Διὰ τί οὖν οὐ βούλεσθε σωθῆναι, οὕτως ἀπόνου προκειμένου τοῦ ἀγαθοῦ; Ὥστε οἱ βουληθέντες ἐσώθησαν· οἱ καὶ λαὸς Θεοῦ εἰσιν. Οὐκ ἄρα ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, τὸν ἄξιον σωτηρίας.

« Εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκέτι ἐστὶ χάρις· ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκέτι ἐστὶν ἔργον. » Ἐὰν ἐξ ἔργων εὐαρεστῶμεν, οὐκέτι λοιπὸν ἔχει πάροδον ἡ χάρις· ἐπεὶ ἐὰν ἡ χάρις ἔχῃ πάροδον, τὸ ἔργον λοιπὸν οἴχεται, καὶ οὐκέτι ἐστὶν ἔργον. Ὅπου γὰρ χάρις, ἔργον οὐ ζητεῖται· καὶ ὅπου ἔργον, χάρις οὐκ ἔστι.

« Τί οὖν; Ὃ ἐπιζητεῖ Ἰσραὴλ, τούτου οὐκ ἐπέτυχεν· ἡ δὲ ἐκλογὴ ἐπέτυχε. » Δείξας, τί ποτέ ἐστιν ἡ χάρις, ὅτι ἡ χωρὶς ἔργων Θεοῦ δωρεά, λέγει λοιπὸν, ὅτι οἱ Ἰσραηλῖται ἐπιζητοῦντες δικαιωθῆναι, οὐκ ἐπέτυχον, ὡς κακῶς ζητοῦντες, καὶ ἐξ ἔργων· ὅπερ ἀδύνατον. « Ἡ δὲ ἐκλογὴ, » τουτέστιν, οἱ ἐκλελεγμένοι [78] ἐπέτυχον. Διὰ δὲ τῆς λέξεως ταύτης, ἐμφαίνει τῶν ἀγαθῶν τὸ μέγεθος, καὶ ὅτι τὸ πᾶν τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ κοινῇ ὁμιλίᾳ λέγομεν· Ὃ δεῖνα ἐπέτυχεν, ἀντὶ τοῦ, Ἀπόνως εὗρημα εὗρεν.

« Οἱ δὲ λοιποὶ ἐπωρώθησαν (καθὼς γέγραπται· Ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξεως, ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν) ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. » Παράγει τὸν Ἡσαΐαν μάρτυρα τῆς πωρώσεως, ἵνα μὴ δόξῃ οἰκεῖα λέγειν. Τὸ δὲ, « Ἔδωκεν ὁ Θεὸς, » ἀντὶ τοῦ, Κατέλειψεν αὐτοὺς ἔχειν « πνεῦμα κατανύξεως, » συνεχώρησεν, ἀφῆκε. Κατάνυξιν δὲ, τὴν πρὸς [79] κακὰ ἐπίμονον καὶ ἀμετάθετον ἕξιν τῆς ψυχῆς λέγει. Κατανύσσεσθαι γάρ ἐστι τὸ ἐμπήγνυσθαί που καὶ προσηλοῦσθαι. Τὸ τοίνυν ἀνίατον τῆς γνώμης αὐτῶν καὶ ἀμετάθετον, κατάνυξιν ὠνόμασεν. Ὀφθαλμοὺς γὰρ ἔχοντες, ὥστε βλέπειν τὰ θαύματα, καὶ ὦτα, ἀκούειν τῆς διδασκαλίας τοῦ Κυρίου, οὐδενὶ τούτων εἰς δέον ἐχρήσαντο. Καὶ οὐ μόνον ἐπὶ Χριστοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων. « Ἕως γὰρ τῆς σήμερον ἡμέρας, » φησί.

« Καὶ Δαυὶδ λέγει· Γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα, καὶ εἰς θήραν, καὶ εἰς σκάνδαλον, καὶ εἰς ἀνταπόδομα αὐτοῖς. Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον. » Ἀμετάθετοι, φησὶν, ὄντες ἐν

igitur ait, « Secundum electionem, » illorum studium et conatum indicavit. A conatu enim suo digni sunt facti ut eligerentur. Cum autem dixit, « Gratiæ, » Dei donum commonstravit.

Vers. 6. « Si autem per gratiam, non jam ex operibus : alioqui gratia non erit gratia. » Ex abundanti eos qui ex Hebræis non crediderunt, inexcusabiles esse declarat. Non enim est quod dicatis, opera et labores a vobis exposcere Deum, verum totum est gratiæ. Cur igitur non vultis servari, cum bonum tantum sine labore vobis proponatur ? Proinde qui voluerunt, **80** servati sunt, qui et populus Dei sunt. Non igitur Deus repulit populum suum salute dignum.

« Sin ex operibus, jam non est gratia, cum opus non sit porro opus. » Si per opera placeamus Deo, gratia porro non habebit locum. Nam si gratiæ locus relinquatur, abit statim opus, nec opus porro dicitur. Nam ubi gratia est, ibi opus non quæritur : et ubi est opus, gratia non est.

Vers. 7. « Quid ergo ? Quod quærebat Israel, id non est consecutus ; electio autem est consecuta. » Ostenso quid sit gratia, nempe quod sine operibus Dei donum, dicit deinceps quod Israelitæ quærentes justitiam, eam non sunt assecuti, quippe qui male eam quæsierint, adeoque ex operibus ; quod erat impossibile. « Electio autem, » hoc est, electi sunt assecuti. Per hanc dictionem, bonorum magnitudinem ostendit, et quod totum sit divinæ gratiæ. Nam et nos in familiari et communi sermone dicere solemus : Hoc illi feliciter evenit, hoc est, Citra laborem inventionem invenit.

Vers. 7,8. « Cæteri vero excæcati sunt (sicut scriptum est [g] : Dedit eis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non videant, et aures ut non audiant) usque in hodiernum diem. » Producit Isaiam testem obstinationis ac cæcitatis, ne videatur propria et sua dicere. Porro illud « Dedit Deus, » dixit pro, Reliquit eos habere « spiritum compunctionis, » concessit, permisit. Compunctionem autem dicit, stabilem atque impermutabilem animæ habitum erga malum. Compungi enim, est infigi sane et veluti clavo impacto affigi. Incurabilem itaque et immutabilem illorum sententiam, compunctionem appellavit. Cum enim oculos haberent, ut miracula viderent ; et aures, ut audirent doctrinam Domini, neutro horum sicut oportuit usi sunt. Neque id solum in Christo, verum et in apostolis admiserunt : « In hodiernum enim usque diem, » inquit.

Vers. 9,10. « Et David dicit [h] : Fiat mensa eorum in laqueum et in captionem et in scandalum et retributionem ipsis. Obscurentur oculi eorum ne videant, et dorsum illorum semper incurva. » Cum sint, inquit, impermutabiles in malitia, extremo sup-

[g] Isa. xxix, 10. [h] Psal. lxviii, 22.

Variæ lectiones.

[78] ἐκλεγόμενοι o. [79] περὶ o.

Digitized by Google

plicio afficientur. Mensa enim ipsorum, hoc est, omnia bona et deliciæ ipsorum, convertentur in contrarium, et illaqueentur comprehendanturque, omnium captioni et invasioni expositi, scandala semper et offensiones in vita sua habentes. Indicans autem quod pro peccatis hæc patiantur, dixit, « In retributionem. » Quinetiam oculi eorum sunt obscurati, mentis quidem prorsus atque etiam corporei a calamitatibus. Et dorsum eorum incurvatum est : serviunt enim Romanis servitute nunquam cessatura. **21** Hoc enim est quod ait, « Semper : » nunquam nimirum ab ea liberandi.

A τῇ κακίᾳ, τὰ ἔσχατα κολασθήσονται. Ἡ γὰρ τράπεζα αὐτῶν, τουτέστι, πάντα τὰ ἀγαθὰ, καὶ ἡ τρυφὴ, μεταβληθήσεται [80] εἰς τοὐναντίον· καὶ παγιδευθήτωσαν [81] καὶ συλληφθήτωσαν, εὐχείρωτοι [82] πᾶσι γενόμενοι, καὶ ἀεὶ σκάνδαλα καὶ προσκόμματα ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν ἔχοντες. Δεικνὺς δὲ, ὅτι ὑπὲρ ἁμαρτημάτων ταῦτα πάσχουσιν, εἶπε τὸ, « Εἰς ἀνταπόδομα. » Ἀλλὰ καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐσκοτίσθησαν, καὶ οἱ νοητοὶ μὲν πάντως, καὶ οἱ αἰσθητοὶ δὲ, ἀπὸ τῶν συμφορῶν. Καὶ ὁ νῶτος αὐτῶν ἐκάμφθη· δουλεύουσι γὰρ τοῖς Ῥωμαίοις ἀτελεύτητον δουλείαν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, « Διαπαντός· » οὐδέποτε λύσιν ληψόμενοι ταύτης.

Vers. 11. « Dico igitur : Nunquid impegerunt, ut caderent? Absit ! » Cum abunde satis eos reprehendisset, nunc consolationem eis meditatur, atque interrogat : « Nunquid impegerunt, ut caderent? » hoc est, Nunquid incurabiliter deliquerunt? Haudquaquam. Impegerunt enim, hoc est, offenderunt : verum non ut caderent omnino, ita ut nunquam erigi possent. Etenim servabuntur circa tempus consummationis, ut in progressu orationis dicet.

« Λέγω οὖν· Μὴ ἔπταισαν, ἵνα πέσωσι; Μὴ γένοιτο. » Ἰκανῶς αὐτῶν καθαψάμενος, νῦν παραμυθίαν αὐτοῖς ἐπινοεῖται, καὶ ἐρωτᾷ· « Μὴ ἔπταισαν, ἵνα πέσωσι ; » τουτέστιν, Ἆρα μὴ ἀνίατα ἥμαρτον; « Μὴ γένοιτο ! » Ἔπταισαν μὲν γὰρ, τουτέστι, προσέκρουσαν [83], ἀλλ' οὐχ ἵνα πέσωσι τελείως, μηδέποτε ὀρθωθῆναι δυνάμενοι· καὶ γὰρ σωθήσονται κατὰ τὸν καιρὸν τῆς συντελείας, ὡς προῶν ἐρεῖ.

« Sed eorum delicto salus gentibus obtigit, ut ad æmulandum provocaret eos. » Duo istà vult præstare per ea quæ nunc dicit : nempe consolari Judæos, et gentium fastum reprimere, inquiens, quod istis offendentibus diffidentibusque, gentibus exorta est salus. Rerum enim ordo hos primum servari postulabat, deinde gentes : postquam autem isti inobedientes facti sunt, accitæ sunt illæ : quod et in Evangeliis haud paucis in locis significatur. Servatæ autem sunt gentes, ut « ad æmulandum provocaret eos, » hoc est, ut gentium honor mordens hos, persuaderet eos, saltem ex æmulatione adversus eas, ad Christum accedere.

« Ἀλλὰ τῷ αὐτῶν παραπτώματι ἡ σωτηρία τοῖς ἔθνεσιν, εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς. » Δύο ταῦτα βούλεται κατορθῶσαι, δι' ὧν λέγει νῦν· τό τε παραμυθήσασθαι τοὺς Ἰουδαίους, καὶ τὸ καταστεῖλαι τὸ οἴημα τῶν ἐθνῶν· καί φησιν, ὅτι ἡ σωτηρία τοῖς ἔθνεσιν ἐγένετο, τούτων προσκρουσάντων καὶ ἀπιστησάντων. Ἡ μὲν γὰρ ἀκολουθία ἀπῄτει τούτους πρώτους σωθῆναι, εἶτα τοὺς ἐθνικούς· ἐπεὶ δὲ οὗτοι ἠπείθησαν [84], ἐκλήθησαν ἐκεῖνοι· ὃ καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις πολλαχοῦ δηλοῦται. Ἐσώθησαν δὲ οἱ ἐθνικοὶ « εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτοὺς, » τουτέστιν, ἵνα ἡ τῶν ἐθνῶν [85] τιμὴ δάκνουσα τούτους, κἂν ἐκ τῆς πρὸς ἐκείνους φιλονεικίας, πείσῃ προσελθεῖν.

Vers. 12. « Quod si delictum illorum, divitiæ sunt mundi, et diminutio eorum divitiæ gentium : quanto magis plenitudo ipsorum? » Si, quando offenderunt, inquit, tam multis fuerunt conciliatores salutis, et pro hoc quod isti fuerunt rejecti, illæ sint assumptæ, lapsusque eorum divitiæ gentium fuerint : « Quanto magis plenitudo ipsorum, » id est quando omnes ad Christum reversi servati fuerint? Hæc autem dicit veluti gratificans ipsis, et solamen afferens. Non enim quia impegerunt Israelitæ, propterea salvæ factæ essent gentes, nisi fidem habuissent.

« Εἰ δὲ τὸ παράπτωμα αὐτῶν πλοῦτος κόσμου, καὶ τὸ ἥττημα αὐτῶν πλοῦτος ἐθνῶν· πόσῳ μᾶλλον τὸ πλήρωμα αὐτῶν ; » Εἰ ὅτε προσέκρουσαν, φησὶ, πρόξενοι ἐγένοντο τοσούτοις σωτηρίας, καὶ ἐν τῷ τούτους ἀποβληθῆναι, ἐκεῖνοι προσελήφθησαν, καὶ τὸ σφάλμα αὐτῶν πλοῦτος ἐγένετο τῶν ἐθνικῶν· « Πόσῳ μᾶλλον τὸ πλήρωμα αὐτῶν, » τουτέστιν, ὅταν πάντες σωθῶσιν ἐπιστρέψαντες; Ταῦτα δὲ λέγει, χαριζόμενος αὐτοῖς, καὶ παραμυθούμενος. Οὐ γὰρ διότι ἔπταισαν οἱ Ἰσραηλῖται, διὰ τοῦτο ἐσώθησαν ἂν οἱ ἐθνικοὶ, εἰ μὴ πίστιν εἶχον.

Vers. 13, 14. « Vobis enim gentibus dico, quatenus ego quidem sum gentium apostolus, ministerium meum glorifico : si quo modo ad æmulandum provocem carnem meam, et salvos faciam aliquos ex illis. » Rursum Judæos consolans, gentium cristas dejicit, inquiens : Laudo vos, gentes, propter duo hæc : alterum, quia necessarium mihi est, tanquam institutionis et religionis vestræ institutori, glorifi-

« Ὑμῖν γὰρ λέγω τοῖς ἔθνεσιν, ἐφ' ὅσον μέν εἰμι ἐγὼ ἐθνῶν ἀπόστολος, τὴν διακονίαν μου δοξάζω· εἴπως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα, καὶ σώσω τινὰς ἐξ αὐτῶν. » Πάλιν παραμυθούμενος τοὺς Ἰουδαίους, καταστέλλει τοὺς ἐθνικοὺς, καί φησιν, ὅτι Ἐπαινῶ ὑμᾶς, ὦ ἐθνικοὶ, διὰ δύο ταῦτα· ἓν μέν, ὅτι ἀνάγκην ἔχω, ἅτε τὴν διδασκαλίαν ὑμῶν ἐγκεχειρισμένος, δοξάζειν τὴν διακονίαν μου, τουτέστιν, ὑμᾶς· δι'

Variæ lectiones.

[80] μεταβληθήτω m. [81] παιδευθήτωσαν. [82] ἀχείρωτοι o. [83] προσέκοψαν o. [84] ἠπίστησαν o. [85] ἐθνικῶν o.

Digitized by Google

ἕτερον δὲ, ἵνα παραζηλώσω, τουτέστιν, εἰς ζῆλον ἐμβάλω τὴν σάρκα μου, τουτέστι, τοὺς κατὰ σάρκα συγγενεῖς μοι Ἰουδαίους. Σάρκα δὲ εἰπὼν, γνησιότητα καὶ φιλοστοργίαν ἐνέφηνε. « Καὶ σώσω, » οὐκ εἶπε, Πάντας, ἀλλά, « Τινάς. » Λεληθότως γὰρ τὴν αὐτῶν σκληρότητα ὑπεμφαίνει· ἴσως γὰρ φιλονεικίᾳ χρώμενοι μιμήσονται τοὺς ἐθνικοὺς, καὶ πιστεύσουσί τινες.

« Εἰ γὰρ ἡ ἀποβολὴ αὐτῶν, καταλλαγὴ κόσμου· τίς ἡ πρόσληψις, εἰ μὴ ζωὴ ἐκ νεκρῶν ; » Εἰ ὀργιζόμενος αὐτοῖς, φησὶν, ὁ Θεὸς, τοιαῦτα ἐχαρίσατο ἑτέροις, καὶ τοὺς ἐχθροὺς φίλους ἐποίησεν· ὅταν αὐτοὺς προσλάβηται, τί οὐκ ἂν χαριεῖται; Ζωὴ γὰρ ἐκ νεκρῶν τότε ἔσται, τουτέστιν, ἄπειρα ἀγαθά· τοῦτο γὰρ δηλοῖ διὰ τῆς ζωῆς. Ἅμα δὲ καὶ αἰνίττεταί τι βαθύτερον, ὅτι ὥσπερ ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις, οὐ διὰ τοὺς Ἰουδαίους ἔσται, οὕτως οὐδὲ ἄλλων σωτηρία δι' αὐτοὺς, εἰ μὴ ἐκεῖνοι πίστιν ἔχοιεν. Ἃ γὰρ ἅπαντα δικεῖ λέγειν ὑπὲρ αὐτῶν, ψυχρὰν χάριν χαριζόμενος λέγει, ὡς καὶ οἱ ἰατροὶ πολλάκις ποιοῦσι τοῖς κάμνουσιν.

« Εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα· καὶ εἰ ἡ ῥίζα ἁγία, καὶ οἱ κλάδοι. » Ἀπαρχὴν καὶ ῥίζαν ὀνομάζει τοὺς πατριάρχας· φύραμα δὲ καὶ κλάδους, τοὺς ἐξ ἐκείνων πιστεύσαντας [86]. Παραμυθεῖται οὖν τοὺς ἀπίστους Ἑβραίους, ὅτι Καὶ ὑμεῖς ἅγιοι ἔσεσθε πιστεύσαντες. Ἀνάγκη γὰρ τῇ ἀπαρχῇ, τουτέστι, τῇ ζύμῃ τὸ φύραμα, καὶ τῇ ῥίζῃ τοὺς κλάδους ἐξομοιοῦσθαι. Εἰ δὲ ὑμεῖς μὴ ἐξομοιοῦσθε, μεγάλης κακίας τοῦτο σημεῖον.

« Εἰ δέ τινες τῶν κλάδων ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ ἀγριέλαιος ὢν ἐνεκεντρίσθης ἐν αὐτοῖς, καὶ συγκοινωνὸς τῆς ῥίζης καὶ τῆς πιότητος τῆς ἐλαίας ἐγένου, μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων. » Τοὺς ἀπίστους Ἑβραίους ἐκάλεσε κλάδους ἀποκλασθέντας· ἀνάξιοι γὰρ τῆς ῥίζης τῆς ἁγίας ἐγένοντο. Καὶ καλῶς εἶπε τὸ, « Ἐξεκλάσθησαν· » οὐδέποτε γὰρ οὕτως αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἀπεβάλετο, καίτοι διαφόρως ἡμαρτηκότας. Ἀντ' αὐτῶν δὲ ἐνεκεντρίσθης, φησὶ, σὺ ὁ ἐθνικός. Οὐκ εἶπεν, Ἐφυτεύθης, ἀλλ', « Ἐνεκεντρίσθης· » δάκνων τὸν Ἰουδαῖον, καὶ δεικνύων ἐν τῷ αὐτοῦ δένδρῳ, τουτέστι, τοῖς πατριάρχαις, τὸν ἐθνικὸν ἱστάμενον, καὶ συγκοινωνὸν ὄντα τῆς ῥίζης καὶ τῆς πιότητος, τουτέστι, τῆς αὐτῆς ἐκείνοις εὐγενείας καὶ δόξης μετέχοντα παρὰ Θεῷ. Μὴ οὖν κατὰ τῶν κλάδων ἐπαίρου καὶ καυχῶ.

« Εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι, οὐ σὺ τὴν ῥίζαν βαστάζεις, ἀλλ' ἡ ῥίζα σέ. » Καὶ τί τοῦτο κατόρθωμα τῶν ἀποσπασθέντων κλάδων; Τῆς γὰρ ῥίζης ἐστὶ τὸ βαστάζειν. Ὁρᾷς, πῶς τοῖς Ἰουδαίοις ψυχρὰν χαρίζεται χάριν, παραμυθήσασθαι μόνον σπεύδων; Μᾶλλον δὲ καὶ διὰ τοῦτο [87] παροξύνει εἰς ζῆλον, δεικνὺς τὴν ζημίαν ἣν ἔπαθον, καὶ ὅπως ἄλλοι τὰ αὐτῶν ἔλαβον καὶ ἔχουσιν.

A care ministerium meum, hoc est, vos : alterum, ut provocem, hoc est ad æmulationem conjiciam sive permoveam carnem meam, hoc est, secundum carnem cognatos mihi Judæos. Carnem autem dicens, cognationem et naturalem ejus affectum commonstravit. « Et servem, » non dixit omnes, sed, « Aliquot. » Clanculum enim eorum duritiam subindicat : fortasse enim contentione et æmulatione quadam accensi, imitabuntur gentes, et credent aliqui.

82 Vers. 15. « Si enim rejectio ipsorum est reconciliatio mundi, quæ erit assumptio, nisi vita ex mortuis? » Si iratus ipsis Deus, talia donavit aliis, hostesque amicos fecit : quando ipsos assumpserit denuo, quid non donaturus est? Vita namque ex mortuis tum erit, hoc est infinita plane bona : hoc B enim per vitam indicat. Simul autem et quiddam altius innuit : nimirum, quemadmodum ex mortuis resurrectio non propter Judæos continget, sic neque aliorum salus propter ipsos, nisi illi fidem habuerint. Quæcunque enim pro ipsis dicere videtur, ea dicit, frigidam gratiam illis impertiens, uti medici laborantibus sæpe faciunt.

Vers. 16. « Si autem primitiæ sanctæ, et massa : et si radix sancta, et rami. » Primitias et radicem appellat patriarchas : massam autem et ramos, eos qui ex illis crediderunt. Consolatur igitur incredulos Hebræos, dicens : Et vos sancti eritis, si credideritis. Necesse enim est primitiis, hoc est, fermento massam, et radici ramos assimilari. Sin vos illis C non assimilemini, ingentis malitiæ hoc est argumentum.

Vers. 17, 18. « Quod si aliqui ex ramis effracti sunt, tu vero cum oleaster esses, insertus es in illis, et socius radicis et pinguedinis olivæ factus es, noli gloriari adversus ramos. » Infideles Hebræos appellavit effractos ramos : indigni enim sancta radice facti sunt. Pulchre autem dixit, « Effracti sunt : » nunquam enim Deus sic ipsos rejecit, licet multifariam peccassent. Pro ipsis autem tu insitus es, o Ethnice. Non dixit autem, Plantatus es, sed, « Insitus, » Judæum ita mordens, et ostendens gentes in ipsius arbore, hoc est patriarchis consistere, esseque consortes et participes radicis et pinguedinis, hoc est ejusdem cum illis nobilitatis et gloriæ D apud Deum participes. Ne igitur attollere et gloriare adversus ramos.

« Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. » Et quodnam hoc ramorum qui avulsi sunt præclarum facinus? Radicis enim est portare. Viden' quam frigide gratificetur Judæis, consolari ipsos tantummodo enitens? Atqui per hoc potius ad æmulationem eos incitat, damnum ostendens quod sunt passi, et quomodo alii quæ ipsorum erant percepérunt et possident.

Variæ lectiones.

[86] πιστεύοντας o [87] τοῦτον o.

Digitized by Google

Vers. 19, 20. « Dices igitur : Effracti sunt rami, ut ego insererer. Bene : propter incredulitatem effracti sunt, tu autem fide stas : noli altum sapere, sed time. » Hic ostendit, quod non quia illi impegerint, gentes sint subrogatæ in ipsorum locum, sed propter fidem quam demonstraverunt. Ubi autem gentes deprimere videtur, indicat Judæorum lapsum venia **83** et excusatione carere. Utrosque autem corrigit. Dices igitur tu qui es ex gentibus : « Effracti sunt ut ego inserar. » Effracti sunt quidem, sed ob suam incredulitatem : non quod tibi eum honorem Deus debuerit : « Stas *enim* fide, » hoc est, Propter fidem stas radici insitus. Metue igitur : nam non est naturæ insitio, sed fidei.

Vers. 21. « Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, nequando nec tibi parcat. » Siquidem illi natura fuerunt filii sanctorum patriarcharum, ac propter incredulitatem suam sunt evulsi et effracti. Quare tu multo magis metue, qui ascititius es, ne si quando offendas, tibi etiam non parcat.

Vers. 22, 23. « Vide igitur bonitatem et severitatem Dei : in eos quidem qui ceciderunt, severitatem : in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate : alioquin et tu excideris. Et illi rursus si non manserint in incredulitate, inserentur : potens est enim Deus rursum inserere eos. » Non dixit, Vide igitur opus tuum, sed, « Bonitatem Dei : » totum enim illius est gratiæ. Et stude permanere, non dixit, in fide, sed, « In bonitate, » hoc est, digna Dei clementia perage ad finem usque vitæ. Nisi enim ita egeris, excideris : quemadmodum et illi, si non perseveraverint in incredulitate, inserentur. Nam neque Deus eos primum evulsit effregitve, sed ipsi a sese per incredulitatem suam deciderunt et effracti sunt. Severitatem autem Dei dicit, quod non parcat eis, sed indignos eos judicet sanctorum patrum communione et societate. Sapientissime vero Paulus gentes terret per ea quæ Hebræis acciderunt ; exemploque gentium Judæos animat et excitat, ut per fidem inserantur : atque a Dei potentia bene sperare jubet. « Potens enim est Deus, inquit, inserere, » qui omnia supra spem nostram transigit.

Vers. 24. « Si enim tu ex naturali oleastro excisus es, et præter naturam insitus es in bonam olivam : quanto magis hi qui secundum naturam, inserentur suæ olivæ? » Si tu ex gentibus, inquit, natura malus, majores habens oleastro similes, excisus es ab illis per fidem, insitusque es præter naturam bonæ et fecundæ oleæ, sive patriarchis : quanto magis Judæus, natura bonum possidens, ad nativam suam oleam non recurret, hoc est ad patres? Quando autem audiveris Paulum, « Secundum naturam, » dicentem, decens et consequens intellige :

A « Ἐρεῖς οὖν· Ἐξεκλάσθησαν οἱ κλάδοι, ἵνα ἐγὼ ἐγκεντρισθῶ. Καλῶς· τῇ ἀπιστίᾳ ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ τῇ πίστει ἕστηκας· μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ.» Ἐνταῦθα δείκνυσιν, ὅτι οὐχὶ διότι ἐκεῖνοι ἔπταισαν, διὰ τοῦτο οἱ ἐθνικοὶ ἀντεισήχθησαν, ἀλλὰ διὰ τὴν πίστιν ἣν ἐπεδείξαντο. Ἐν οἷς οὖν δοκεῖ καταστέλλειν τὸν ἐθνικόν, δείκνυσι τὸν Ἰουδαῖον ἀσύγγνωστα πταίσαντα. Ἀμφοτέρους δὲ κατορθοῖ[88]. « Ἐρεῖς οὖν » σὺ ὁ ἐθνικὸς, ὅτι « Ἐξεκλάσθησαν, ἵνα ἐγὼ ἐγκεντρισθῶ. » Ἐξεκλάσθησαν μὲν, ἀλλὰ διὰ τὴν αὐτῶν ἀπιστίαν, οὐχὶ διότι σοὶ ὁ Θεὸς ἐχρεώστει τιμήν· « Ἕστηκας γὰρ τῇ πίστει, » ἀντὶ τοῦ, Διὰ τὴν πίστιν ἕστηκας, ἐν τῇ ῥίζῃ ἐγκεκεντρισμένος. Φοβοῦ τοίνυν· οὐ γὰρ φύσεώς ἐστι τὸ ἐγκέντρισμα, ἀλλὰ πίστεως.

B « Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, μήπως οὐδὲ σοῦ φείσηται. » Ἐκεῖνοι γὰρ φύσει ἦσαν υἱοὶ τῶν ἁγίων πατριαρχῶν, καὶ διὰ τὴν ἀπιστίαν ἐξεκλάσθησαν. Φοβοῦ σὺ πολλῷ μᾶλλον ὁ εἰσποίητος, μήπως πταίσαντός σου οὐ φείσηται.

« Ἰδὲ οὖν χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν Θεοῦ· ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας, ἀποτομίαν· ἐπὶ δὲ σὲ, χρηστότητα, ἐὰν ἐπιμείνῃς τῇ χρηστότητι· ἐπεὶ καὶ σὺ ἐκκοπήσῃ. Καὶ ἐκεῖνοι δὲ, ἐὰν μὴ ἐπιμείνωσι τῇ ἀπιστίᾳ, ἐγκεντρισθήσονται· δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς πάλιν ἐγκεντρίσαι αὐτούς. » Οὐκ εἶπεν, Ἰδὲ οὖν τὸ κατόρθωμά σου, ἀλλὰ, « Τὴν χρηστότητα τοῦ Θεοῦ· » τὸ πᾶν γὰρ τῆς ἐκείνου χάριτος· καὶ σπούδαζε[89] ἐπιμεῖναι, οὐκ εἶπε, Τῇ πίστει, ἀλλὰ, « Τῇ C χρηστότητι· » τουτέστιν, Ἄξια πρᾶττε τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἄχρι τέλους. Εἰ γὰρ μὴ πράττῃς οὕτως, ἐκκοπήσῃ[90]· ὥσπερ ἐκεῖνοι, ἐὰν μὴ ἐπιμείνωσι τῇ ἀπιστίᾳ, ἐγκεντρισθήσονται. Καὶ γὰρ οὐδὲ ὁ Θεὸς αὐτοὺς προηγουμένως[91] ἐξέκλασεν, ἀλλ' αὐτοὶ ὑφ' ἑαυτῶν τῇ ἀπιστίᾳ ἐξέπεσον, καὶ ἐξεκλάσθησαν[92]. Ἀποτομίαν δὲ Θεοῦ λέγει, τὸ μὴ φείσασθαι αὐτῶν, ἀλλ' ἀναξίους κρῖναι τῆς πρὸς τοὺς ἁγίους πατέρας κοινωνίας καὶ ἀλληλουχίας. Σοφώτατα δὲ ὁ Παῦλος καὶ τὸν ἐθνικὸν φοβεῖ, ἀπὸ τῶν συμβάντων τῷ Ἰουδαίῳ· καὶ τὸν Ἰουδαῖον παραθαῤῥύνει τῷ τοῦ ἐθνικοῦ ὑποδείγματι, εἰς τὸ διὰ τῆς πίστεως ἐγκεντρισθῆναι, καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως εὐέλπιδα ποιεῖ. « Δυνατὸς γάρ ἐστι, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐγκεντρίσαι, » D ὁ πάντα ὑπὲρ ἐλπίδα ποιῶν.

« Εἰ γὰρ σὺ ἐκ τῆς κατὰ φυσιν ἐξεκόπης ἀγριελαίου, καὶ παρὰ φύσιν ἐνεκεντρίσθης εἰς καλλιέλαιον· πόσῳ μᾶλλον οὗτοι οἱ κατὰ φύσιν, ἐγκεντρισθήσονται τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ; » Εἰ σὺ ὁ ἐθνικὸς, φησὶ, κακῶς ὢν φύσει, καὶ ἔχων πατέρας ἀγριελαίῳ ἐοικότας, ἐξεκόπης ἐκείνων διὰ τῆς πίστεως, καὶ ἐνεκεντρίσθης παρὰ φύσιν τῇ καλλιελαίῳ, ἤγουν τοῖς πατριάρχαις· πόσῳ μᾶλλον ὁ Ἰουδαῖος, κατὰ φύσιν ἔχων τὸ καλὸν, οὐκ ἐπαναδραμεῖται πρὸς τὴν ἰδίαν ἐλαίαν, τουτέστι, τοὺς πατέρας; Ὅταν δὲ ἀκούσῃς τοῦ Παύλου τὸ, « Κατὰ φύσιν, » λέγοντος, τὸ εἰκὸς νόει καὶ τὸ ἀκό-

Variæ lectiones.

[88] διορθοῖ o. [89] σπουδάζων o. [90] κοπήσῃ o [91] προηγούμενος o. [92] κατεκλάσθησαν o.

Digitized by Google

λουθον· οἷον, εἰκὸς ἦν τὸ τέκνον τοῦ ἁγίου Ἀβραὰμ ἅγιον εἶναι· ὥσπερ αὖ, « Παρὰ φύσιν, » ἀντὶ τοῦ, ἀπεικὸς καὶ ἀνακόλουθον, τὸ τέκνον τοῦ μιαροῦ Ἕλληνος ἅγιον γενέσθαι.

« Οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, τὸ μυστήριον τοῦτο (ἵνα μὴ ἦτε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς), ὅτι πώρωσις ἀπὸ μέρους τῷ Ἰσραὴλ γέγονεν, ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ. καὶ οὕτω πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται. » Μυστήριον ἐνταῦθα, τὸ ἀγνοούμενον καὶ ἀπόῤῥητον λέγει. Τί δὲ τοῦτο; Ὅτι οὐκ ἐξ ὁλοκλήρου ἡ ἀπιστία τῶν Ἑβραίων, ἀλλ' ἐκ μέρους ἡ πώρωσις. Πολλοὶ γὰρ ἐπίστευσαν, οὓς προέγνω ὁ Θεὸς, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, καὶ αὖ μέλλουσι πιστεύειν. Ἐπωρώθησαν γὰρ οἱ Ἰσραηλῖται, ἄχρις οὗ πάντες οἱ προεγνωσμένοι [98] ἐθνικοὶ σωθῶσι· καὶ τότε πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται, πιστεύσας δηλαδή.

« Καθὼς γέγραπται· Ἥξει ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος, καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ. Καὶ αὕτη αὐτοῖς ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη, ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. » Τὸν Ἡσαΐαν πάλιν εἰσάγει βοῶντα, ὅτι « Ἥξει ἐκ Σιὼν » ὁ δυνάμενος σῶσαι, καὶ καθαρίσει τὰς ἁμαρτίας τῶν Ἰσραηλιτῶν. Καὶ πότε ταῦτα ἔσται; « Ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν· » τουτέστιν, Ὅταν τῆς διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀφέσεως καταξιώσω. Ὥστε ἐπεὶ οὔπω ταύτης ἔτυχον (πεπώρωνται γὰρ), ὕστερον μέλλει γίνεσθαι τοῦτο.

« Κατὰ μὲν τὸ Εὐαγγέλιον, ἐχθροὶ δι' ὑμᾶς· κατὰ δὲ τὴν ἐκλογὴν, ἀγαπητοὶ διὰ τοὺς πατέρας. Ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα καὶ ἡ κλῆσις τοῦ Θεοῦ. » Διότι, φησὶν, ὑμεῖς ὑπηκούσατε τῷ Εὐαγγελίῳ, καὶ προσελήφθητε ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, φιλονεικότεροι αὐτοὶ γεγόνασι καὶ ἀπεπήδησαν μᾶλλον, καὶ ἐχθροὶ ἐγένοντο· καθὼ μέντοι οἱ πατέρες αὐτῶν ἐξελέγησαν ὑπὸ Θεοῦ ἐξ ἀρχῆς, οὐκ ἐάσει αὐτοὺς ὁ Θεὸς πάμπαν ἀπολέσθαι (ἀγαπητοὶ γάρ εἰσιν), ἀλλ' ἐὰν πιστεύσωσι, παραδέξεται.

« Ὥσπερ γὰρ ὑμεῖς ποτε ἠπειθήσατε τῷ Θεῷ, νῦν δὲ ἐλεήθητε [*vulg.* ἠλ.] τῇ τούτων ἀπειθείᾳ· οὕτω καὶ οὗτοι ἠπείθησαν νῦν τῷ ὑμῶν ἐλέει, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσιν. » Ἔτι κατασκευάζει ὅτι σωθήσονται οἱ ἐξ Ἰσραὴλ ὕστερον. Ὑμεῖς γὰρ, φησὶν, οἱ ἐθνικοὶ κληθέντες πρότερον, οὐκ ἐθελήσατε ὑπακοῦσαι, καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθησαν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ νόμον ἔλαβον· πάλιν, κληθέντων τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀπειθησάντων τῷ Χριστῷ, ἐκλήθητε ὑμεῖς, καὶ ἠλεήθητε. Ἀλλὰ τὸ ὑμῶν ἔλεος, καὶ τούτων ἔσται· παραζηλώσουσι γὰρ ὑμᾶς, καὶ πιστεύσουσι καὶ αὐτοὶ, καὶ οὕτω τῷ ὑμῶν ἐλέει ἐλεηθήσονται.

« Συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν, ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ. » Τουτέστιν, Ἤλεγξεν,

exempli gratia, decens erat et par, filium sancti Abrahami sanctum esse : sicut et rursus, « Præter naturam, » pro eo quod est, indecens et inconsequens, dixit, ut, Non erat verisimile polluti Græci gnatum sanctum fieri.

84 Vers. 25, 26. « Nolo enim vos, fratres, ignorare mysterium hoc (ut non sitis apud vosmetipsos prudentes), quod cæcitas Israeli ex parte contigit, donec plenitudo gentium intraret; et sic omnis Israel salvus erit. » Mysterium hic ignotum et arcanum dicit. Quidnam autem hoc est? Quod non in universum incredulitas, verum ex parte cæcitas et obduratio Hebræos invaserat. Multi enim crediderunt, quos Deus præsciverat, ut supra dictum est, et posthac multi credituri sunt. Excæcati enim sunt Israelitæ, donec ethnici omnes prædestinati salvi facti sint : et tunc omnis Israel salvus erit, qui crediderit videlicet.

Vers. 26, 27. « Sicut scriptum est : Veniet ex Sion Liberator, et avertet impietates a Jacob. Hocque ipsis a me testamentum, quando abstulero peccata ipsorum. » Isaiam rursus adducit clamantem, quoniam « Veniet ex Sion, » qui possit servare, et purgabit Israelitarum peccata. Quando autem hæc erunt? « Quando abstulero peccata eorum, » hoc est, Cum per baptisma eos dimissione noxæ donavero. Quare cum nondum hanc assecuti sint (sunt enim indurati sive excæcati), in posterum hanc consequentur.

Vers. 28, 29. « Secundum Evangelium quidem, inimici propter vos, secundum electionem autem dilecti propter patres. Sine pœnitentia enim sunt dona Dei et vocatio. » Quia vos obediistis, inquit, Evangelio, et assumpti estis a Deo, ipsi contentiosiores facti sunt, magisque resilierunt, et hostes sunt redditi : at quatenus patres eorum jam olim ab initio sunt electi a Deo, non sinet eos Deus interire prorsus (dilecti enim sunt), sed si crediderint, recipiet eos.

Vers. 30, 31. « Sicut enim et vos aliquando non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum : ita et isti non crediderunt nunc in vestram misericordiam, ut et ipsi misericordiam consequantur. » Confirmare pergit Israelitas tandem conservandos. Vos enim, inquit, ethnici primum vocati, noluistis obedire, et propterea vocati sunt Judæi, atque legem acceperunt. Rursus, vocatis Judæis, et Christo morem non gerentibus, vocati estis vos, et misericordiam estis consecuti : verum vestra misericordia horum quoque erit. Æmulabuntur enim vos, credentque ipsi, hacque ratione vestra misericordia donabuntur.

Vers. 32. « Conclusit enim Deus omnes sub incredulitate, ut omnium misereatur. » Hoc est, Arguit,

Variæ lectiones.

[98] προωρισμένοι ο.

Digitized by Google

demonstravit inobedientes et incredulos, ut alios aliorum contentione servaret. Prius enim, gentibus non obtemperantibus, servavit, uti dictum est, Hebræos : rursus Judæis Christo non credentibus, salvæ factæ sunt gentes : conservatis **85** autem gentibus Judæi æmulantes, ipsi etiam servantur : et sic omnes misericordiam consequuntur.

A ἀπέδειξεν ἀπειθοῦντας, ἵνα τοὺς ἑτέρους διὰ τῆς τῶν ἑτέρων σώσῃ φιλονεικίας. Πρότερον γὰρ ἀπειθησάντων τῶν ἐθνικῶν, ἔσωσεν, ὡς εἴρηται, τοὺς Ἑβραίους· πάλιν ἐπὶ Χριστοῦ ἀπειθησάντων τῶν Ἰουδαίων, ἐσώθησαν οἱ ἐθνικοί· σωθέντων [δὲ] τῶν ἐθνικῶν, παραζηλοῦντες οἱ Ἰουδαῖοι, σώζονται καὶ αὐτοί· καὶ οὕτω πάντες ἐλεοῦνται.

VERS. 33. « O profunditatem divitiarum et sapientiæ et scientiæ Dei ! quam sunt imperscrutabilia judicia ejus, et impervestigabiles viæ ejus ! » Reputans secum Dei dispensationes, quæ a mundi fuerunt constitutione, qui per contraria dispenset contraria, ac per alios inobedientes et incredulos, alios obedientes et credulos efficiat, obstupuit : affirmans eum omnino qui sic res nostras dispensat, de Hebræorum etiam futura salute, aliquid dispensaturum. Divitias igitur divinam bonitatem appellat, cujus profunditatem solummodo demiratur, quantitatem ignorans : opum enim est, gentes adeo locupletes facere. Enimvero cum bonitate et sapientiam admiratur per quam nostra regit ac dispensat, rudesque gentes erudiit; et cognitionem per quam novit quid unicuique conducat. Non dixit autem, Incomprehensibilia sunt judicia ejus, sed, « Imperscrutabilia, » hoc est, non omnino recipientia indagationem. « Et viæ ejus, » hoc est, dispensationes, nedum non possunt agnosci, sed ne inquiri quidem prorsus, vel vestigium ipsarum conspici.

« Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ! ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ ! » Τὰς οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ ἀναλογισάμενος, τὰς ἀφ' οὗπερ ὁ κόσμος συνέστη, πῶς διὰ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία οἰκονομεῖ, καὶ δι' ἑτέρων ἀπειθούντων, ἄλλους εὐπειθεῖς ἀναδείκνυσιν, ἐξεπλάγη· πιστούμενος ὅτι πάντως ὁ οὕτως οἰκονομῶν τὰ ἡμέτερα, καὶ περὶ τῆς μελλούσης σωτηρίας B τῶν Ἰουδαίων οἰκονομήσει. Πλοῦτον μὲν οὖν ὀνομάζει τὴν ἀγαθότητα, ἧς τὸ βάθος ἐκπλήττεται μόνον, τὸ ποσὸν αὐτῆς ἀγνοῶν· πλούτου γὰρ τὸ, τοὺς ἐθνικοὺς οὕτως εὐπόρους ποιῆσαι. Οὐ μὴν [a] ἀλλὰ πρὸς τῇ ἀγαθότητι καὶ τὴν σοφίαν ἐκπλήττεται, δι' ἧς πλείκει τὰ ἡμέτερα, καὶ τοὺς ἀμαθεῖς ἐθνικοὺς ἐσόφισε· καὶ τὴν γνῶσιν, δι' ἧς γινώσκει τὸ ἑκάστῳ συμφέρον. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι Ἀκατάληπτα τὰ κρίματα αὐτοῦ, ἀλλ', « Ἀνεξερεύνητα, » τουτέστιν, οὐδόλως δεχόμενα ἔρευναν. « Καὶ αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ, » τουτέστιν, αἱ οἰκονομίαι, οὐ μόνον οὐ δύνανται γνωσθῆναι, ἀλλ' οὐδὲ ζητηθῆναι ὅλως, ἢ ἴχνος αὐτῶν φανῆναι.

VERS. 34, 35. « Quis enim cognovit sensum Domini ? aut quis consiliarius ipsi fuit [b] ? aut quis prior dedit ei, et retribuetur ipsi [c] ? » Solus, inquit, ipse novit sua, et nemo alius. Sapiens porro cum sit, a nullo alio consultore institutus est, sed ipse sibiipsi satis fuit sufficiens, et est. Quinetiam omnium bonorum fons est, et quæcunque dat, non veluti compensationem vel retributionem debeat, impertit, sed ob propriam tantummodo bonitatem. Quis enim primum dedit ei, nimirum Deo, ut retribuatur ipsi? hoc est, ut quod a Deo datur beneficium, tanquam retributio erga ipsum facta imputetur?

« Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου, ἢ τίς σύμβουλος C αὐτῷ ἐγένετο; ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ; » Μόνος, φησὶν, αὐτὸς οἶδε τὰ αὐτοῦ, καὶ οὐδεὶς ἕτερος. Σοφὸς δὲ ὢν, οὐ παρ' ἑτέρου συμβούλου ἐσοφίσθη, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτῷ αὐτάρκης ἐγένετο καὶ ἔστιν. Ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν πηγή ἐστι, καὶ ὅσα δίδωσιν, οὐχ ὡς ἀμοιβὴν ὀφείλων δίδωσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα. « Τίς γὰρ προέδωκεν αὐτῷ, » τουτέστι, τῷ Θεῷ, ἵνα « ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ; » τουτέστιν, ἵνα ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐεργεσία, ὡς ἀνταπόδομα λογισθείη πρὸς αὐτὸν γινόμενον;

VERS. 36. « Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipsum sunt omnia. » Ipse est fons omnium ; hoc enim est quod ait, « Ex ipso ; » et Conditor omnium : hoc enim illud, « Per ipsum; » et conservator omnium : hoc enim illud, « In ipsum. » Omnia enim ex ipso habent principium, et per ipsum facta sunt, et in ipsum ceu fundamentum quoddam vergentia euntiaque consistunt et continentur, conversa ad ipsum.

« Ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. » Αὐτὸς ἡ πηγὴ πάντων· τοῦτο γὰρ τὸ, « Ἐξ D αὐτοῦ· » καὶ ὁ ποιητὴς πάντων· τοῦτο γὰρ τὸ, « Δι' αὐτοῦ· » καὶ ὁ συνοχεὺς πάντων· τοῦτο γὰρ τὸ, « Εἰς αὐτόν. » Πάντα γὰρ ἐξ αὐτοῦ ἔχει τὴν ἀρχὴν, καὶ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ εἰς αὐτὸν, ὥσπερ εἰς θεμέλιόν τινα βεβηκότα ἵστανται καὶ συνέχονται ἐπεστραμμένα πρὸς αὐτόν.

« Ipsi gloria in sæcula. Amen. » Est in more divo Paulo, ut cum ardui quiddam dixerit, cum gratiarum actione sermonem claudat, perinde ac et jam nunc facit. Postquam enim admiratione et

« Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. » Ἔθος τῷ Παύλῳ, ὅταν τι μέγα εἴπῃ, εἰς εὐχαριστίαν καταλείειν τὸν λόγον· ὅπερ οὖν καὶ νῦν ποιεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐξεπλάγη τὴν ἀγαθότητα, καὶ τὴν σοφίαν, καὶ

[b] Isa. XL, 13. [c] Sap. IX, 3.

Variæ lectiones.

[a] οὐ μόνον, o.

Digitized by Google

τὴν γνῶσιν, καὶ τὰς οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ, δοξάζει λοιπὸν αὐτόν· τὸ αὐτὸ καὶ ἡμᾶς διδάσκων, ἐπὶ τοῖς μεγάλοις ἀγαθοῖς εὐχαριστεῖν, καὶ δοξάζειν αὐτὸν καὶ διὰ λόγων, καὶ διὰ πολιτείας.

A stupore percutsus est ob bonitatem, et sapientiam et notitiam, et gubernationem Dei, ipsum deinceps glorificat : nos itidem instituens ob ingentia bona gratias agere, ipsumque et verbis et vita glorificare.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

« Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. » Ἐπειδὴ ἱκανῶς τῷ δογματικῷ ἐνδιέτριψε λόγῳ, λοιπὸν καὶ εἰς τὸν ἠθικὸν πρόεισι. Καὶ ἐπεὶ ἔδειξε τὴν τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμᾶς ἄφατον οἰκονομίαν καὶ ἀγαθότητα, παρακαλεῖ « διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, » τουτέστιν, αὐτοὺς τοὺς οἰκτιρμοὺς μεσίτας προβαλλόμενος, ὡς ἂν τούτους αἰδεσθέντες, μηδὲν ἀνάξιον αὐτῶν ἐπιδειξώμεθα. Τί δὲ παρακαλεῖ; Ἵνα παραστήσωμεν τὰ σώματα ἡμῶν, τουτέστιν, ἵνα εἰς πόλεμον ταῦτα ἐκδῶμεν. Οὕτω γὰρ εἴωθεν ἡ ἐμιλία λέγειν· Παρέστησεν ὁ στρατηγὸς τὰς τάξεις εἰς πόλεμον. Ἢ καὶ ὡς βασιλεῖ τῷ Θεῷ ὀφείλομεν παριστᾷν τὰ μέλη ἡμῶν δόκιμα καὶ ἐκλελεγμένα· τοιοῦτοι γὰρ οἱ τῷ βασιλεῖ παριστάμενοι. Ἀλλὰ καὶ « θυσίαν ζῶσαν » ταῦτα παραστῶμεν [*f.* παριστ. *vel* παραστήσωμ.]. Ὅταν γὰρ νεκρώσωμεν ταῦτα, τότε ζῶμεν κατὰ πνεῦμα. Ἡ μὲν οὖν Ἰουδαϊκὴ θυσία, οὐκ εὐάρεστος τῷ Θεῷ. « Τίς γὰρ ἐξεζήτησε, » φησί, « ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; » Ἡ δὲ τῶν πιστῶν θυσία, ἡ λογικὴ λατρεία, σφόδρα ζητεῖται παρὰ τοῦ Θεοῦ [95]. « Θῦσον » γὰρ « τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως· » καὶ, « Θυσία αἰνέσεως δοξάσει με. » Λογικὴ δὲ λατρεία, οὐ μόνον ἡ διὰ λόγου πρὸς Θεὸν γινομένη, ἀλλὰ καὶ ἡ κατὰ Χριστὸν πολιτεία, ὅταν μηδὲν ἄλογον πάθος ἐν ἡμῖν κρατῇ, ἀλλὰ ὁ λόγος τὰ πάντα διοικῇ· καὶ ὥσπερ ἀρχιερεὺς ἕκαστος ἑαυτοῦ γίνεται, ἀποσφάττων τὰς ἐντὸς κακίας, καὶ δοκῶν ἀεὶ παρεστάναι τῷ Θεῷ, καὶ κατὰ πᾶσαν πρᾶξιν καὶ ῥῆσιν οὕτω φρίττων, ὡς ὁ ἀρχιερεὺς, ὅταν θείῳ θυσιαστηρίῳ παρίσταται.

86 CAPUT XII.

VERS. 1. « Obsecro itaque vos, fratres, per miserationes Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationalem cultum vestrum. » Postquam abunde satis de dogmatibus verba fecisset, deinceps ad morum præcepta pergit. Et cum ineffabilem Dei circa nos dispensationem et bonitatem ostendisset, obsecrat nos « per miserationes Dei, » hoc est, ipsas miserationes intermedias proponens, ut vel ipsas reveriti, nihil ipsis indignum præstemus. Quid autem obsecrat ? Ut exhibeamus corpora nostra, hoc est, ut ad bellum exponamus et tradamus. Sic enim vulgo dici solet : Imperator acies suas ad bellum exhibuit vel instruxit. Aut tanquam regi Deo debemus exhibere membra nostra probata et electa. Tales enim sunt qui imperatori sive militiæ præfecto sistuntur. Insuper, « hostiam viventem » eadem exhibeamus. Quando enim ea mortificaverimus, tunc vivimus secundum spiritum. Judaicum itaque sacrificium non est Deo gratum. « Quis enim, » inquit, « exquisivit hæc de manibus vestris [1] ? » Fidelium autem sacrificium, id est, rationalem cultum vehementer expetit Deus. « Sacrifica enim Deo, » inquit, « sacrificium laudis : » et, « Sacrificium laudis glorificabit me [m]. » Rationalis autem cultus est, non solum qui verbis ad Deum factis præstatur, verum etiam vita est et conversatio secundum Christum : et quando nullus irrationalis affectus in nobis regnat, sed ratio omnia gubernat ; et tanquam pontifex quisque sui ipsius factus fuerit, interiorem malitiam jugulans, seque existimans semper coram Deo stare, ac in omni opere et verbo instar pontificis divinæ aræ assistentis perhorrescens.

« Καὶ μὴ συσχηματίζεσθαι [96] τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθαι [97] τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν. » Ὑποτίθεται ἡμῖν τρόπον, δι' οὗ δυνησώμεθα τὴν λογικὴν λατρείαν κατορθῶσαι· ὅς ἐστιν, ἐὰν μὴ συσχηματιζώμεθα τῷ αἰῶνι τούτῳ. Οὐδὲν γὰρ ἔχει ἑστὸς καὶ βέβαιον, ἀλλὰ πάντα πρόσκαιρα, καὶ σχῆμα μόνον ἔχοντα, οὐχ ὑπόστασίν τινα καὶ οὐσίαν μόνιμον. Μὴ οὖν, φησὶν, ἐξομοιοῦσθε καὶ ὑμεῖς τούτῳ τῷ αἰῶνι ἀνυποστάτῳ· τουτέστι, Μὴ φρονεῖτε τὰ τούτου, « ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν, » τουτέστιν, ἀεὶ ἀνακαίνου σεαυτόν. Ἥμαρτες; ἐπαλαίωσάς σου τὴν ψυχήν. Ἀνακαινίσθητι πάλιν. Κατώρθωσά; τι μικρόν; σπούδασον καὶ μεῖζον κατορθῶσαι, καὶ γέγονας καινὸς, ἀεὶ ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταμορφούμενος. Ὅρα δὲ, πῶς ἐπὶ μὲν τοῦ κόσμου σχῆμα ὠνόμασε, διὰ τὸ εὐδιάλυτον

VERS. 2. « Et ne configuremini huic sæculo, sed transformemini per renovationem mentis vestræ. » Modum nobis proponit, quo rationalem cultum vel servitutem perficere queamus : qui est, si non configuremur sæculo huic. Nihil enim habet vel stabile vel firmum, sed omnia sunt temporaria et figuram tantum habentia, non subsistentiam quamdam, et substantiam firmam seu permanentem. Ne itaque, inquit, assimilemini et vos huic sæculo inconstanti : hoc est, Ne cogitate, neque sapite quæ sunt hujus, « Sed transformemini per renovationem mentis vestræ, » hoc est, Nunquam non teipsum innova. Peccasti ? animam tuam veterem reddidisti : innovare rursus. Correxisti mores tuos paululum ? conare magis magisque emendare, factusque es novus, in melius semper transformatus.

[1] Isa. I, 12. [m] Psal. XLIX, 14.

Variæ lectiones.

[95] τῷ Θεῷ o. [96] —τίζεσθε o. [97] —φοῦσθε o.

Digitized by Google

« Ἤδη κεκορεσμένοι ἐστὲ, ἤδη ἐπλουτήσατε. » Βαρυνομένου ἐστὶ τὰ ῥήματα. Οὕτω ταχὺ, φησὶν, οὐδενὸς δεῖσθε ; οὐδενός ἐστε ἐν χρείᾳ ; ἀλλ' ἤδη ἐκορέσθητε, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ εἰς τὸ τέλειον φθάσαντες, καὶ τὸν πλοῦτον πάντα τῆς τε γνώσεως καὶ τῶν χαρισμάτων λαβόντες ; Καίτοι γε ἐν τῷ μέλλοντί ἐστι τὸ τέλειον· ὑμεῖς δὲ αὐτὸ ἤδη, ὡς ἔοικεν, ἔχετε· ἡ γὰρ καύχησις τοῦτο δηλοῖ, ὅτι εἰς αὐτὴν ἐφθάσατε τὴν τελειότητα. Ταῦτα δὲ λέγει, δεικνύων ὅτι ἀτελέστατοί εἰσιν [79], εἴπερ οὕτως ἔχουσι.

« Χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε. » Καὶ ταῦτα μετὰ τοῦ αὐτοῦ ἤθους φησὶ, τὸ ἀσυνείδητον αὐτῶν ἐνδεικνύμενος, ὅτι Τηλικούτων ἀξιωθέντες ὑμεῖς δωρεῶν, οὐ βούλεσθε ἡμᾶς τοὺς πονήσαντας κοινωνοὺς λαβεῖν.

« Καὶ ὄφελόν [*vulg.* ὄφελ.] γε ἐβασιλεύσατε, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν. » Εἶθε, φησὶν, ἐβασιλεύσατε, τουτέστι, τοῦ τελείου ἐτύχετε. Εἶτα ἵνα μὴ ὀόξῃ εἰρωνεία εἶναι ὁ λόγος, ἐπάγει· « Ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν· » τουτέστι, τῶν αὐτῶν ἀγαθῶν τύχωμεν. Ἡ γὰρ ὑμῶν δόξα ἐμή ἐστιν· ἐπεὶ καὶ παντὶ διδασκάλῳ ἡ τῶν μαθητῶν τελειότης ἐπιπόθητος.

« Δοκῶ γὰρ ὅτι ὁ Θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους ἀπέδειξεν ὡς ἐπιθανατίους. » Λυπουμένου, μᾶλλον δὲ ἐντρέποντος ῥήματα λέγει. Ὡς ὁρῶ γάρ, φησὶν, ἐξ ὧν ὑμεῖς ποιεῖτε, ἡμεῖς οἱ ἀπόστολοι ἔσχατοι πάντων παρὰ Θεοῦ ἀπεδείχθημεν καὶ ἐπιθανάτιοι, τούτεστι κατάδικοι, πρὸς τὸ θανατοῦσθαι [80] παρεσκευασμένοι. Ἐξ ὧν γὰρ [81] ὑμεῖς ἤδη ἐβασιλεύσατε [82], στοχάζομαι ὅτι λοιπὸν ἡμεῖς κατακεκρίμεθα ἔσχατοι εἶναι, καὶ ὡς κατάδικοι· ἡμεῖς οἱ ἀπόστολοι, τουτέστιν, οἱ τοσαῦτα ὑπὲρ Χριστοῦ πεπονθότες.

« Ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ, καὶ ἀγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις. » Τουτέστιν, Οὐκ ἐν γωνίᾳ μιᾷ πάσχομεν, ἀλλὰ πανταχοῦ γῆς· καὶ θεῶνται ἡμᾶς οὐκ ἄνθρωποι μόνοι (οὐ γὰρ οὕτως εὐτελῆ τὰ γινόμενα), ἀλλὰ καὶ ἄγγελοι. Μεγάλα γὰρ ἡμῶν τὰ παλαίσματα, ὡς καὶ ἀγγελικῆς θεωρίας ἄξια εἶναι. Καὶ γὰρ οὐ πρὸς ἀνθρώπους παλαίομεν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς τῶν πονηρῶν ἀγγέλων δυνάμεις.

143 Vers. 7. « Quis enim te dijudicat ? aut quid habes quod non accepisti ? si autem accepisti, quid gloriaris tanquam non acceperis ? » Rursus in doctores invehitur, inquiens : Quis te laude dignum judicavit aut censuit ? homo ? Atqui fallax est humanum judicium. Esto autem te quiddam laude dignum habere : tuum tamen isthuc non est, sed ejus qui dedit, et accepisti illud, non tuis operibus meruisti. Quod si accepisti, quid deinceps efferris tanquam non acceperis, sed ex propriis laboribus per te habueris ? Qui enim accepit quidquam, eum non oportet efferri ob id quod acceperit : alienum enim hoc est.

Vers. 8. « Jam saturati estis, jam divites facti estis. » Graviter ferentis sunt hæc verba. Adeone cito, inquit, nullius indigetis ? nulla plane re habetis opus ? sed jam saturati estis, exiguo temporis spatio perfectionem attingentes, omnes tum cognitionis tum charismatum divitias accipientes ? Atqui perfectio est in futuro : vos vero jam nunc ipsum, ut videtur, tenetis. Gloriatio namque vestra isthuc indicat, quod ad ipsam consummationem perveneritis. Hæc autem dicit, monstrans eos omnium esse imperfectissimos, si ad hunc modum sese habeant.

« Sine nobis regnastis » Istud quoque eodem affectu dicit, mentem ipsorum conscientiæ expertem indicans. Cum enim tot tantisque donis donati perfusique sitis, non vultis, inquit, nos vobis consortes, qui tamen laboravimus, accipere.

« Atque utinam regnetis, ut et nos vobiscum regnemus ! » Utinam, inquit, regnetis, hoc est, perfectionem essetis nacti ! Deinde ne sermo ironicus videatur, subinfert : « Ut et nos vobiscum regnemus, » hoc est, eadem bona consequamur. Vestra enim gloria mea est : quandoquidem cuivis præceptori discipulorum perfectio desiderabilis est.

Vers. 9. « Puto enim quod Deus nos apostolos extremos ostendit tanquam morti destinatos. » Contristati, vel potius pudorem inducentis verba sunt. Ut enim video, inquit, ex his quæ vos agitis, nos apostoli, omnium postremi a Deo demonstrati sumus, morti obnoxii : hoc est condemnati, atque ad mortem præparati. Quia enim vos jam regnatis, hinc conjectura colligo, quod nos jam simus condemnati ut simus postremi, ac veluti ultimo supplicio addicti : « nos, » inquam, « apostoli, » hoc est, qui tot tantaque pro Christo passi sumus.

« Quoniam spectaculum facti sumus mundo et angelis et hominibus. » Hoc est, non in uno quopiam angulo patimur, sed ubique terrarum : spectantque nos, nedum homines (non enim adeo viles sunt res operationesque nostræ), verum **144** etiam angeli. Adeo enim magna sunt nostra certamina, ut vel angelis spectatoribus digna sint. Nam non adversum homines tantummodo luctamur, cæterum adversus etiam pravorum angelorum vires adeoque potentiam.

Variæ lectiones.

[77] ὃς o. [78] ἔσφαλται m. [79] ἀτελεύτητοί m. [80] θανεῖν m. [81] οὖν o. [82] ἐβουλεύσασθε o.

Digitized by Google

Vers. 10. « Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo. » Rursus et hoc ad pudorem faciendum dictum est. Nam cum apostoli cæderentur contemnerenturque propter Christum : illi vero in pretio honoreque essent, ac sapientes putarentur, atque hæc in Christo esse jactarent : Quomodo, inquit, fieri potest, ut eadem sentientibus contraria contingant? Proinde necesse est aut nos non sapere secundum Christum, aut vos. Atqui indignum est Christi apostolos non sapere secundum Christum : vos igitur erratis.

A « Ἡμεῖς μωροὶ διὰ Χριστόν· ὑμεῖς δὲ φρόνιμοι ἐν Χριστῷ. » Πάλιν καὶ τοῦτο ἐντρεπτικῶς εἴρηται[83]. Ἐπειδὴ γὰρ ἐτύπτοντο μὲν οἱ ἀπόστολοι, καὶ κατεφρονοῦντο διὰ Χριστόν· ἐκεῖνοι δὲ ἐτιμῶντο καὶ σοφοὶ ἐνομίζοντο, καὶ ἐν Χριστῷ ταῦτα εἶναι ἐκόμπαζον· Πῶς, φησὶ, δυνατὸν τὰ ἐναντία συνελθεῖν ἐν τοῖς τὰ αὐτὰ φρονοῦσιν; Οὐκοῦν ἀνάγκη ἢ ἡμᾶς μὴ κατὰ Χριστὸν φρονεῖν, ἢ ὑμᾶς. Ἀλλὰ μὴν ἀνάξιον τοὺς ἀποστόλους τοῦ Χριστοῦ μὴ κατὰ Χριστὸν φρονεῖν· ὑμεῖς ἄρα ἐστὲ οἱ σφαλλόμενοι.

« Nos infirmi, vos autem fortes : vos nobiles, nos autem ignobiles. » Hoc est, nos agimur, persecutionem patimur : vos vero summa securitate fruimini. Infirmitatem enim tentationes passim vocat. Vos, inquit, celebres quidem estis et ingenui, nos vero inglorii. Hæc autem omnia molestia affectus dicit. Sensus enim est hujusmodi : Quomodo fieri potest, ut nos quidem affligamur, vos autem securitate fruamini, et in bonis vitam agatis? Quare perspicuum est non esse vos in bono statu, sed nunc potius male vos et apostolis indigne habetis. Non debetis igitur eam ob rem erigere cristas.

« Ἡμεῖς ἀσθενεῖς, ὑμεῖς δὲ ἰσχυροί· ὑμεῖς ἔνδοξοι, ἡμεῖς δὲ ἄτιμοι. » Τουτέστιν, Ἡμεῖς ἐλαυνόμεθα, διωκόμεθα· ὑμεῖς δὲ ἀδείας ἀπολαύετε. Ἀσθένειαν γὰρ πανταχοῦ τοὺς πειρασμοὺς φησι. Καὶ ὑμεῖς μὲν ἔνδοξοι καὶ εὐγενεῖς· ἡμεῖς δὲ ἐν ἀτιμίᾳ. Ταῦτα δὲ πάντα βαρυνόμενος λέγει. Ἔστι γὰρ ὁ νοῦς τοιοῦτος· Πῶς εἰκὸς ἡμᾶς μὲν κακοπαθεῖν, ὑμᾶς δὲ ἀπολαύειν ἀδείας, καὶ ἐν ἀγαθοῖς εἶναι; Ὥστε πρόδηλον, ὅτι οὐκ ἐν ἀγαθοῖς ἐστε, ἀλλὰ νῦν μᾶλλον κακῶς καὶ ἀναξίως τῶν ἀποστόλων ἔχετε. Οὐκ ἄρα ὀφείλετε ἐπαίρεσθαι ἐπὶ τούτοις.

B

Vers. 11. « In hanc usque horam et esurimus, et sitimus, et nudi sumus. » Quid, inquit, vetera recenseo? quæ in præsentia geruntur, vide : quomodo vos in mediis deliciis agitis, nos autem omnino diversum patimur.

« Ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας καὶ πεινῶμεν, καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνητεύομεν. » Τί, φησὶ, τὰ παλαιὰ λέγω; τὰ νῦν ἰδέ· πῶς ὑμεῖς μὲν τρυφᾶτε, ἡμεῖς δὲ πᾶν τοὐναντίον.

« Et colaphis cædimur. » Hoc est, verberamur. Istud autem ad inflatos dicit.

« Καὶ κολαφιζόμεθα. » Τουτέστι, τυπτόμεθα. Τοῦτο δὲ πρὸς τοὺς πεφυσιωμένους.

C

« Et instabiles sumus. » Hoc est, agitamur et ad fugam compellimur. Id vero ad opulentos pertinet.

« Καὶ ἀστατοῦμεν. » Τουτέστιν, ἐλαυνόμεθα, φεύγομεν Τοῦτο δὲ πρὸς τοὺς πλουτοῦντας.

Vers. 12. « Et laboramus, propriis manibus operantes. » Hæc dicit rubore suffundens eos, qui lucri quæstusque gratia conantur, audentque concionari.

« Καὶ κοπιῶμεν, ἐργαζόμενοι ταῖς οἰκείαις[84] χερσί. » Ταῦτα λέγει ἐντρέπων τοὺς ἕνεκα κέρδους καὶ πορισμοῦ ἐπιχειροῦντας καὶ ἐπιτολμῶντας τὸ κηρύσσειν.

« Dum maledicimur, benedicimus : dum persecutionem patimur, sustinemus ; dum blasphemamur, obsecramus. » Et quod majus est his omnibus, inquit, non ægre ferimus ista animo. Unde vero hoc patet? Inde sane, quod eos, qui nobis male faciunt, contrariis excipimus. Bene enim eis precamur, qui convicia in nos jactant, et eis, qui contumeliosius in nos feruntur (blasphemia enim est asperior injuria), illos, inquam, obsecramus, hoc est, mansuetioribus et mollioribus verbis occurrimus. Hæc enim est obsecratio, sermo mansuefaciens. Propterea Christiani videntur stulti, quandoquidem hæc faciant.

« Λοιδορούμενοι, εὐλογοῦμεν· διωκόμενοι, ἀνεχόμεθα· βλασφημούμενοι, παρακαλοῦμεν. » Καὶ τὸ μεῖζον πάντων, φησὶν, ὅτι οὐδὲ δυσχεραίνομεν ἐπὶ τούτοις. Καὶ πόθεν δῆλον; Ἀπὸ τοῦ καὶ τοὺς ποιοῦντας ἡμᾶς κακῶς τοῖς ἐναντίοις ἀμείβεσθαι. Εὐφημοῦμεν γὰρ τοὺς λοιδοροῦντας, καὶ τοὺς ὑβριστικώτερον δὲ[85] προσφερομένους (τοῦτο γὰρ ἡ βλασφημία, ἡ τραχυτέρα ὕβρις), καὶ τούτους παρακαλοῦμεν, ἀντὶ τοῦ, πραοτέροις λόγοις καὶ μαλακτικοῖς ἀμειβόμεθα. Τοῦτο γὰρ ἡ παράκλησις, ἡ πραΰνουσα διάλεξις. Διὰ τοῦτο οἱ Χριστιανοὶ δοκοῦσι μωροὶ, ὅτι ταῦτα ποιοῦσιν[86].

D

145 Vers. 13. « Tanquam purgamenta mundi facti sumus, omnium peripsema hucusque. » Quid vero est « purgamentum? » Sordes quæ spongia absterguntur. Cum enim quis sordidum quid abstergit, purgamenta dicuntur sordes illæ quæ absterguntur. Et « peripsema » idem significat. Nam περιψᾶν est veluti spongia abstergere. Ait ergo, Nos abjectione sumus digni, ac veluti abominationi

« Ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περίψημα ἕως ἄρτι. » Τί ἐστι τὸ περικάθαρμα; Τὸ λεγόμενον ἀποσπόγγισμα. Ὅταν γὰρ ῥυπαρόν τι ἀποσπογγίσῃ τις, περικάθαρμα λέγεται τὸ ἀποσπόγγισμα ἐκεῖνο. Καὶ τὸ περίψημα δὲ τὸ αὐτὸ δηλοῖ. Περιψᾶν γὰρ λέγεται τὸ περισπογγίζειν. Φησὶν οὖν, ὅτι Τοῦ ἀπορρίπτεσθαί ἐσμεν ἄξιοι, καὶ ὡς βδέλυγμα λογίζεσθαι, οὐχ ὑμῖν μόνοις, ἀλλὰ

Variæ lectiones.

[83] εἴρηκεν o. [84] ἰδίαις o. [85] πως o. [86] ὅτι πάντα ποιοῦσι τὰ τοιαῦτα o.

Digitized by Google

παντὶ τῷ κόσμῳ, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις· καὶ οὐχ ἕνα καιρὸν, ἀλλ' ἕως ἄρτι. Ὅρα δὲ ὁποῖον εἶναι δεῖ τὸν Χριστιανὸν, καὶ ὅτι ἀθλεῖν ὀφείλει ἄχρι τέλους.

habendi, non solum vobis, verum etiam toti mundo et cunctis mortalibus: nec uno duntaxat tempore; sed ad hanc usque horam. Observa hic qualem esse oporteat Christianum, quodque ad finem usque certare debeat.

« Οὐκ ἐντρέπων ὑμᾶς ταῦτα γράφω, ἀλλ' ὡς τέκνα μου ἀγαπητὰ[87] νουθετῶν. » Οὐ καταισχύνων ὑμᾶς, φησὶν, οὐδὲ πονηρᾷ καὶ μισούσῃ γνώμῃ ταῦτα λέγω, ἀλλ' ὡς τέκνα· καὶ οὐχ ἁπλῶς τέκνα, ἀλλὰ ἀγαπητά. Σύγγνωτέ μοι εἴ τι καὶ φορτικὸν εἴρηται· ἐξ ἀγάπης γὰρ ταῦτα γίνεται. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐπιτιμῶ, ἀλλὰ, « Νουθετῶ[88]. » Τίς δὲ οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο πατρὸς νουθετοῦντος;

Vers. 14. « Non ut vos pudefaciam, hæc scribo; sed ut filios meos clarissimos moneo. » Non pudefaciens « vos » inquit, neque prava et invida mente hoc dico, cæterum « ut filios: » nec simpliciter filios, sed dilectos. Ignoscite mihi si quid molestum a me dictum sit. Hæc enim ex amore fiunt. Et non dixit, increpo, sed, « Moneo. » Quis vero admonentem patrem non sustineat?

Ἐὰν γὰρ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας. » Τί οὖν, φασὶν[89]; οἱ ἄλλοι οὐκ ἀγαπῶσιν ἡμᾶς; Οὐχ οὕτω, φησὶν, ὡς ἐγώ. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ παιδαγωγοί· ἐγὼ δὲ πατήρ. Ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῶν παίδων, ὁ μὲν πατὴρ εἷς, οἱ δὲ παιδαγωγοὶ τυχὸν πολλοί[90]· πρὸς δὲ τὸ τοῦ ἑνὸς φίλτρον, τοῦ πατρὸς, φημὶ, πολλῷ λείπεται ἡ διάθεσις αὐτῶν· οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῶν, φησίν. Ὅρα δὲ, πῶς καὶ τὸ, « Ἐν Χριστῷ, » προσέθηκεν ἐπὶ τῶν παιδαγωγῶν, ἵνα μὴ πάντη πλήξῃ αὐτούς· ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπιπονώτερον μὲν ἐκείνοις δέδωκε (τοιοῦτον γὰρ ὁ παιδαγωγὸς), τὴν δὲ τῆς ἀγάπης ὑπερβολὴν ἑαυτῷ ἐταμιεύσατο.

Vers. 15. « Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. » Quid igitur, inquiunt? non diligunt nos alii? Non eam, inquit, ad rationem qua ego. Illi namque pædagogi sunt, ego vero pater. Quemadmodum igitur in pueris fieri solet, ut sit pater unus, pædagogi vero multi fortasse: ad unius autem amorem, patris nimirum, si conferantur, multum distat eorum affectio: sic et nobiscum fit. Animadverte hic quomodo, « In Christo, » apposuerit ad « pædagogorum, ne eos omnino percellat: Verum quod plus laboris habet, eis attribuit (id enim est pædagogum esse) charitatis autem excessum sibi ipsi conservavit.

« Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα. » Κατασκευάζων, πῶς πατήρ ἐστι, φησὶν, ὅτι Ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ βοηθείᾳ ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα διὰ τοῦ Εὐαγγελίου. Οὐ γὰρ, ὥσπερ οἱ πολλοὶ παρ' ὑμῖν, ἐμαυτῷ λογίζομαι τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ τῷ Χριστῷ. Οὐκ εἶπε δὲ, Ἐδίδαξα, ἀλλὰ, « Ἐγέννησα, » τῷ τῆς φύσεως ὀνόματι τὴν ἀγάπην ἐπιδεικνύων, καὶ ὅτι οἰκειότατοι καὶ γνησιώτατοι αὐτοῦ μαθηταὶ οὗτοί εἰσιν, ὡς πανταχοῦ τῆς Ἐπιστολῆς δῆλοι.

« enim mihiipsi, ut plerique inter vos, ascribo imputove rem, sed Christo. Non dixit autem, docui, sed, « Genui: » naturæ videlicet nomine dilectionem ostendens, quodque proprii valde, maximeque genuini isti discipuli sui sint, ut ubique in Epistola manifestat.

« Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, μιμηταί μου γίνεσθε. » Μιμήσασθε, φησὶν, ἐν πᾶσιν ἐμὲ, μήτε ἐπὶ σοφίᾳ, μήτε ἐπὶ πλούτῳ ἐπαιρόμενοι, μήτε πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς διιστάμενοι· ἀλλὰ καὶ σοφίαν καὶ πλοῦτον, τὴν πρὸς Χριστὸν καὶ ἀδελφοὺς ἀγάπην εἰδότες. Ὅρα δὲ σπλάγχνα, πῶς παρακαλεῖ, οὐκ ἐπιτάσσει. Μεγάλης δὲ παῤῥησίας καὶ τὸ ἑαυτὸν ἀρχέτυπον προτιθέναι.

Vers. 16. « Adhortor itaque vos, imitatores mei estote. » Imitamini, inquit, me in omnibus: nec sapientiæ, nec divitiarum nomine efferamini, neque cum fratribus dissideatis: verum eas tantum opes, eam esse veram sapientiam noveritis, charitatem nimirum erga Christum et fratres. Observa autem dilectionis affectum: adhortatur enim, non imperat. Magnæ autem fiduciæ argumentum est, quod sese exemplar, quod imitentur, proponat.

« Διὰ τοῦτο ἔπεμψα ὑμῖν Τιμόθεον, ὅς ἐστι τέκνον μου ἀγαπητόν. » Διότι, φησὶ, κήδομαι ὑμῶν ὡς παίδων, ἔπεμψα ὑμῖν Τιμόθεον. Αὐτὸς μὲν γὰρ ἠβουλόμην ἐλθεῖν, ὡς ἂν καταρτίσω ὑμᾶς· ἐπειδὴ δὲ οὐ δυνατὸν, ἔπεμψα τοῦτον, ὅς ἐστι τέκνον μου ἀγαπητόν. Τοῦτο δὲ εἶπεν, ἵνα ἅμα μὲν δείξῃ πόσον αὐτοὺς ἀγαπᾷ, εἴ γε εἵλετο αὐτοῦ χωρισθῆναι δι' αὐτούς· ἅμα δὲ, ἵνα καὶ αἰδέσιμος αὐτοῖς γένηται.

Vers. 17. « Ideo misi vobis Timotheum, qui est filius meus dilectus. » Quoniam vestri, **146** inquit, curam gero, non secus ac filiorum, misi vobis Timotheum. Ipse quidem venire volui, ut vos componerem: quia vero istuc fieri haud potuit, misi istum, qui est filius meus dilectus. Hoc autem dixit, partim ut monstret quanta eos charitate prosequatur, siquidem a Timotheo segregari sustinuerit propter ipsos: partim ut et veneratione dignus eis reddatur.

Variæ lectiones.

[87] πεθούμενα o. [88] Ισ. νουθετῶν o. [89] φησὶν m. [90] πολλοὶ μέν m.

Digitized by Google

« Et fidelis in Domino. » Hoc est, non in rebus A temporariis, sed in iis quæ ad Christum pertinent. Itaque et in iis quæ ad vos pertinent, fideliter ministrabit.

« Qui vobis ad memoriam revocabit vias meas quæ sunt in Christo, quemadmodum ubique in omni Ecclesia docco. » Non dixit, docebit, ne ægre ferant (Juvenis enim erat Timotheus) sed, « Ad memoriam revocabit : » quæ jam antea novistis, inquit, hæc renovabit in vobis. Vias autem dicit, prædicationis verbi dispensationem, regulas, consuetudines, leges divinas ; qua scilicet ratione obambulem, quod non inflatus ut vos, neque hæreses inducens et schismata. Quæ sunt in Christo dixit, hoc est, nihil humani habentes, sed omnia secundum Christum, vel quæ Christi auxilio perficiuntur. Submonstrabit autem vobis, quomodo in omni Ecclesia doceam. Nihil enim novi dixi vobis, sed istorum omnes mecum sunt conscii. Itaque pudeat vos quod præter cæteras Ecclesias a viis meis descivistis.

VERS. 18. « Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam. » Cum dixisset, « Misi » vobis « Timotheum : » ne segniores redderentur, subdit : Etiamsi nunc non veniam, ac idcirco nonnullos absentia mea inflarit, veniam tamen. Indicat autem puerilem eorum mentem. Nam pueri, absente præceptore, incomposite se gerere solent. Quinam autem illi, qui inflati erant? Fornicatoris amici, qui et sapiens et dives erat : ac simpliciter omnes, C qui ob hujusmodi efferebantur : qui, tanquam Paulus non esset qui ista argueret, superbiebant.

VERS. 19. « Veniam autem ad vos cito, si Dominus voluerit. » Hæc dejicientis superbos, adeoque sobrios reddentis verba sunt. Pulchre vero, « Si Dominus voluerit. » Omnia namque illius nutu aguntur.

VERS. 19, 20. « Et cognoscam, non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed virtutem. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute. » Quia eloquentiæ confidentes, Paulum ceu idiotam et indoctum aspernabantur : Videbo, inquit, non eloquentiam vestram (nam ea non est opus) sed virtutem qua signa edantur. Non enim per orationis elegantiam prædicatum et confirmatum est regnum D Dei, **147** sed per signa quæ Spiritus virtute ac potentia eduntur.

VERS. 21. « Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, et spiritu mansuetudinis? » Per virgam supplicium et pœnam intelligit. Ait itaque, Penes vos est, ut ego hoc vel illo modo veniam. Nam si desides fueritis deprehensi, veniam ad vos, et æque puniam atque Elymam. Sin sobrii fueritis, mansuetudinis spiritu utar. Est etenim et spiritus austeritatis et supplicii, verum a commodiore officio

« Καὶ πιστὸν ἐν Κυρίῳ. » Τουτέστιν, οὐκ ἐν βιωτικοῖς, ἀλλ' ἐν τοῖς κατὰ Χριστὸν πράγμασιν. Ὥστε καὶ ἐν τοῖς καθ' ὑμᾶς διακονήσει πιστῶς.

« Ὃς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδούς μου τὰς ἐν Χριστῷ, καθὼς πανταχοῦ ἐν πάσῃ Ἐκκλησίᾳ διδάσκω. » Οὐκ εἶπε, Διδάξει, ἵνα μὴ δυσχεραίνωσι (νέος γὰρ ἦν ὁ Τιμόθεος), ἀλλ', « Ἀναμνήσει. » Ἃ οἴδατε, φησὶ, ταῦτα ἀνανεώσεται ἐν ὑμῖν. Ὁδοὺς δὲ λέγει, τὰς ἐν τῷ κηρύγματι οἰκονομίας, τοὺς κανόνας, τὰ ἔθη, τοὺς νόμους τοὺς θείους· Πῶς περιπατῶ, ὅτι οὐ πεφυσιωμένος ὡς ὑμεῖς, οὐ διαιρέσεις εἰσάγων καὶ σχίσματα. Τὰς ἐν Χριστῷ δὲ εἶπε, τουτέστι, τὰς μηδὲν ἐχούσας ἀνθρώπινον, ἀλλὰ πάντα κατὰ Χριστὸν, ἢ καὶ κατορθουμένας ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ βοηθείᾳ. Ὑποδείξει δὲ ὑμῖν, καθὼς ἐν πάσῃ Ἐκκλησίᾳ διδάσκω. Οὐδὲν γὰρ καινὸν εἶπον ὑμῖν, ἀλλὰ πάντες ταῦτά μοι συνίσασιν. Ὥστε αἰσχύνθητε ὑμεῖς, παρὰ τὰς λοιπὰς Ἐκκλησίας τῶν ἡμῶν [*f.* ἐμ.] ὁδῶν ἀποσφαλέντες.

« Ὡς μὴ ἐρχομένου δέ μου πρὸς ὑμᾶς, ἐφυσιώθησάν τινες. » Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι « Ἔπεμψα Τιμόθεον· » ἵνα μὴ ῥᾳθυμότεροι γένωνται, φησὶν, ὅτι Εἰ καὶ νῦν οὐκ ἔρχομαι [91], καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἀπουσία μου ἐφυσίωσέ τινας [92], ἀλλ' οὖν ἐλεύσομαι. Δείκνυσι δὲ αὐτῶν παιδικὴν τὴν διάνοιαν. Παίδων γὰρ τὸ, ἀπόντος τοῦ διδασκάλου, ἀτακτεῖν. Τίνες δὲ ἦσαν οἱ φυσιούμενοι; Οἱ περὶ τὸν πεπορνευκότα, ὃς καὶ σοφὸς ἦν καὶ πλούσιος· καὶ ἁπλῶς, πάντες οἱ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐπαιρόμενοι· οἳ καὶ, ὡς μὴ ὄντος Παύλου τοῦ ἐλέγχοντος, μέγα ἐφρόνουν.

Ἐλεύσομαι δὲ ταχέως πρὸς ὑμᾶς, ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ. » Καταστέλλοντός ἐστι τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ νήφειν παρασκευάζοντος. Καλῶς δὲ προσέθηκε τὸ, « Ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ. » Πάντα γὰρ τῷ ἐκείνου νεύματι [93] ἄγονται.

« Καὶ γνώσομαι οὐ τὸν λόγον τῶν πεφυσιωμένων, ἀλλὰ τὴν δύναμιν. Οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ [94], ἀλλ' ἐν δυνάμει. » Ἐπειδὴ ἐπ' εὐγλωττίᾳ θαῤῥοῦντες [95] ἐξουθένουν τὸν Παῦλον ὡς ἰδιώτην, φησὶν, ὅτι Ὄψομαι, οὐ τὴν εὐγλωττίαν ὑμῶν· οὐδὲ γὰρ ταύτης χρεία· ἀλλὰ δυνάμεως τῆ, [96] ἐν σημείοις. Οὐ γὰρ διὰ λόγου κομψοῦ ἐκηρύχθη ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ [97] καὶ ἐβεβαιώθη, ἀλλὰ διὰ σημείων, τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος γινομένων.

« Τί θέλετε; ἐν ῥάβδῳ πρὸς ὑμᾶς ἔλθω, ἢ ἐν ἀγάπῃ, πνεύματί τε πραότητος; » Ῥάβδον λέγει τὴν κόλασιν, τὴν τιμωρίαν. Φησὶν οὖν, ὅτι Ὑμεῖς ἐστε κύριοι τοῦ καὶ οὕτως ἢ οὕτως ἐλθεῖν με· ἐὰν μὲν ῥᾳθυμῆτε, ἐλεύσομαι καὶ κολάσω, ὡς τὸν Ἐλύμαν· ἐὰν δὲ νήψητε, τῷ πνεύματι τῆς πραότητος χρήσομαι. Ἔνι γὰρ καὶ πνεῦμα αὐστηρότητος καὶ τιμωρίας, ἀλλ' ἀπὸ τῶν χρηστοτέρων αὐτὸ καλεῖ· ὡς

Variæ lectiones.

[91] ἐρχομαι m. [92] ὑμᾶς m. [93] θελήματι o. [94] τῶν οὐρανῶν o. [95] φρονοῦντες o. [96] *fort.* δύναμιν τῇ o. [97] τῶν οὐρανῶν o.

Digitized by Google

καὶ τὸν Θεὸν οἰκτίρμονα καὶ ἐλεήμονά φαμεν, ἀλλ' οὐ κολαστὴν, καίτοι γε καὶ τοῦτο ὄντα.

eum nominat : perinde ac Deum miseratorem et misericordem dicimus, non vindicem, scelerumve punitorem ac ultorem, cum tamen etiam talis revera sit.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

« Ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία, καὶ τοιαύτη πορνεία, ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται, ὥστε γυναῖκά τινα τοῦ πατρὸς ἔχειν. » Κοινὸν ποιεῖται πάντων τὸ ἔγκλημα, ἵνα μὴ ῥᾳθυμήσωσιν ὡς ἀλλότριοι τοῦ πλημμελήματος, ἀλλὰ σπουδάσωσι τοῦτο διορθώσασθαι, ὡς κοινὸν ὄνειδος. Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι Τολμᾶται, ἀλλ', « Ὅλως ἀκούεται. » Εἰ δὲ τὸ ἀκούεσθαι, ἀπηγορευμένον, πόσῳ μᾶλλον τὸ τολμᾶσθαι; Ἀλλὰ καὶ, « Ἐν ὑμῖν, » τοῖς τῶν πνευματικῶν μυστηρίων ἀξιωθεῖσι [98]. Αὔξων δὲ τὸ ἔγκλημα, φησίν· Οἷα οὐδὲ τοῖς ἔθνεσι. Καὶ οὐκ εἶπε, Γίνεται, ἀλλ', « Οὐδὲ ὀνομάζεται, ὥστε γυναῖκα τοῦ πατρός τινα ἔχειν. » Οὐκ εἶπε, Μητρυιὰν, ἀλλὰ, « Γυναῖκα τοῦ πατρὸς, » ὥστε καιριώτερον πλῆξαι τῷ μνησθῆναι πατρός. Σεμνότερον δὲ εἶπε τὸ, « Ἔχειν. » Αἰσχυνόμενος τὸ τῆς πορνείας ὄνομα.

CAPUT V.

Vers. 1. « Omnino auditur inter vos fornicatio, ac talis fornicatio, qualis ne inter gentes quidem nominatur, ita ut uxorem patris sui quis habeat. » Communem omnium accusationem facit, ne desides sint, quasi a delicto alieni essent, sed conentur potius corrigere istud tanquam commune opprobrium. Et non dixit, audacter admittitur, sed, « Omnino auditur. » Quod si ut audiatur, interdictum est, quanto magis ut perpetretur? Præterea, « Inter vos, » qui spiritualibus mysteriis donati estis. Amplificans autem accusationem, « qualis, » inquit, « ne inter gentes quidem. » Nec dixit, Admittitur, verum, « Ne nominatur quidem, ut conjugem quisquam patris sui habeat. » Non dixit, novercam, sed, « Uxorem patris, » ut eo acrius feriat, dum « patris » meminit. Honestius autem dixit, « Habeat, » fornicationis nomen verecunde fugiens.

« Καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστέ. » Ἐπὶ τῇ διδασκαλίᾳ τῇ παρ' ἐκείνου· σοφὸς γὰρ ἦν. Καὶ ὅρα σοφίαν· Οὐδαμοῦ ἐκεῖνον ἀξιοῖ λόγου, ὡς ἄτιμον, καὶ οὐδὲ ἄξιον ἐλθεῖν εἰς μέσον· τοῖς δὲ ἄλλοις διαλέγεται ὡς περὶ κοινοῦ ἐγκλήματος.

Vers. 2. « Et vos inflati estis. » Ob doctrinam ejus sapiens enim erat. Observa autem ejus prudentiam. Nusquam illum sermone dignatur, tanquam ignominiosum et indignum qui in medium prodeat; sed cum aliis, ceu de communi delicto et culpa loquitur.

« Καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας. » Ἔδει, φησὶ, πενθῆσαι, διότι εἰς τὸ κοινὸν τῆς Ἐκκλησίας ἡ διαβολὴ προεχώρησεν· ἔδει εὔξασθαι καὶ κλαῦσαι, ὡς ἐπὶ νόσου καὶ λοιμοῦ. « Ἵνα ἐξαρθῇ ἐξ ὑμῶν, » τουτέστιν, ἀποτμηθῇ ὡς κοινὴ βλάβη. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ μέμνηται, ἀλλ' εἶπεν· « Ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας. »

« Nec luxistis potius, ut e medio vestri tolleretur, qui hoc opus fecit. » Debebatis, inquit, lugere, quoniam in communem Ecclesiam calumnia pervenit. Conveniebat etiam ut oraretis et ploraretis tanquam super morbo et peste, « ut tolleretur e vobis, » hoc est resecaretur ceu publica noxa. Neque hic nominis ejus meminit, verum dixit, « Qui opus hoc fecit. »

« Ἐγὼ μὲν γὰρ ὡς ἀπὼν τῷ σώματι, παρὼν δὲ τῷ πνεύματι, ἤδη κέκρικα ὡς παρών. » Ὅρα θυμόν· Οὐδὲ ἀναμεῖναι αὐτοῦ τὴν παρουσίαν ἀφίησιν, οὐδὲ ἐκδέξασθαι αὐτὸν, καὶ τότε δῆσαι, ἀλλ' ὡς λοιμὸν ἐπείγεται κατασχεῖν, πρὶν εἰς ὅλον τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας διαδοθῇ. « Παρὼν δὲ τῷ πνεύματι, » ἐφη, κατεπείγων αὐτοὺς εἰς τὴν ἀπόφασιν, καὶ ἐκφοβῶν, ὡς εἰδὼς τὰ ἐκεῖ κριθησόμενα, καὶ οὐκ ἀγνοήσων διὰ τοῦ Πνεύματος, ἤτοι τοῦ διορατικοῦ χαρίσματος, ὃ ἂν πράξωσι. Λέγων δὲ, καὶ ὅτι « Ἤδη κέκρικα ὡς παρὼν, » οὐκ ἀφίησιν αὐτοὺς ἕτερόν τι ἐννοῆσαι. Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ἐξήνεγκα τὴν ἀπόφασιν, καὶ οὐδὲν ἕτερον δεῖ γενέσθαι.

Vers. 3. « Ego sane tanquam absens corpore præsens autem spiritu, jam judicavi ceu præsens, » Vide ejus indignationem : neque præsentiam suam exspectare sinit, neque ipsum præstolari, ut tum vinciat, cæterum tanquam pestem comprimere festinat priusquam in totum Ecclesiæ corpus disseminetur. « Præsens autem spiritu, » dixit, ut compellat eos ad sententiam ferendam, **148** atque perterrefaciat, ut qui sciat quæ illic judicaturi sint, nec ignoret per Spiritum, id est per donum perspicacitatis, quidnam agant. Quod autem ait : « Jam judicavi, tanquam præsens, » non permittit eis ut aliud quidquam cogitent. Nam ego, inquit, sententiam tuli, et nil aliud oportet fieri.

« Τὸν οὕτω τοῦτο κατεργασάμενον, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ συναχθέντων ὑμῶν καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος. » Ἵνα μὴ ὀφρὴ αὐθάδης, καὶ αὐτοὺς προσλαμβάνει κοινωνούς, « Συναχθέντων » γὰρ « ὑμῶν, » φησὶν, « ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ » τουτέστιν. Ἵνα μὴ κατὰ ἀνθρωπίνην πρό[σ]ληψιν ἡ

Vers. 4. « Eum qui sic istud operatus est, in nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis, et meo spiritu. » Ne videatur arrogans, eos assumit consortes, « Congregatis vobis, » inquiens, « in nomine Christi, » hoc est ut conventus non fiat humano quopiam affectu, sed secundum Deum : ut

Variæ lectiones.

[98] ἐν ὑμῖν τοῖς μυστηρίων ἀξιωθεῖσι τοῖς πνευματικοῖς ο.

Digitized by Google

Christus ipse vos congreget, pro quo etiam convenitis. Præfecit autem ipsis suum etiam spiritum, ne ipsum venia dignentur, sed recte judicent, æque ac si ipse præsto esset.

Vers. 5. « Cum virtute Domini nostri Jesu Christi, tradere talem Satanæ. » Hoc est, vel quod Christus talem vobis dare queat gratiam, qua diabolo illum tradere possitis : vel quod et ipse vobiscum adversus istum suffragium ferat. Nec dixit, Dedere, sed, « tradere, » subaperiens ei resipiscentiæ januas. Neque nominis ejus rursus meminit, sed « talem, » dicit.

« In interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini Jesu. » Hoc est, ut morbo ipsum maceret. Cum enim a corporis voluptate cupiditates oriantur, corpus puniri vult, « ut spiritus, » id est anima, servetur : non quasi ista sola servaretur, sed quasi hoc concesso, quod ea servata, corpus etiam servabitur. Quidam vero spiritum, donum spirituale appellant, nimirum ut salvum ei servetur, nec ab eo ecu ex impio discedat. Hoc enim curam gerentis potius est, quam punientis. Pulchre autem diei illius meminit, ut et illi sibi metuentes, medicinam afferant, et ille itidem hanc recipiat. Metam autem diabolo statuit, æque atque in Jobo, ut corpus tantum, non autem animam attingat.

Vers. 6. « Non bona est gloriatio vestra. » Subindicat, quod ipsi non permiserint eum resipiscere, gloriantes ejus nomine. Nam unus ex Corinthiorum sapientibus erat.

« Nescitis quod modicum fermenti totam massam fermentat? » Et vestri, inquit, non illius tantummodo curam habeo. Nam malum neglectum, reliquum Ecclesiæ corpus vastare potest. Ut enim fermentum, modicum cum sit, totam massam fermentat, ac in seipsum alterat, sic et hujus peccatum ad sese plerosque alios attrahet.

Vers. 7. « Expurgate itaque vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, quemadmodum estis **149** azymi. » Hoc est, fornicatorem istum ejicite, imo et alios qui mali sunt. Vetus enim fermentum omnis generis vitia nominat. Et non dixit, Purgate, sed, « Expurgate, » hoc est summa diligentia purgate, ut sitis nova massa, quæ non sit vitiis mista. « Quemadmodum estis, » hoc est, sicuti decet vos esse, sine fermento, id est vetere malitia, quæ acetosa est, et mordicans per pœnitentiam.

« Etenim Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. » Quia azymorum, meminit, quæ Paschatis tempore edebantur, simulatque per allegoriam quid sint azyma explicavit, nimirum affectio vitiis non contaminata ; nunc allegorice interpretatur

A σύναξις γένηται, ἀλλὰ κατὰ Θεόν· ἵνα αὐτὸς ὁ Χριστὸς συνάξῃ ὑμᾶς, ὑπὲρ οὗ καὶ συνέρχεσθε. Ἐπέστησε δὲ αὐτοῖς καὶ τὸ αὐτοῦ πνεῦμα, ἵνα μὴ συγγνώμης αὐτὸν ἀξιώσωσιν, ἀλλ' ὀρθῶς κρίνωσιν, ὡς καὶ αὐτοῦ παρόντος.

« Σὺν τῇ δυνάμει τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ. » Τουτέστιν, ἢ ὅτι Ὁ Χριστὸς δύναται τοιαύτην ὑμῖν χάριν δοῦναι[a], ὥστε δύνασθαι[1] τῷ διαβόλῳ παραδιδόναι· ἢ ὅτι Καὶ αὐτὸς μεθ' ὑμῶν κατ' αὐτοῦ φέρει τὴν ψῆφον. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐκδοῦναι, ἀλλὰ, « Παραδοῦναι, » ὑπανοίγων αὐτῷ τὰς τῆς μετανοίας θύρας. Καὶ οὐδὲ πάλιν ὀνόματος μέμνηται, ἀλλὰ, « Τὸν τοιοῦτον, » λέγει.

« Εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ B ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. » Τουτέστιν, ἵνα νόσῳ αὐτὸν τήξῃ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ τῆς σωματικῆς τρυφῆς[2] αἱ ἐπιθυμίαι, τὸ σῶμα κολασθῆναι βούλεται, ἵνα τὸ πνεῦμα, τουτέστιν, ἡ ψυχὴ, σωθῇ· οὐχ ὡς ταύτης σωζομένης μόνης, ἀλλ' ὡς ὡμολογημένου τούτου, ὅτι ταύτης σωζομένης, καὶ τὸ σῶμα σωθήσεται. Τινὲς δέ φασι πνεῦμα, τὸ χάρισμα, ἵνα σὺν τηρηθῇ αὐτῷ, καὶ μὴ ἀναχωρήσῃ ὡς ἐξ ἀσεβοῦς· τοῦτο δὲ κηδομένου μᾶλλον ἢ τιμωρουμένου ἐστί. Καλῶς δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἀνεμνήσθη[3], ἵνα καὶ ἐκεῖνοι δείσαντες, τὴν ἰατρείαν ἀπενέγκωσι[4] καὶ ἐκεῖνος ὡσαύτως ταύτην δέξηται. Ὅρον δὲ τίθησι τῷ διαβόλῳ, καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ, τοῦ σώματος ἅψασθαι, ἀλλὰ μὴ καὶ τῆς ψυχῆς.

« Οὐ καλὸν τὸ καύχημα ὑμῶν. » Αἰνίττεται ὅτι C αὐτοὶ οὐκ εἶασαν αὐτὸν μετανοῆσαι, καυχώμενοι εἰς αὐτόν. Καὶ γὰρ εἷς τῶν παρ' αὐτοὺς[5] σοφῶν ἦν οὗτος.

« Οὐκ οἴδατε ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ; » Καὶ ὑμῶν, φησὶν, οὐκ ἐκείνου μόνου κήδομαι. Καὶ γὰρ ἀμελούμενον τὸ κακὸν δύναται καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα τῆς Ἐκκλησίας λυμήνασθαι. Ὥσπερ γὰρ ἡ ζύμη μικρὰ οὖσα, τὸ φύραμα πᾶν[6] ζυμοῖ καὶ πρὸς ἑαυτὴν μεταβάλλει· οὕτω καὶ ἡ τούτου ἁμαρτία πρὸς ἑαυτὴν πολλοὺς ἐπισπάσεται.

« Ἐκκαθάρατε οὖν τὴν παλαιὰν ζύμην, ἵνα ἦτε νέον φύραμα, καθώς ἐστε ἄζυμοι. » Τουτέστι, Τὸν πόρνον τοῦτον ἐκβάλετε, μᾶλλον δὲ καὶ ἄλλους κακούς. Παλαιὰν γὰρ ζύμην πᾶσαν κακίαν φησί. Καὶ D οὐκ εἶπε, Καθάρατε, ἀλλὰ, « Ἐκκαθάρατε· » τουτέστι, Μετὰ ἀκριβείας καθάρατε, ἵνα νέον φύραμα καὶ ἀμιγὲς κακίας ἦτε. « Καθώς ἐστε, » ἀντὶ τοῦ, Καθὼς πρέπει εἶναι ὑμᾶς, χωρὶς ζύμης, τουτέστι, τῆς παλαιᾶς κακίας, καὶ ὀξώδους, καὶ δακνούσης τῇ μεταμελείᾳ.

« Καὶ γὰρ τὸ Πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστός. » Ἐπειδὴ ἀζύμων ἐμνήσθη, ταῦτα δὲ ἐν τῷ Πάσχα ἠσθίοντο, ἀλληγορήσας τὰ ἄζυμα τί εἰσιν, ὅτι ἡ διάθεσις ἡ ἀμιγὴς κακίας, νῦν ἀλληγορεῖ[7] καὶ τὸ Πάσχα, καί φησιν, ὅτι Ὁ Χριστός ἐστιν ἡμῶν τὸ

Variæ lectiones.

[a] διδόναι o. [1] βούλεσθαι o. [2] τοῦ σώματος καὶ τῆς τρ. o. [3] ἀνέμνησεν o. [4] ἐπενέγκωσι m. [5] παρ' αὐτοῖς m. [6] ὅλον o. [7] μαρτυρεῖ o.

Digitized by Google

Πάσχα, τυθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν. Ὀφείλομεν οὖν τὰ ἄζυμα, τουτέστι, τὴν ἀπὸ πάσης κακίας καθαρότητα περιέπειν.

A quid sit Pascha, Christus, inquiens, Pascha nostrum est, pro nobis mactatus. Debemus igitur azyma, id est omnem ab omnibus vitiis puritatem amplecti.

« Ὥστε ἑορτάζωμεν, μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας. » Δείκνυσιν ὅτι πᾶς ὁ χρόνος, ἑορτῆς ἐστι καιρὸς τοῖς Χριστιανοῖς, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν δοθέντων αὐτοῖς ἀγαθῶν. Διὰ τοῦτο γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος γέγονε, καὶ ἐτύθη, ἵνα σὲ ἑορτάζειν ποιήσῃ· οὐκ ἐν ζύμῃ τοῦ παλαιοῦ Ἀδὰμ, οὐδὲ ἐν βίῳ κακίας πλήρει, μᾶλλον δὲ ὁ χεῖρον, πονηρίας. Κακὸς μὲν γὰρ, πᾶς ὁ τὸ κακὸν πράττων· πονηρὸς δὲ, ὁ καὶ μετὰ βαθυτάτου καὶ δολερᾶς [8] γνώμης.

Vers. 8. « Ferias itaque celebremus, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ et versutiæ. » Ostendit quod omne tempus feriarum sit occasio et opportunitas Christianis, propter excellentiam traditorum illis bonorum. Ob eam enim causam homo factus et occisus est Filius Dei, ut te feriari faceret : non in fermento veteris Adami, neque in vita vitiis plena, vel, quod pejus est versutia. Malus enim est, quisquis male agit : versutus autem, qui et cum profunditate ac dolosa mente male agit.

« Ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας. » Τουτέστιν, ἐν βίῳ εἰλικρινεῖ, ἤτοι καθαρῷ, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς κακίας· καὶ ἀληθεῖ, τουτέστιν, ἀνυποκρίτῳ, ἀδόλῳ, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς πονηρίας. Ἢ τὸ, « Ἀληθείας, » δύνασαι νοῆσαι, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν παλαιῶν τύπων, οἵτινες οὐκ ἦσαν ἀλήθεια. Βούλεται γὰρ τὸν Χριστιανὸν, καὶ τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ τύπων ὑπέρτερον εἶναι. Ἢ εἰλικρίνειαν μὲν, τὴν καθαρότητα, ἢ διὰ τῆς πράξεως γίνεται· ἀλήθειαν δὲ, τὴν θεωρίαν.

B « Sed in azymis sinceritatis et veritatis. » Hoc est, in vita sincera sive pura, ut opponatur malitiæ : et vera, hoc est, hypocrisi ac dolo vacante, ut versutiæ opponatur. « Vel veritatem, » intelligere poteris ad discrimen veterum figurarum, quæ non fuerunt veritas. Vult enim Christianum veteribus figuris superiorem esse. Vel sinceritatem accipies pro puritate quæ per opera fit : veritatem autem, pro contemplatione.

« Ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ Ἐπιστολῇ, μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις. » Ἐν ποίᾳ Ἐπιστολῇ; Ἐν αὐτῇ ταύτῃ. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἀνωτέρω, ὅτι « Ἐκκαθάρατε τὴν παλαιὰν ζύμην, » τὸν πεπορνευκότα, ὡς δεδήλωται, αἰνιττόμενος, δι' οὗ ἐδηλοῦτο τὸ μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις· ἴσως ὑπενόησαν ἂν ὅτι πάντων τῶν πόρνων καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι χωρίζεσθαι δεῖ. Ἑρμηνεύει τοίνυν περὶ ποίων παρήγγειλε.

Vers. 9. « Scripsi vobis in Epistola, ne commisceremini fornicatoribus. » In qua Epistola? In hac ipsa. Cum enim supra dixisset, « Expurgate vetus fermentum, » fornicatorem, ut supra dictum est, subinnuens, unde perspicuum fecit, quod fornicatoribus commisceri non oportet; suspicati essent fortasse ab omnibus fornicatoribus, ab iis etiam qui apud Græcos essent, recedendum esse. Interpretatur igitur qualibus præcepit.

C

« Καὶ οὐ πάντως τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου τούτου, ἢ τοῖς πλεονέκταις, ἢ ἅρπαξιν, ἢ εἰδωλολάτραις· ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν. » Τὸ, « Πάντως, » ὡς ἐπὶ ὡμολογημένου τέθεικε πράγματος. Ἡ σύνταξις δὲ τοῦ λόγου τοιαύτη· Καὶ πάντως οὐ τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου συναναμίγνυσθαι ἐκώλυσα, τουτέστι, τοῖς τῶν Ἑλλήνων· ἐπεὶ ἑτέραν οἰκουμένην ὀφείλετε ζητῆσαι. Πῶς γὰρ δυνατὸν, ἐν τῇ αὐτῇ πόλει πλειόνων ὄντων τῶν Ἑλλήνων, μὴ συναναμίγνυσθαι τοῖς τοιούτοις [9];

Vers. 10. « Et non omnino fornicatoribus mundi hujus, aut avaris, aut rapacibus, aut idolorum cultoribus : alioqui debueratis ex hoc mundo exiisse. » « Omnino, » tanquam de re confessa ac manifesta posuit. Hæc vero hujus orationis est constructio : Et omnino non prohibui ne cum mundi fornicatoribus conversaremini, hoc est, Græcis : alioquin alium terrarum orbem quærere oporteret. Qui enim fieri potest; **150** cum in una eademque urbe plures sint Græci et peccatores, ut non commisceamini talibus?

« Νυνὶ δὲ ἔγραψα ὑμῖν μὴ συναναμίγνυσθαι, ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ εἰδωλολάτρης, ἢ λοίδορος, ἢ μέθυσος, ἢ ἅρπαξ, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν. » Ὁρᾷς, ὅτι οὐχ εἷς μόνος ἦν πόρνος, ἀλλὰ καὶ ἕτεροι, καὶ ἐν διαφόροις κακίαις. Καὶ πῶς ἀδελφὸς ὢν, εἰδωλολάτρης εἶναι δύναται; Ὥσπερ ἐπὶ τῶν Σαμαρειτῶν συνέβη ποτὲ, οἳ ἐξ ἡμισείας ηὐσέβουν· οὕτω καὶ ἐν τούτοις, τινὲς τῶν εἰδώλων εἶχοντο εἴτι [10]. Ἄλλως τε καὶ προκαταβάλλεται τὸν περὶ τῶν τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθιόντων λόγον. Καλῶς δὲ εἶπε τὸ, « Ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος. » Ὄνομα γὰρ μόνον ἀδελφοῦ ἔχει, οὐκ

D Vers. 11. « Nunc autem scripsi vobis, non commisceri, si is qui frater nominatur, sit fornicator, aut avarus, aut idolorum cultor, aut conviciator, aut ebriosus, aut rapax, cum hujusmodi nec cibum sumere. » Vides non unicum solummodo scortatorem fuisse, sed diversos, idque in variis sceleribus. At quomodo is qui frater est, idolorum cultor esse potest? Quemadmodum in Samaritanis olim contigit, qui ex dimidia parte pii essent, Deique cultores videbantur : sic apud istos accidit. Ex his enim nonnulli idolis detinebantur adhuc. Præterea viam præstruit sermoni, quem de iis, qui idolis

Variæ lectiones.

[8] βαθύτητος καὶ πονηρᾶς γν. ο. [9] πόρνοις ο. [10] ἔτι m.

Digitized by Google

immolata edebant, habiturus est. Pulchre autem dixit, « Qui frater nominatur. » Siquidem nomen tantummodo fratris habet, revera autem frater non est, quisquis enumeratis vitiis obnoxius est. Quod inquit, ἢ πόρνος, potest per conjunctionem disjunctivam intelligi, perinde ac sequentia. Potest etiam ut verbum accipi pro eo quod est, Si quis frater nominatus, « sit, » hoc est, exsistat fornicator, etc. Cum tali ne cibus quidem sumendus, ut agnoscens se abominationem esse propter scelus, ab eo abstineat.

A ἔστι δὲ τῇ ἀληθείᾳ, πᾶς ὁ τοῖς ἀπηριθμημένοις ἔνοχος. Τὸ δὲ, « Ἢ πόρνος, » δύναται μὲν καὶ ὡς διαζευκτικὸς σύνδεσμος νοηθῆναι, καθὼς καὶ τὰ ἑξῆς· δύναται δὲ καὶ ὡς ῥῆμα, ἀντὶ τοῦ, Ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ, τουτέστιν, ὑπάρχῃ πόρνος, καὶ τὰ ἑξῆς, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν, ἵνα γνοὺς ὅτι βδέλυγμά ἐστι διὰ τὴν κακίαν, ἀπόσχηται ταύτης.

Vers. 12. « Quid enim mihi de iis qui foris sunt judicare? » Eos qui foris sunt, Græcos sive Gentiles nominat : qui intus, Christianos. Nulla mihi, inquit, cura de iis qui foris sunt. : tantum enim est quod ait, Extra meas leges sunt. Supervacaneum itaque foret legem sancire iis qui extra Christi regiam et aulam agunt. « Quæcunque enim lex loquitur, iis, qui sunt in lege, loquitur [n]. »

« Τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν; » Ἔξω τοὺς Ἕλληνας ὀνομάζει· ἔσω δὲ, τοὺς Χριστιανούς. Οὐδείς μοι, φησὶ, λόγος πρὸς τοὺς ἔξω· αὐτὸ γὰρ τοῦτο, ἔξω τῶν ἐμῶν νόμων εἰσί. Περιττὸν οὖν τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ [11] τιθέναι τοῖς ἔξω τῆς Χριστοῦ αὐλῆς· ὅσα γὰρ ὁ νόμος λαλεῖ, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ. B

Vers. 12, 13. « Nonne de iis qui intus sunt, vos judicatis? Eos vero qui foris sunt, Deus judicabit. » Nonnulli particulam οὐχὶ, id est, nonne, puncto interstinguunt : deinde ab alio principio sine interrogatione legunt : « De iis qui intus sunt, vos judicatis. » Cum enim supra dixisset : « Quid enim mihi de iis qui foris sunt, judicare? » subintulit, Non : quasi dicat, Mea nihil refert illos judicare. Quidam vero junctim cum interrogatione legunt : « Nonne de iis qui intus sunt, vos judicatis? » hoc est, Nonne Christiani a vobis judicandi sunt? Eos vero qui foris sunt, horribilior judex excipiet. Proinde, si a vobis, qui intus sunt, judicantur, Dei judicium, quod terribilius est, evadent.

« Οὐχὶ τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε; Τοὺς δὲ ἔξω, ὁ Θεὸς κρινεῖ. » Τινὲς εἰς τὸ, « Οὐχὶ, » στίζουσιν· εἶτα ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ἀναγινώσκουσι χωρὶς ἐρωτήσεως· « Τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε. » Εἰπὼν γὰρ ἄνω, ὅτι « Τί μοι τοὺς ἔξω κρίνειν; » ἐπήγαγεν, ὅτι « Οὐχί· » ἀντὶ τοῦ, Οὐκ ἔστι μοι τὸ κρίνειν ἐκείνους. Τινὲς δὲ συναπτῶς καὶ ἐρωτηματικῶς ἀναγινώσκουσιν· « Οὐχὶ τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε; » Ἀντὶ τοῦ, Οὐχὶ τοὺς Χριστιανοὺς ὀφείλετε ὑμεῖς κρίνειν; Τοὺς δὲ ἔξω ὁ Θεὸς φοβερώτερος δικαστὴς παραλήψεται. Ὥστε, εἰ παρ' ὑμῖν οἱ ἔσω κρίνονται, ἐκφεύξονται τὴν φοβερωτέραν κρίσιν τοῦ Θεοῦ. C

« Auferte malum ex vobis ipsis [n]. » Meminit Scripturæ loci in Veteri Testamento, ut commonstret quod jam olim legislatori placuerit, ut scelerati exscinderentur. Quod ait, « Ex vobis ipsis, » ostendit quod impii sublatio ipsis major erit emolumento.

« Καὶ ἐξαρεῖτε τὸν [12] πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. » Ἐμνημόνευσε ῥήσεως ἐν τῇ Παλαιᾷ κειμένης, ἵνα δείξῃ ὅτι καὶ ἄνωθεν ἐδόκει τῷ νομοθέτῃ τοὺς πονηροὺς ἐκτέμνεσθαι. Τὸ δὲ, « Ἐξ ὑμῶν αὐτῶν, » δείκνυσιν ὅτι μᾶλλον αὐτῶν ὠφέλειά ἐστιν ἡ ἐξαρσις τοῦ πονηροῦ. D

151 CAPUT VI.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Vers. 1. « Audet aliquis vestrum, habens negotium adversus fratrem suum, judicari apud injustos, et non apud sanctos? » Plerique in pecuniariis causis dissidentes, apud Græcos judices contendebant, utpote legum peritos. Hoc igitur nunc corrigit, quod obiter in medium incidit. Postquam enim mentionem fecit avarorum, actutum efferbuit præ eorum cura qui talia patrarant. Intuere autem quomodo statim ab initio indignationem suam ostendat, audaciam appellans rem istam ac prævaricationem. Non autem dixit, Apud infideles, sed, « Apud injustos. » Cum enim is qui litigat, justum assequi laborat, ostendit eos istud haud consecutos. Injusti enim sunt, inquit, judices Græci : qui igitur tibi juste judicabunt? Sanctos autem fideles appellat, ex ipsis nominibus differentiam demonstrans ; illi namque injusti sunt, isti vero sancti.

« Τολμᾷ τις ὑμῶν πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ πρᾶγμα ἔχων, κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων, καὶ οὐχὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων; » Πολλοὶ χρηματικὰς δίκας ἔχοντες, ἐκρίνοντο παρὰ τοῖς Ἕλλησι δικασταῖς, ἅτε νομομαθέσι. Τοῦτο τοίνυν διορθοῦται παρεμπεσὸν εἰς τὸ μέσον. Ἐπειδὴ γὰρ ἐμνήσθη πλεονεκτῶν, εὐθὺς ἔζεσε τῇ περὶ τῶν ἁμαρτανόντων τὰ τοιαῦτα φροντίδι. Καὶ ὅρα, ὅπως θυμὸν ἐνδείκνυται ἐξ ἀρχῆς, καὶ τόλμαν καλεῖ τὸ πρᾶγμα καὶ παρανομίαν. Οὐκ εἶπε δὲ, Ἐπὶ τῶν ἀπίστων, ἀλλ', « Ἐπὶ τῶν ἀδίκων. » Ἐπειδὴ γὰρ ὁ δικαζόμενος, τοῦ δικαίου τυχεῖν βούλεται, δείκνυσιν αὐτοὺς τούτου οὐ τυγχάνοντας. Ἄδικοι γάρ, φησὶν, εἰσὶν οἱ κρίνοντες [13] Ἕλληνες· πῶς οὖν σοι δικαίως κρινοῦσιν; Ἁγίους δὲ, τοὺς πιστοὺς φησὶν, ἐξ αὐτῶν τῶν ὀνομάτων δεικνὺς τὴν διαφοράν· οἱ μὲν γὰρ ἄδικοί εἰσιν, οἱ δὲ ἅγιοι.

Vers. 2. « An nescitis quod sancti mundum ju-

« Ἢ οὐκ οἴδατε [*vulg.* Οὐκ οἴδατε ὅτι] οἱ ἅγιοι τὸν

[n] Rom. III, 19. [o] Deut. XIII, 5.

Variæ lectiones.

[11] Χριστοῦ m. [12] τὸ o. [13] δικάζοντες o.

Digitized by Google

κόσμον κρινοῦσιν; » Ἐπειδὴ οἱ πιστοὶ ἰδιῶται ὄντες A οὐκ ἀξιόπιστοι ἐδόκουν πρὸς τὸ τεμεῖν [15] ὑπόθεσιν, ἀξιοπίστους αὐτοὺς ποιεῖ [16], πρῶτον μὲν ἁγίους καλέσας, εἶτα εἰπὼν, ὅτι τὸν κόσμον κρινοῦσιν· οὐκ αὐτοὶ καθήμενοι καὶ δικάζοντες (ὁ γὰρ Κύριος κρινεῖ), ἀλλὰ κατακρινοῦσιν. Ὅταν γὰρ ὁμοιοπαθεῖς ὄντες, εὑρεθῶσιν αὐτοὶ μὲν πιστεύσαντες, ἐκεῖνοι δὲ ἀπιστήσαντες, οὐ κατάκρισις τοῦτο τῶν ἀπίστων;

« Καὶ εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος, ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων; » Ὅρα, οὐκ εἶπεν, ὅτι Ὑφ' ὑμῶν κρίνεται, ἀλλ', « Ἐν ὑμῖν· » τουτέστιν, Ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μὲν κρίνεται, ἐν ὑμῖν δὲ κατακρίνεται, ἀντὶ τοῦ, Ἐν τῷ ὑμᾶς ὑπόδειγμα εἶναι πιστεύσαντας. Τὸ δὲ, « Ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων, » τοιοῦτον ἔχει νοῦν. Ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ὑπὸ B τῶν ἔσω κρινομένους αἰσχύνεσθαι, τοὐναντίον μὲν οὖν ἐστιν αἰσχύνη, φησὶν, ὅταν ὑπὸ τῶν ἔξωθεν κρίνεσθε. Ἐκεῖνα γάρ ἐστιν ἐλάχιστα δικαστήρια, οὐ τὰ ἔσω.

« Οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν; Μήτοιγε [*vulg.* μήτιγε] βιωτικά; » Ἀγγέλους τοὺς δαίμονάς φησι Καὶ τούτους οὖν κατακρινοῦμεν, ὅταν οἱ ἐν σαρκὶ ἡμεῖς, τῶν ἀσωμάτων αὐτῶν πλέον εὑρεθῶμεν ἔχοντες.

« Βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε, τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, τούτους καθίζετε. Πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω· οὕτως οὐκ ἔνι ἐν ὑμῖν σοφὸς οὐδὲ εἷς, ὃς δυνήσεται διακρῖναι ἀνὰ μέσον τοῦ C ἀδελφοῦ αὐτοῦ; » Ἐκ περιουσίας βουλόμενος ἀποσῆσαι αὐτοὺς τῶν ἔξω δικαστηρίων, φησὶν, ὅτι Ἴσως εἴποι τις ἄν, ὅτι οὐκ ἔνι σοφός τις ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὁ διακρῖναι δυνάμενος. Εἰ γὰρ κατὰ τὸν ὑμῶν λόγον οὐκ ἔνι σοφὸς, τοὺς ἐξουθενημένους μᾶλλον δικαστὰς καθίζετε, ἢ τοὺς ἀπίστους. Τοῦτο δὲ εἶπον πρὸς ἐντροπὴν ὑμῶν, συντρέχων τῇ ψευδεῖ προφάσει ὑμῶν, ἐπεὶ ἄρα τοσαύτη σπάνις ἐστὶ σοφῶν παρ' ὑμῖν, ὥστε τοὺς εὐτελεῖς καὶ ἰδιωτικωτέρους κρίνειν. Τὸ, « Ἀδελφοῦ δὲ αὐτοῦ, » προσέθηκε, σημαίνων ὅτι ὅτε [18] πρὸς τὸν ἀδελφόν ἐστιν ἡ δίκη, οὐδὲ πολλῆς χρεία ποικιλίας καὶ γνώσεως, ἅτε τῆς ἀδελφικῆς διαθέσεως πολλὰ συνεργούσης πρὸς λύσιν τῆς φιλονεικίας.

« Ἀλλὰ ἀδελφὸς μετὰ ἀδελφοῦ κρίνεται, καὶ τοῦτο D ἐπὶ ἀπίστων; » Διπλοῦν τὸ κακὸν, ὅτι τε πρὸς ἀδελφὸν ἡ κρίσις, καὶ ὅτι ἐπὶ ἀπίστων.

« Ἤδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ἐν ὑμῖν ἐστιν, ὅτι κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν. » Πρότερον ἀνεῖλε τὸ κρίνεσθαι παρὰ τοῖς ἀπίστοις· νυνὶ δὲ καὶ αὐτὸ τὸ ὅλως κρίνεσθαι ἀναιρεῖ, λέγων, ὅτι « Ὅλως ἥττημα· » τουτέστι, Κατάκρισις, αἰσχύνη ὅτι ὅλως ἔχετε κρίματα, τουτέστι, δίκας μετ' ἀλλήλων· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, « Μεθ' ἑαυτῶν. » Ἐμφαντικῶς δὲ τοῦτο εἶπεν· ἑαυτοὺς γὰρ ὀφείλομεν λογίζεσθαι οἱ Χριστιανοὶ τοὺς [ὡς] ἀδελφούς.

dicabunt? » Quia fideles, utpote indocti, ad litem dirimendam non videbantur idonei, auctoritatem illis conciliat : primum quidem sanctos appellando, deinde affirmando quod mundum sunt judicaturi : non ipsi quidem sedentes ac sententiam proferentes (Dominus enim judicabit) verum condemnabunt. Cum enim ipsi, qui similibus affectionibus obnoxii erant, inventi fuerint fideles, illi vero infideles, nonne hoc condemnatio est infidelium?

« Quod si in vobis judicatur mundus, indigni estis judiciis minimis? » Observa quod non dixerit, a vobis judicatur, sed, « In vobis : » hoc est, a Deo quidem judicatur, in vobis autem condemnatur, pro, ex hoc quod vos credentes iis eratis pro exemplo. Quod autem ait, « Indigni estis judiciis minimis, » hujusmodi sensum habet. Cum enim verisimile esset ipsos ab iis qui intus erant judicatos pudefieri; e diverso, inquit, contumeliam retuleritis, si ab illis qui foris sunt, hoc est, ab infidelibus judicemini. Minima enim sunt illa tribunalia; quæ intus sunt non item.

Vers. 3. « Nescitis quod angelos judicabimus? quanto magis sæcularia? » Angelos dæmones appellat, quos condemnabimus, quando nos carne vestiti, incorporeis istis substantiis excellentiores fuerimus reperti.

Vers. 4, 5. « Judicia igitur de rebus temporariis si habeatis, qui in Ecclesia contempti sunt, eos constituite. Ad verecundiam vestram dico : Sic non est inter vos quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum? » Ab exoticis judiciis eos revocare volens, ex abundanti adjicit : Forsan dixerit quispiam, quod non sit sapiens **152** in Ecclesia, qui dijudicare possit. Si enim secundum vestram existimationem non est sapiens, contemptos potius judices constituite, quam infideles. Istud autem dixi, ad verecundiam vestram, inani vestræ prætextui consentiens : quandoquidem tanta est raritas sapientum apud vos, ut viles et indoctiores judicium exerceant. « Fratrem suum, » adjecit, indicans quod si quando adversus fratrem sit contentio, varia rerum cognitione non est opus, affectione nimirum fraterna ad litis solutionem cooperante.

Vers. 6. « Sed frater cum fratre judicio contendit, et hoc apud infideles? » Duplex malum, et quod erga fratrem sit judicium, et quod apud infideles.

Vers. 7. « Jam quidem omnino delictum est in vobis, quoniam judicia habetis inter vosmetipsos. » Antea hoc sustulit, quod judicarentur apud infideles : nunc autem ipsam omnino disceptationem tollit, inquiens : « Omnino est delictum, » id est, condemnatio et pudor, quoniam omnino habetis judicia, hoc est, causas judiciarias inter vos invicem, hoc enim est quod ait, « Inter vosmetipsos. » Emphatice vero hoc dixit. Nos enim Christiani fratres nostros nosmetipsos existimare debemus.

Variæ lectiones.

[15] κρίνειν O. [16] καλεῖ O. [18] ἐπεὶ O.

Digitized by Google

VERS. 7,8. « Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Sed ipsi injuriam infertis, ac defraudatis, idque fratres. » Multiplex accusatio. Prima quidem, quod injuriam passi, sustinere non norant : altera, quod ipsi potius injuriam inferant : tertia, quod fratribus. Bonum esset, inquit, neque injuriam facere, neque pati : in summa autem, melius est pati.

VERS. 9. « An nescitis quod iniqui regnum Dei non possidebunt? » Exhortationem comminatione concludit, sermonem vehementiorem reddens, ac veluti in re confessa ipsos interrogat.

« Ne erretis. » Hic occulte indicat fuisse nonnullos apud eos qui dicerent : Clemens est Deus, nec puniet nos, verum in regnum introducet. Ait igitur, « Ne erretis. » Etenim revera erroris est et impostura, hic sperare commoda, posthac vero illic diversum consequi.

« Neque fornicatores. » Eum qui jam condemnatus erat, primo loco ponit.

« Neque idolorum cultores, neque mœchi, neque molles. » Molles, turpia patientes nominat. Infert igitur et turpia agentes.

VERS. 10. « Neque masculorum concubitores, neque avari, neque fures, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. » Quærunt multi, quare conjunxit ebriosos et maledicos cum idolorum **153** cultoribus, et cum eis qui scelera nefanda perpetrant? Quoniam nimirum Christus ipse, eum qui dixerit « fratri suo, Fatue P, reum faciat gehennæ : ac rursus quia Judæi ex ebrietate ad idololatriam pervenerunt. Deinde, non de supplicio jam nunc loquitur; sed de regni amissione. E regno autem pariter omnes excidunt : num vero in pœnis discrimen habituri sint, non est præsentis loci indagare.

VERS. 11. « Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini Jesu, et in Spiritu Dei nostri. » Intelligite, inquit, a qualibus malis vos liberarit, quantaque vobis bona largitus sit Deus. Habebatis enim vos prædicta omnia : verum ab iis vos mundavit Deus : et non solum hoc, sed etiam sanctificavit. Quomodo? justificando, inquit, vos. Abluit enim vos, deinde justificans sanctificavit : non hujus vel illius doctoris nomine, cæterum in Christi nomine, Spirituque sancto : id est, Trinitas ista vobis donavit. Cum enim dicit quod Deus in nomine Christi et Spiritu sancto nos sanctificarit, nihil aliud quam Trinitatem ponit.

VERS. 12. « Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. » Quia fornicatoris supra meminit, ac de illo rursum verba facturus est, sermonem de gulositate interponit. Ex hac enim plerumque fornicationis malum provenire solet. Ait ergo : Licet

P Matth. v, 22.

A « Διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; Διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε; Ἀλλ' αὐτοὶ ἀδικεῖτε καὶ ἀποστερεῖτε, καὶ ταῦτα ἀδελφούς. » Πολλαπλοῦν τὸ ἔγκλημα· πρῶτον μὲν, ὅτι οὐκ οἴδασιν ἀδικούμενοι φέρειν· δεύτερον δὲ, ὅτι ἀδικοῦσι μᾶλλον αὐτοί· τρίτον, ὅτι ἀδελφούς. Καλὸν μὲν ἦν, φησὶ, μήτε ἀδικεῖν, μήτε ἀδικεῖσθαι· ἐν ἐπιλογῇ δὲ, βέλτιον τὸ ἀδικεῖσθαι.

« Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι ἄδικοι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν; » Εἰς ἀπειλὴν κατακλείει τὴν παραίνεσιν, ἰσχυρότερον ποιῶν τὸν λόγον, καὶ ὡς ἐπ' ὁμολογημένῳ πράγματι ἐρωτῶν αὐτούς.

« Μὴ πλανᾶσθε. » Ἐνταῦθα αἰνίττεταί τινας παρ' αὐτοῖς ὄντας, οἳ ἔλεγον, ὅτι φιλάνθρωπός ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ οὐ κολάσει, ἀλλ' εἰς τὴν βασιλείαν εἰσάξει. B Φησὶν οὖν· « Μὴ πλανᾶσθε. » Καὶ γὰρ ὄντως ἀπάτης ἐστὶ καὶ πλάνης ἐλπίσαι ἐνταῦθα [17] χρηστὰ, εἶτα ἐκεῖ τῶν ἐναντίων ἐπιτυχεῖν.

« Οὔτε πόρνοι. » Τὸν ἤδη καταδικασθέντα πρῶτον τίθησιν.

« Οὐδὲ [*vulg.* οὔτε] εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοί. » Μαλακοὺς φησι τοὺς αἰσχροπαθοῦντας. Ἐπιφέρει γοῦν [18] καὶ τοὺς αἰσχροποιοῦντας.

« Οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε πλεονέκται, οὔτε κλέπται, οὔτε μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες, βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. » Ζητοῦσι πολλοὶ, τί δήποτε τοὺς μεθύσους [19] καὶ λοιδόρους μετὰ τῶν εἰδωλολατρῶν καὶ τῶν ἀῤῥητοποιῶν τέθεικεν; Ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς τὸν εἰπόντα, « Μωρὲ, τῷ ἀδελφῷ, » C ἔνοχον εἶπε γεέννης· καὶ αὖ, Ἰουδαῖοι ἐκ τῆς μέθης εἰς εἰδωλολατρίαν ἦλθον. Ἔπειτα, οὐ περὶ κολάσεως, ὁ λόγος νῦν, ἀλλὰ περὶ ἐκπτώσεως βασιλείας. Τῆς μὲν οὖν βασιλείας ὁμοίως πάντες ἐκπίπτουσιν· εἰ δὲ ἐν ταῖς κολάσεσι [20] διαφορὰν ἔξουσιν, οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ ζητεῖν.

Cum nullum esse alium Deum asseruisset, ac apud Græcos dii multi dicebantur : ne videretur rebus manifestis repugnare, etiamsi sint, inquit, qui dicantur dii, hoc est, qui revera non sint, sed nomine tenus : sive in cœlo, ut sol et luna, aliæque stellæ et sidera, quibus Græci numina attribuerunt : sive super terram, ut qui ex hominibus in deorum ordinem ab iis translati sunt : at vero « nobis est unus Deus Pater, ex quo omnia : » quod significat eum esse Conditorem et Creatorem. Quod vero adjicit, « Et nos in ipsum : » fidei et appropriationis rationem indicat : perinde ac si dicat, Et nos ad ipsum conversi sumus, exque eo pendemus.

« Et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum. » Per Filium omnia adesse perducta sunt, et nos per ipsum perducti sumus ut essemus, et ut bene essemus : hoc est, ut fideles efficeremur, atque ex errore ad veritatem traduceremur. Cæterum cum audis, « Unus est Deus Pater, » et « Unus Dominus Jesus Christus : » Ne Patri soli attributum censeas Dei vocabulum, Filio vero, Domini. Indiscriminatim namque et Filius Deus est, uti in hoc loco : « Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus [b] : » et rursus, Pater est Dominus, ut in eo psalmi [c] : « Dixit Dominus Domino meo. » Sed quoniam ad Græcos illi sermo erat, multos deos colentes, multosque dominos : propterea neque Filium Deum hic dixit, ne duos deos existimarent, ut qui multis diis assuevissent : neque Patrem Dominum appellavit, ne multos etiam dominos apud nos esse censerent. Hanc etiam ob causam neque Spiritus hic ullam fecit mentionem, auditorum imbecillitati parcens : quemadmodum neque prophetæ Filii aperte meminerunt, Judæorum causa, ne ipsi generationem affectibus obnoxiam intelligant. Unde et, « Unus, » continuo ponit; « Non est, » inquiens, « Deus, nisi unus ; » et, « Unus Deus : » et, « unus Dominus. » Dixit itaque Patrem unum Deum, ad oppositionem deorum falso dictorum, et non Filii : et ad differentiam falsorum dominorum, non autem Patris, dixit unum Dominum ipsum Filium.

« Sed non in omnibus est scientia. » Non omnes, inquit, sciunt unum esse Deum, et non multos, nihilque esse idola.

VERS. 7. « Quidam autem cum conscientia idoli usque nunc, quasi idolothytum manducant, et conscientia ipsorum cum sit infirma polluitur. » « Quidam, » inquit, indefinite, nolens eos palam proferre. Namque **168** plurimi ab idolorum cultu ad Christum accesserant, qui usque nunc, id est, postquam etiam crediderant in Christum, idolothyta tanquam idolothyta manducant. « Cum conscientia » enim, inquit, « idoli : » hoc est, eamdem sententiam habentes de idolis, et putantes illa esse

A ὅτι « Οὐδεὶς Θεὸς ἕτερος, » ἐλέγοντο δὲ πολλοὶ θεοὶ παρ' Ἕλλησιν· ἵνα μὴ δόξῃ τοῖς φανεροῖς μάχεσθαι, φησίν, ὅτι « Εἰ καὶ εἰσὶ λεγόμενοι θεοί, » τουτέστιν, οὐκ ἐν ἀληθείᾳ ὄντες, ἀλλ' ἐν λόγῳ· « εἴτε ἐν οὐρανῷ, » ὡς ἥλιος καὶ σελήνη, καὶ οἱ λοιποὶ ἀστέρες, οὓς ἐθεοποίησαν Ἕλληνες· « εἴτε ἐπὶ γῆς, » ὡς οἱ ἐξ ἀνθρώπων αὐτοῖς θεοποιηθέντες· « ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ Πατήρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα· » ὅπερ δηλοῖ αὐτὸν Δημιουργόν. Τὸ δὲ, « Καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν, » τὸν τῆς πίστεως καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειώσεως λόγον δηλοῖ· ὡσανεὶ εἶπε· Καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν [aa] ἐπεστράμμεθα, καὶ εἰς αὐτὸν ἐσμεν ἠρτημένοι.

B « Καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. » Διὰ τοῦ Υἱοῦ τὰ πάντα εἰς τὸ εἶναι παρήχθη, καὶ ἡμεῖς δὲ δι' αὐτοῦ εἰς τὸ εἶναι παρήχθημεν, καὶ εἰς τὸ εὖ εἶναι, τουτέστι, πιστοὶ γενέσθαι, καὶ ἐκ πλάνης πρὸς τὴν ἀλήθειαν μετελθεῖν. Ἀκούων δὲ, « Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, » καὶ, « Εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός· » μὴ ἀποκεκληρῶσθαι νομίσῃς, τῷ μὲν Πατρὶ τὸ, « Θεός· » τῷ δὲ Υἱῷ τὸ, « Κύριος. » Ἀδιαφόρως γὰρ καὶ ὁ Υἱὸς Θεός· ὡς τὸ, « Ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός· » καὶ αὖ, ὁ Πατὴρ, Κύριος, ὡς τὸ, « Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου. » Ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς Ἕλληνας ἦν ὁ λόγος αὐτῷ, πολυθεΐαν πρεσβεύοντας καὶ πολυκυριότητα· διὰ τοῦτο, οὔτε καὶ τὸν Υἱὸν Θεὸν εἶπεν, ἵνα μὴ δύο θεοὺς νομίσωσιν, ἅτε πολυθεΐᾳ ἐνειθισμένοι· οὔτε καὶ τὸν Πατέρα C Κύριον, ἵνα μὴ πολλοὺς κυρίους καὶ παρ' ἡμῖν εἶναι δόξωσι. Διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν, οὐδὲ τοῦ Πνεύματος ἐμνήσθη ἐνταῦθα, φειδόμενος τῆς ἀσθενείας τῶν ἀκουόντων· ὥσπερ καὶ οἱ προφῆται τοῦ Υἱοῦ σαφῶς οὐ μέμνηνται, διὰ τοὺς Ἰουδαίους, ἵνα μὴ ἐμπαθῆ νομίσωσι τὴν γέννησιν· διὸ [55.56] τὸ, « Εἷς, » συνεχῶς τίθησι, λέγων, ὅτι « Οὐκ ἔστι Θεὸς εἰ μὴ εἷς· » καὶ, « Εἷς Θεός· » καὶ, « Εἷς Κύριος. » Καὶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοίνυν τῶν ψευδωνύμων θεῶν, οὐχὶ τοῦ Υἱοῦ, εἶπεν ἕνα Θεὸν τὸν Πατέρα· καὶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ψευδωνύμων κυρίων, ἀλλ' οὐ τοῦ Πατρὸς, εἶπεν ἕνα Κύριον τὸν Υἱόν.

« Ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις. » Οὐ πάντες, φησὶν, ἴσασιν ὅτι εἷς Θεὸς, καὶ οὐ πολλοὶ, ἢ ὅτι D οὐδέν εἰσι τὰ εἴδωλα.

« Τινὲς δὲ τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου ἕως ἄρτι, ὡς εἰδωλόθυτον ἐσθίουσι, καὶ ἡ συνείδησις αὐτῶν ἀσθενὴς οὖσα μολύνεται. » — « Τινὲς, » εἶπεν, ἀορίστως, μὴ θέλων αὐτοὺς ἐκπομπεῦσαι. Ἦσαν γὰρ πολλοὶ ἐξ εἰδωλολατρίας τῇ πίστει προσελθόντες, οἳ ἕως ἄρτι, τουτέστι, καὶ μετὰ τὸ πιστεῦσαι, τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίουσιν, ὡς εἰδωλόθυτα. « Τῇ συνειδήσει » γὰρ, φησὶ, « τοῦ εἰδώλου· » τουτέστι, τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντες περὶ τὰ εἴδωλα, καὶ νομίζοντες αὐτὰ εἶναί τι, καὶ δεδοικότες ὡς βλάψαι δυνάμενα.

[b] Rom. IX, 5. [c] Psal. CIX, 1.

Variæ lectiones.

[aa] εἰς αὐτὸν τῆς πίστεως ἀρχηγόν m. [55.56] ὅθεν c.

Digitized by Google

Διὸ οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐκεῖνα μολύνουσιν, ἀλλὰ, « Ἡ συνείδησις αὐτῶν μολύνεται, » ὡς ἀσθενὴς οὖσα, καὶ μὴ δυναμένη νοῆσαι, ὅτι οὐδέν εἰσιν· ἐπεὶ ἐκεῖνα αὐτὰ καθ' αὑτὰ οὐ δύνανται μολῦναί τινα. Νόησον οὖν τοιοῦτον πάσχειν ἐκείνους, ὥσπερ εἴ τις κατὰ τὴν Ἰουδαϊκὴν συνήθειαν, μολυσμὸν νομίζων τὸ ἅπτεσθαι νεκροῦ, εἶτα ἑτέρους ὁρῶν ἁπτομένους μετὰ καθαροῦ συνειδότος, ἅπτοιτο μὲν καὶ αὐτὸς, αἰδούμενος τούτους· μολύναιτο δὲ τὴν συνείδησιν, ὡς διακρινόμενος.

« Βρῶμα δὲ ἡμᾶς οὐ παρίστησι τῷ Θεῷ. » Ἵνα μὴ εἴπωσιν, ὅτι Ἐγὼ καθαρᾷ ἐσθίω συνειδήσει, καὶ τί μοι μέλει εἴ τις διὰ ἀσθένειαν σκανδαλίζεται; Δείκνυσιν ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ φαγεῖν ὅλως ἐπὶ καταφρονήσει τῶν εἰδώλων, οὐδέν ἐστι. Κἂν γὰρ ὁ ἀδελφὸς μὴ ἐβλάπτετο, οὐδὲ οὕτως ἐπαινετόν τι ἐποίεις καὶ θεάρεστον. Βρῶμα γὰρ οὐκ οἰκειοῖ ἡμᾶς τῷ Θεῷ.

« Οὔτε γὰρ ἐὰν φάγωμεν, περισσεύομεν· οὔτε ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑστερούμεθα. » Τουτέστιν, Οὔτε ἐὰν φάγωμεν, περισσόν τι ἔχομεν, καὶ εὐδοκιμοῦμεν παρὰ τῷ Θεῷ· οὔτε ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑστεροῦμεν καὶ ἐλαττούμεθα.

« Βλέπετε δὲ, μήπως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη πρόσκομμα γένηται τοῖς ἀσθενοῦσι τῶν ἀδελφῶν. » Ἐκφοβεῖ αὐτοὺς διὰ τούτου. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἡ γνῶσις ὑμῶν, ἀλλ', « Ἡ ἐξουσία. » Τουτέστιν, ἡ προπέτεια, καὶ ἡ ἀλαζονεία πρόσκομμα γένηται τοῖς ἀσθενοῦσιν· ὃ μείζων αὐτῶν κατηγορία, ὅτι οὐδὲ ἀσθενούντων φείδονται, οἷς ἔδει καὶ χεῖρα ὀρέγειν.

« Ἐὰν γάρ τις ἴδῃ σὲ τὸν ἔχοντα γνῶσιν ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον, οὐχὶ ἡ συνείδησις αὐτοῦ, ἀσθενοῦς ὄντος, οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν; » Τουτέστι, Σὲ τὸν, ὡς λέγεις, τέλειον ὄντα, ἐὰν ἴδῃ ἀσθενής τις τῶν εἰδωλοθύτων γευόμενον, ἆρα οὐ μὴ λάβῃ ἀφορμὴν πλείω εἰς τὸ καὶ αὐτὸς τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν, καὶ μᾶλλον παγιωθήσεται (τοῦτο γὰρ τὸ, « Οἰκοδομηθήσεται ») εἰς τὸ οἴεσθαι εἶναί τι τὰ εἴδωλα; Ἀγνοῶν γὰρ τὸν σὸν λογισμὸν, μεθ' οὗ τοῦτο ποιεῖς, προτροπὴν τοῦτο λογίσεται πάντως.

« Καὶ ἀπολεῖται ὁ ἀσθενῶν ἀδελφὸς ἐπὶ τῇ σῇ γνώσει, δι' ὃν Χριστὸς ἀπέθανεν. » Καὶ γενήσεται πρόφασις ἀπωλείας ἑτέρῳ ἡ σὴ τελειότης, καὶ ταῦτα ἀσθενοῦντι, καὶ ταῦτα δι' ὃν Χριστὸς ἀπέθανε. Καὶ ὁ μὲν Χριστὸς οὐδὲ ἀποθανεῖν παρητήσατο ὑπὲρ αὐτοῦ· σὺ δὲ οὐδὲ βρωμάτων ἀπέχῃ, ἵνα μὴ σκανδαλίζηται; Ὁ δὲ Χρυσόστομος, « Ἐπὶ τῇ σῇ βρώσει, » λέγει.

« Οὕτω δὲ ἁμαρτάνοντες εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν ἀσθενοῦσαν, εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε. » Οὐκ εἶπε, Σκανδαλίζοντες, ἀλλὰ, « Τύπτοντες· » ὥστε τὴν ὠμότητα ἐνδείξασθαι, ὅταν καὶ τὴν ἀσθενοῦσαν συνείδησιν τύπτωσιν. Εἰς αὐτὴν δὲ τὴν κορυφὴν τῆς παρανομίας τὸ ἁμάρτημα ἀνήγαγεν[67], « Εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε, » εἰπών.

A aliquid, eaque metuentes quasi quæ possint lædere. Quapropter non dixit : Illa polluunt, sed : « Conscientia eorum polluitur ; » quippe quæ imbecillior sit, quam ut possit intelligere idolum nihil esse ; cum illa ipsa per sese non possint polluere quemquam. Intellige igitur tale quidpiam pati eos, veluti si quis Judaica consuetudine, contaminationem existimans attingere mortuum, deinde alios videat pura conscientia tangentes, ipse quoque tangat, illos reveritus ; interea tamen ejus conscientia coinquinetur, ut qui ambigat secum.

Vers. 8. « Esca autem nos non commendat Deo. » Ne objiciant : Ego pura conscientia vescor, ecquid mihi curæ est, si quis per imbecillitatem offenditur? ostendit quod ipsum edere etiam cum B contemptu idolorum, nihil sit. Etiamsi enim frater tuus non læderetur, neque sic tamen laudabile quidquam faceres, Deoque gratum. Cibus enim nos Deo non associat.

« Neque enim si edamus, abundamus : neque si non edamus, deficimus. » Hoc est, Neque si edamus, idcirco meliores sumus, ac Deo gratiores : neque si non edamus, idcirco pejores sumus et deficimus.

Vers. 9. « Videte autem ne quomodo hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis fratribus. » Perterrefacit eos per hoc. Nec dixit : Scientia vestra, sed, « Licentia, » hoc est, petulantia et arrogantia fiat offendiculum infirmis. Atque hæc major C eorum est accusatio, quod ne infirmis quidem voluerint parcere, quibus etiam opitulari oportebat.

Vers. 10. « Nam si quisquam conspexerit te habentem scientiam, in idolio accumbentem, nonne conscientia ejus qui infirmus est, ædificabitur ut vescatur idolothytis? » Hoc est, sine, qui, uti dicis, perfectus es, infirmus aliquis idolis immolata edentem conspexerit, nonne majorem arripiet occasionem, ut ipse etiam idolothytis vescatur, magisque stabilietur (hoc enim est, « Ædificabitur ») ut existimet idola aliquid esse? Ille enim inscius, qua tu ratio ductus hoc facis, istud pro exhortatione reputabit.

Vers. 11. « Ac peribit infirmus frater ob tuam scientiam, propter quem Christus est mortuus. » D Et tua perfectio alteri fiet occasio interitus, idque infirmo, et propter quem Christus est mortuus. Et Christus quidem pro ipso non detrectavit mori ; tu vero ne a cibis quidem abstines, ut **169** ille non offendatur? Chrysostomus autem, « Ob manducationem tuam, » dicit.

Vers. 12. « Sic autem peccantes in fratres, et percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. » Non dixit, Offendentes, sed « Percutientes ; » ut crudelitatem indicaret ; quandoquidem et languentem conscientiam feriant. In ipsum autem transgressionis fastigium, peccatum retulit ; « In Christum peccatis, » inquiens. Quo-

Variæ lectiones.

[67] εἰσήγαγεν O.

Digitized by Google

modo autem peccatum in Christum refertur? multis modis: Quia et quæ servorum suorum sunt, sibi tribuit, et quoniam corpus et membra ipsius sunt, qui feriuntur, et quia, quæ ipse per propriam victimam ædificavit, nimirum salutem ipsi destruunt.

« Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. » Ceu optimus præceptor, per seipsum commendat quæ dicit. Nec dixit, si juste scandalizet, sed Quacunque ratione. Nec ait, non manducabo idolis oblatum; sed, « Carnem » simpliciter, etiamsi permissum fuerit: nec uno alterove die, sed per omnem ætatis meæ cursum. Isthuc enim indicat, « In æternum. » Nec dixit: Ne perdam, sed simpliciter, « Ne scandalizem. »

A Πῶς δὲ τὸ ἁμάρτημα εἰς Χριστὸν ἀναφέρεται; Κατὰ πολλοὺς τρόπους· ὅτι τε τὰ τῶν οἰκετῶν αὐτὸς οἰκειοῦται, καὶ ὅτι σῶμα αὐτοῦ καὶ μέλη εἰσὶν οἱ τυπτόμενοι, καὶ ὅτι ἃ ᾠκοδόμησεν αὐτὸς διὰ τῆς οἰκείας σφαγῆς, τουτέστι, τὴν σωτηρίαν [88], αὐτοὶ καθαιροῦσι.

« Διόπερ εἰ βρῶμα σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου, οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα, ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω. » Ὡς διδάσκαλος ἄριστος δι' ἑαυτοῦ συνιστᾷ, ἃ λέγει. Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἐὰν σκανδαλίζῃ δικαίως, ἀλλ', Ὁπωσοῦν. Καὶ οὐκ εἶπεν, Οὐ μὴ φάγω εἰδωλόθυτον, ἀλλὰ, « Κρέα » ἁπλῶς, κἂν [καὶ] συγκεχωρημένον εἴη· καὶ οὐ μίαν ἢ δευτέραν ἡμέραν, ἀλλὰ πάντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς μου· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, « Εἰς τὸν αἰῶνα. » Καὶ οὐκ εἶπεν, B Ἵνα μὴ ἀπολέσω, ἀλλ', « Ἵνα μὴ » ἁπλῶς « σκανδαλίσω. »

CAPUT IX.

Vers. 1. « Nonne sum apostolus? Nonne sum liber? Nonne Dominum nostrum Jesum Christum vidi? » Cum dixisset: Si esca scandalizat fratrem meum, non vescar carnibus: ne quis existimet eum superbire, ostentatoremque agere, cogitur deinceps ostendere quomodo vel a concessis abstinuerit, ne aliquos offenderet. Ipse enim Christo præcipiente, ut qui Evangelium prædicet, ex Evangelio, hoc est, iis qui instituuntur edat [d]: ego malui potius fame perire, nihilque a vobis accipere; imo manibus meis laborabam, operans, mihique alimoniam parans. Fuerunt enim et apud ipsos nonnulli, ut videtur, divites doctores, qui gloriæ sibi ducebant, eratque in pretio, quod citra sumptum docerent, hincque Paulum pudefacere moliebantur: quod ipse intelligens, abstinuit (ut dixi) a discipulis ali, etiamsi hoc illi indultum erat. Ego equidem, inquit, sic me gessi: vos vero ne ab idolis quidem oblato abstinetis. Totus itaque sensus orationis, quam multis versibus absolvit, iste est. Deinceps vero videamus singulas ordine dictiones: « Nonne sum apostolus? » Ne quis illi dicat, Non licet tibi, ac propterea non accipis: Quid, inquit, audio? annon alii apostoli accipiunt? Næ, inquit. Quid igitur? **170** Nonne ego sum apostolus? id est, perinde ac illi. « Nonne sum liber? » hoc est, Non habeo quemquam, qui me accipere impediat. Ne vero rursum dicerent, Alii apostoli te sunt excellentiores, quoniam Dominum viderunt, ait [e]: « Nonne Dominum nostrum Jesum Christum vidi? Postremo enim omnium, tanquam abortivo, visus est et mihi. » Magnum enim erat Christi fuisse spectatores [f]. « Vestri enim, » inquit, « beati oculi, quoniam videtis quæ non viderunt prophetæ et reges. »

« Nonne opus meum vos estis in Domino? » Si liber es et apostolus, nihil autem interim apostolo dignum transegisti, quid hoc juvat? nam et Judas

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

« Οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος; Οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος; Οὐχὶ Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Κύριον ἡμῶν ἑώρακα; » Ἐπειδὴ εἶπεν· « Εἰ βρῶμα σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου, οὐ μὴ φάγω κρέα· » ἵνα μή τις νομίσῃ κομπάζειν αὐτὸν καὶ ἀλαζονεύεσθαι [89], ἀναγκάζεται λοιπὸν δεῖξαι, πῶς καὶ τῶν συγκεχωρημένων ἀπέσχετο, ὑπὲρ τοῦ μὴ σκανδαλίσαι τινάς. Αὐτοῦ γὰρ τοῦ Χριστοῦ ἐπιτάξαντος τὸν κηρύσσοντα τὸ Εὐαγγέλιον, ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου, τουτέστι, τῶν μαθητευομένων, ἐσθίειν· ἐγὼ εἱλόμην λιμῷ διαφθαρῆναι μᾶλλον, καὶ μηδὲν παρ' ὑμῶν λαβεῖν, ἀλλὰ ταῖς χερσί μου ἐκοπίων ἐργαζόμενος καὶ ἀποτρεφόμενος. Ἦσαν γὰρ καὶ παρ' αὐτοῖς τινες, ὡς ἔοικεν, πλούσιοι διδάσκαλοι, φιλοτιμούμενοι ἐπὶ τῷ διδάσκειν ἀδαπάνως, καὶ καταισχύνειν ἐντεῦθεν τὸν Παῦλον μηχανώμενοι. Ὅπερ αὐτὸς συνεὶς, ἀπέσχετο, ὡς εἶπον, τοῦ παρὰ τῶν μαθητῶν τρέφεσθαι, καίτοι συγχωρηθεὶς τοῦτο. Ἐγὼ μὲν, φησὶν, οὕτως· ὑμεῖς δὲ οὐδὲ εἰδωλοθύτων ἀπέχεσθε. Ἡ μὲν οὖν διάνοια πᾶσα τοῦ λόγου, αὕτη ἐστὶν, ἣν διὰ πολλῶν ἐργάζεται στίχων· λοιπὸν δὲ ἴδωμεν καὶ ἑκάστην λέξιν· « Οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος; » Ἵνα μή τις εἴπῃ αὐτῷ, ὅτι Οὐκ ἔξεστί σοι, καὶ διὰ τοῦτο οὐ λαμβάνεις· φησὶν, ὅτι Πῶς; Μὴ ἄλλοι ἀπόστολοι οὐ λαμβάνουσι; Ναὶ, φησί. Τί οὖν; « Ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος; » Τουτέστιν, ὡς ἐκεῖνοι. « Οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος; » Τουτέστι, Μὴ ἔχω τινὰ τὸν κωλύοντά με λαβεῖν. Ἵνα δὲ πάλιν μὴ εἴπωσιν, ὅτι οἱ ἄλλοι ἀπόστολοι πλέον ἔχουσιν, ὅτι εἶδον τὸν Κύριον· φησὶν, ὅτι « Οὐχὶ Ἰησοῦν τὸν Κύριον ἡμῶν ἑώρακα; » —« Ἔσχατον γὰρ πάντων ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι, ὤφθη κἀμοί. » Μέγα γὰρ ἦν τὸ, αὐτόπτας γενέσθαι Χριστοῦ. « Ὑμῶν γὰρ, » φησὶ, « μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅτι βλέπετε ἃ οὐκ εἶδον οἱ προφῆται καὶ βασιλεῖς. »

« Οὐ τὸ ἔργον μου ὑμεῖς ἐστε ἐν Κυρίῳ; » Εἰ ἐλεύθερος εἶ, καὶ ἀπόστολος, οὐδὲν δὲ ἐπέδειξας [90] ἔργον τοῦ ἀποστόλου, τί τοῦτο; Καὶ γὰρ καὶ Ἰούδας

[d] Matth. x, 10. [e] I Cor. xv, 18. [f] Matth. XIII, 15.

Variæ lectiones.

[88] σωτηρίαν αὐτῶν m. [89] διαλαζονεύεσθαι o. [90] ἐπεδείξω o.

Digitized by Google

ἀπόστολος ἦν, καὶ τὸν Κύριον ἑώρακε. Διὰ τοῦτο οὖν φησι· « Τὸ ἔργον μου ὑμεῖς ἐστε. » Ὥστε ἀποστολικὴν διακονίαν ἐπλήρωσα. Ἐπεὶ δὲ μέγα εἶπε, προσέθηκεν· « Ἐν Κυρίῳ· » τουτέστιν, Οὐκ ἐν τῇ ἐμῇ δυνάμει, ἀλλὰ τῇ τοῦ Κυρίου.

« Εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμι. » Οὐ λέγω, ὅτι Τῆς οἰκουμένης ἁπάσης εἰμὶ διδάσκαλος, ἀλλ', Ὑμῶν οὐκ εἰμὶ διδάσκαλος; Πῶς οὖν οὐκ ἔλαβον παρ' ὑμῶν, παρ' ὧν μάλιστα ἐχρῆν με λαβεῖν; Κατὰ συγχώρησιν δὲ τίθησι τὸν λόγον.

« Ἡ γὰρ σφραγὶς τῆς ἐμῆς ἀποστολῆς, ὑμεῖς ἐστε ἐν Κυρίῳ. » Τουτέστιν, ἡ ἀπόδειξις. Κἂν βούλεταί τις μαθεῖν εἴπερ εἰμὶ ἀπόστολος, ὑμᾶς δείκνυμι· καὶ ὑμεῖς ἐστε οἱ σφραγίζοντες καὶ ἐπιβεβαιοῦντες τὴν ἐμὴν ἀποστολήν. Πάντα γάρ, ὅσα ἀπόστολος, ἔργα [*f.* ὅσα ἀποστόλου ἔργα,] ἐν ὑμῖν ἐνεδειξάμην.

« Ἡ ἐμὴ ἀπολογία τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν, αὕτη ἐστί. » Τοῖς ζητοῦσι μαθεῖν, πόθεν δῆλον ὅτι ἀπόστολός εἰμι, ταύτην ἀπολογίαν προβάλλομαι· τουτέστιν, Ὑμᾶς. Δεικνύων γὰρ ὑμᾶς πάντα παρ' ἐμοῦ μαθητευθέντας, ἀποκρούομαι τοὺς ἀνακρίνοντας.

« Μὴ οὐκ[91] ἔχομεν ἐξουσίαν φαγεῖν καὶ πιεῖν; » Τουτέστι, παρὰ τῶν μαθητῶν λαβόντες. Καὶ μὴν ἔχομεν ἐξουσίαν, ἀλλ' οὐ χρώμεθα ταύτῃ.

« Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν, ὡς καὶ λοιποὶ ἀπόστολοι, καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου, καὶ Κηφᾶς; » Αἱ εὔποροι γυναῖκες ἠκολούθουν τοῖς ἀποστόλοις, χορηγοῦσαι αὐτοῖς τὰ ἀναγκαῖα, καὶ πᾶσαν ἀμεριμνίαν ἐπὶ τούτοις περιποιούμεναι, ὥστε μόνῳ τῷ κηρύγματι αὐτοὺς ἀπησχολῆσθαι. Ὅρα δὲ, ὅτι τὸν κορυφαῖον, ἔσχατον τέθεικεν, ὡς μείζονα· τοῦτο[92] αἰνιττόμενος· Καὶ τί, φησὶ, τοὺς ἄλλους λέγω; Αὐτὸς ὁ Πέτρος τοῦτο ποιεῖ. Ἀδελφοὺς δὲ τοῦ Κυρίου φησὶ, τὸν Ἰάκωβον, τὸν Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπον, καὶ Ἰωσῆν, καὶ Σίμωνα, καὶ Ἰούδαν· οἱ ἀδελφοὶ ὠνομάσθησαν τοῦ Κυρίου, διὰ τὴν πρὸς τὴν Θεοτόκον τοῦ Ἰωσὴφ μνηστείαν.

« Ἢ μόνος ἐγὼ καὶ Βαρνάβας οὐκ ἔχομεν [τούτου] ἐξουσίαν τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι; » Τουτέστιν, Οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν τοῦ ἀργῶς[93] ζῆν, καὶ τοῦ τρέφεσθαι παρὰ τῶν μαθητευομένων, μηδὲν ἐργαζόμενοι; Οὐκ ἀπεκρύψατο δὲ τὸν Βαρνάβαν, ὃν ᾔδει κοινωνοῦντα αὐτῷ τῆς περὶ τοῦτο[94] ἀκριβείας· κἀκεῖνος γὰρ ἐργαζόμενος ἔζη.

« Τίς στρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ; » Τουτέστιν, ἰδίοις σιτηρεσίοις. Πάντες γὰρ οἱ στρατευόμενοι, ἀπὸ τοῦ δημοσίου τρέφονται. Καλῶς δὲ τὸ τοῦ στρατιώτου τέθεικε πρότερον. Τοῦτο γὰρ ἁρμόδιον τῇ ἀποστολῇ, διὰ τοὺς ἐν αὐτῇ κινδύνους, καὶ τὸν πόλεμον τῶν νοητῶν ἐχθρῶν.

« Τίς φυτεύει ἀμπελῶνα, καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ οὐκ ἐσθίει; » Διὰ τούτου τοῦ παραδείγματος, τὸν πόνον, καὶ τὴν πολλὴν ταλαιπωρίαν, καὶ ἐπιμέλειαν ἐνέφηνεν. Οὐκ εἶπε δὲ, Ὅλον τὸν καρπὸν ἐσθίει, ἀλλ',

A apostolus erat, et Dominum conspexit. Hanc itaque ob rem, inquit, « Opus meum vos estis. » Apostolicum itaque ministerium implevi. Quia vero rem arduam dixit, adjecit, « In Domino : » hoc est, Non mea virtute, sed Domini.

Vers. 2. « Si aliis non sum apostolus, vobis tamen sum. » Non dico me totius terrarum orbis esse doctorem, sed, Annon vester sum præceptor? Quare igitur a vobis non accepi, a quibus maxime me accipere oportuit? Per concessionem autem argumentum texit.

« Sigillum enim apostolatus mei vos estis in Domino. » Hoc est, demonstratio. Porro si quis scire velit, num sim apostolus, vos ostendo. Vos enim estis qui consignatis et stabilitis apostolatum
B meum : cuncta namque apostoli opera in vobis commonstravi.

Vers. 3. « Mea defensio erga eos qui me interrogant, hæc est. » Quærentibus discere unde sit perspicuum me apostolum esse, hanc apologiam objicio, Vos nimirum. Ostendens enim vos in omnibus a me institutos ac doctos, interrogantes repello.

Vers. 4. « Nunquid non habemus potestatem edendi ac bibendi? » Videlicet a discipulis ista accipientes. Atqui habemus potestatem, verum ea non utimur.

Vers. 5. « Nonne potestatem habemus sororem mulierem circumducendi, sicut et cæteri apostoli, et fratres Domini, et Cephas? » Divites feminæ co-
C mitabantur apostolos, ut suppeditarent eis necessaria, omnem illis securitatem quoad ista parantes, ut soli Evangelii prædicationi vacarent. Animadverte autem, quod apostolorum coryphæum ultimo loco posuit, ceu majorem : hoc innuens, Ecquid, inquit, alios dico? Ipse Petrus hoc facit. Fratres autem Domini appellat, Jacobum Hierosolymorum episcopum, et Josen, et Simonem, et Judam, qui fratres Domini nominati sunt, ob Josephi cum virgine Deipara desponsationem.

Vers. 6. « Aut solus ego et Barnabas non habemus potestatem hoc faciendi? » Hoc est, non habemus potestatem, ut otiosi vivamus, **171** ac nihilum
D operantes, a discipulis alamur? Barnabam autem quem secum diligentiæ circa hanc rem participem norat, minime occultavit. Nam et ille operando victitabat.

Vers. 7. « Quis militat stipendiis suis unquam? » Hoc est, suis alimentis? Omnes enim qui militant, e publico aluntur. Pulchre autem rem militarem prius posuit. Hæc enim apostolicæ functioni convenit, propter bellum spiritualium hostium.

« Quis plantat vineam, et de fructu ejus non edit? » Hoc exemplo laborem et ingentem calamitatem atque curam indicavit. Non dixit autem, Totum fructum edit : sed, « De fructu. » Neque dixit, quis

Variæ lectiones.

[91] ἢ οὐκ m. [92] τοῦτον o. [93] ἀργοῦντας o. [94] τούτου o.

Digitized by Google

non ditescit ex fructu? sed, « Non edit? » ubique, quod ad usum et necessitatem pertinet, quærere admonens, non quod superfluum est.

« Quis pascit gregem, et de lacte ejus non edit? » Non dixit, Vendit pecudes, easve edat, aut universum lac, sed, « De lacte : » ostendens nobis quod modica consolatione doctorem contentum esse oporteat, ac necessario victu. Per pastorem vero, magnam curam indicavit quam doctorem gerere oporteat.

VERS. 8. « Nunquid secundum hominem hæc dico? an et lex hæc non dicit? » Hoc est, Anne ex solis humanis exemplis ista probo, nec habeo Scripturæ testimonium? Possum equidem demonstrare, quod hæc Deo placeant : siquidem et lex, quæ non est humana sed divina, hæc præcipit.

VERS. 9. « Scriptum est enim in lege Moysi : Non alligabis os bovi trituranti [5]. » Ex abundanti, quod vult, confirmat : unde et boum exemplum profert.

« Nunquid de bobus cura est Deo? » Quid igitur? Nonne curat? Omnino certe : atqui non ita, ut leges de iis sanciat. Aliud itaque quiddam per clementiam erga bruta adumbravit, exercens nimirum Judæos in studio et amore erga doctores suos. Hinc porro discimus, quod quæcunque in Veteri Testamento de brutis animalibus dicta sunt, ad hominum institutionem conducunt.

VERS. 10. « An propter nos hæc omnino dicit? propter nos enim scripta sunt. » — « Omnino, » quasi de re confessa posuit, ut ita auditori nullum contradicendi locum relinquat.

« Quoniam in spe debet, qui arat, arare. » Hoc est, præceptor spe compensationis et retributionis arare ac laborare debet.

« Et qui triturat, ut sit particeps spei suæ, in spe. » A semine ad aream transit, multos apostolorum sudores inde ob **172** oculos ponens : nam et ipsi arant, et aream frugesque terunt. Quoniam autem is, qui arat, sperat tantum : qui vero triturat, jam etiam aliqua re fruitur, propterea dixit, « Qui triturat, spei suæ particeps est. » Ne quis igitur dicat : Quid ergo? Tot tantorumque sudorum hanc solam mercedem das apostolis, ut alantur tantum? adjecit, « In spe, » futurorum videlicet bonorum. Quare et illa quidem sperare oportet, sed interim etiam ali.

VERS. 11. « Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si nos vestra carnalia metamus? » Rei æquitatem hic ostendit. Non enim paria redditis, inquit, pro iis quæ accepistis. Nos enim spiritualia vobis seminavimus, vos autem carnalia nobis redditis. Magnum igitur hoc est?

VERS. 12. « Quod si alii potestatis vestræ participes sunt, nonne potius nos? » Doctores quosdam

A « Ἐκ τοῦ καρποῦ. » οὐδὲ εἶπε, Τίς οὐ πλουτεῖ ἐκ τοῦ καρποῦ; ἀλλ' « Οὐκ ἐσθίει · πανταχοῦ τὸ χρειῶδες ζητεῖν παραινῶν, οὐ τὸ περιττόν.

« Τίς ποιμαίνει ποίμνην, καὶ ἐκ τοῦ γάλακτος αὐτῆς οὐκ ἐσθίει; » Οὐκ εἶπεν, ὅτι Πωλεῖ τὰ πρόβατα, ἢ, Ἐσθίει ταῦτα, ἢ Τὸ γάλα πᾶν, ἀλλ', « Ἐκ τοῦ γάλακτος· » δεικνύων ἡμῖν, ὅτι μικρᾷ παραμυθίᾳ τὸν διδάσκαλον ἀρκεῖσθαι δεῖ [98], καὶ τῇ ἀναγκαίᾳ τροφῇ. Τὴν δὲ πολλὴν κηδεμονίαν ἐδήλωσε, διὰ τοῦ ποιμένος, ἣν δεῖ ἔχειν τὸν διδάσκαλον.

« Μὴ κατὰ ἄνθρωπον ταῦτα λέγω; ἢ οὐχὶ καὶ ὁ νόμος ταῦτα λέγει; » Τουτέστι, Μὴ ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων μόνων ὑποδειγμάτων ταῦτα συνιστῶ, οὐκ ἔχω δὲ καὶ ἀπὸ τῆς Γραφῆς μαρτυρίαν; Ἔχω δεῖξαι ὅτι καὶ τῷ Θεῷ ταῦτα δοκεῖ, καὶ ὁ νόμος, ὃς οὐκ ἀνθρώ- B πινος, ἀλλὰ θεῖός ἐστι, ταῦτα διαγορεύει.

« Ἐν γὰρ τῷ Μωσέως νόμῳ γέγραπται · Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα. » Ἐκ περιουσίας κατασκευάζει ὃ βούλεται· διὰ τοῦτο καὶ τὸ τῶν βοῶν παρεισάγει ὑπόδειγμα [99].

« Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ; » Τί οὖν; οὐ μέλει; Ναὶ πάντως · ἀλλ' οὐχ οὕτως, ὥστε καὶ νόμους τιθέναι περὶ τούτων. Ὥστε ἄλλο τι ἠνίττετο διὰ τῆς εἰς τὰ ἄλογα φιλανθρωπίας, ἐγγυμνάζων τοὺς Ἰουδαίους τῇ εἰς τοὺς διδασκάλους σπουδῇ. Ἐντεῦθεν δὲ μανθάνομεν, ὅτι ὅσα περὶ ἀλόγων ἐν τῇ Παλαιᾷ λέγεται, εἰς τὴν τῶν ἀνθρώπων συντελεῖ διδασκαλίαν.

« Ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει; Δι' ἡμᾶς γὰρ C ἐγράφη. » Τὸ, « Πάντως, » ὡς ἐπὶ ὁμολογουμένου τέθεικεν, ἵνα μὴ συγχωρήσῃ, μηδ' ὁτιοῦν ἀντειπεῖν τῷ ἀκροατῇ.

« Ὅτι ἐπ' ἐλπίδι ὀφείλει ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾶν. » Τουτέστιν, ὁ διδάσκαλος ὀφείλει ἀροτριᾶν, καὶ κοπιᾶν ἐπ' ἐλπίδι ἀμοιβῆς καὶ ἀντιμισθίας.

« Καὶ ὁ ἀλοῶν, τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν, ἐπ' ἐλπίδι. » Ἀπὸ τοῦ σπόρου ἐπὶ τὴν ἄλωνα μετῆλθε, κἀντεῦθεν τοὺς πολλοὺς ἱδρῶτας τῶν ἀποστόλων ἐμφαίνων · ὅτι καὶ αὐτοὶ καὶ ἀροτριῶσι καὶ τὴν ἄλωνα τρίβουσι. Ἐπειδὴ δὲ ὁ μὲν ἀροτριῶν ἐλπίζει μόνον, ὁ δὲ ἀλοῶν καὶ ἀπολαύει ἤδη τινός · διὰ τοῦτο εἶπεν, ὅτι « Ὁ ἀλοῶν τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχει. » Ἵνα οὖν μή τις εἴπῃ · Τί οὖν; τῶν τοσούτων ἱδρώτων μόνην ταύτην ἀμοιβὴν δίδως τοῖς ἀποστόλοις, τὸ D τρέφεσθαι μόνον; προσέθηκεν · « Ἐπ' ἐλπίδι · τουτέστι, τῇ τῶν μελλόντων [97] ἀγαθῶν. Ὥστε δεῖ μὲν κἀκεῖνα ἐλπίζειν, πλὴν καὶ τρέφεσθαι.

« Εἰ ἡμεῖς ὑμῖν τὰ πνευματικὰ ἐσπείραμεν, μέγα εἰ ἡμεῖς ὑμῶν τὰ σαρκικὰ θερίσομεν; » Ἐνταῦθα τὸ δίκαιον δείκνυσι τοῦ πράγματος. Οὐ γὰρ ὅμοια, φησὶ, δίδοτε, ὧν ἐλάβετε. Ἡμεῖς μὲν γὰρ ὑμῖν ἐσπείραμεν πνευματικὰ, ὑμεῖς δὲ σαρκικὰ ἡμῖν ἀντιδίδοτε. Μέγα οὖν τοῦτό ἐστιν;

« Εἰ ἄλλοι τῆς ἐξουσίας ὑμῶν μετέχουσιν, οὐ πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς; » Ψευδοδιδασκάλους τινὰς αἰ-

[5] Deut. xxv, 4.

Variæ lectiones.

[98] χρὴ ο. [99] παράδειγμα ο. [97] τῆς μελλούσης μισθαποδοσίας ο.

Digitized by Google

γίττεται," οἱ ἐλάμβανον ἀναισχύντως καὶ αὐθεντικῶς[98] παρ' αὐτῶν[99]. Διὸ οὐδὲ εἶπεν, ὅτι Εἰ ἄλλοι λαμβάνουσιν, ἀλλ', « Εἰ τῆς ἐξουσίας ὑμῶν μετέχουσι · » τουτέστι, Κρατοῦσιν ὑμῶν, ἐξουσιάζουσιν, ὡς οἰκέταις ἀποκέχρηνται· οὐ πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς οἱ ἀληθῶς ἀπόστολοι;

« Ἀλλ' οὐκ ἐχρησάμεθα τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ. » Καίτοι γε, φησὶν, ἐξουσίαν ἔχοντες ἀφ' ὑμῶν τρέφεσθαι, οὐκ ἐχρησάμεθα τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ, ἵνα μὴ σκανδαλίζησθε· καὶ ὑμεῖς οὐδὲ τῶν εἰδωλοθύτων ἀπέχεσθε, διὰ τὸ μὴ σκανδαλίζειν τοὺς ἀσθενεστέρους τῶν ἀδελφῶν;

« Ἀλλὰ πάντα στέγομεν, ἵνα μὴ ἐγκοπὴν τινα δῶμεν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ. » Ἵνα μή τις εἴπῃ, ὅτι Ἐπεὶ οὐδὲ ἔχρῃζες, δι' τοῦτο οὐδὲ ἔλαβες · φησὶν, ὅτι Ἐν μεγάλῃ στενοχωρίᾳ ὄντες, ὅμως[1] πάντα στέγομεν, καὶ πεῖναν, καὶ δίψαν, καὶ γυμνότητα, ἵνα μή τις ἐγκοπὴ γένηται, τουτέστιν, ἡ σμικρὰ καὶ ἡ τυχοῦσα ἀναβολὴ, εἰς τὸ Εὐαγγέλιον καὶ τὸ κήρυγμα.

« Οὐκ οἴδατε, ὅτι οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσιν; » Οὐκ ἀρκεσθεὶς τοῖς πρώτοις, καὶ ἕτερα ἐπάγει ἐκ τοῦ νόμου, δεικνὺς, ὡς ἐξῆν αὐτῷ παρὰ τῶν μαθητῶν λαβεῖν. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ περὶ τῶν βοῶν κατὰ ἀλληγορίαν αὐτῷ ἐξελήφθη, φησὶν, ὅτι Ῥητῶς ὁ νόμος διαγορεύει, ἵνα ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίωσιν οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, τουτέστιν, οἱ Λευῖται, οἱ τῶν ἱερέων ὑποδεέστεροι κατὰ τὸν βαθμόν. Οὐκ εἶπε δὲ, Ἐκ τῶν προσφερόντων ἐσθίουσιν, ἀλλ', « Ἐκ τοῦ ἱεροῦ · » ἵνα μήτε οἱ λαμβάνοντες αἰσχύνωνται, ὡς παρὰ ἀνθρώπων τρεφόμενοι, μήτε οἱ διδόντες ἐπαίρωνται.

« Οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες, τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται. » Τουτέστιν, οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ ἀρχιερεῖς. Τὴν διηνεκῆ δὲ δουλείαν καὶ καρτερίαν διὰ τῆς προσεδρείας ἐνδείκνυται. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι τὰ ἱερὰ λαμβάνουσι, δεικνὺς τὴν συμμετρίαν, καὶ ὅτι οὐ χρήματα συνάγειν[2] δεῖ. Οὐδὲ εἶπεν, ὅτι ἀπὸ τῶν θυόντων λαμβάνουσιν, ἀλλὰ, « Τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται. » Τὰ γὰρ προσενεχθέντα[3] οὐκέτι λοιπὸν τῶν προσενεγκόντων ἦσαν, ἀλλὰ τοῦ ἱεροῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου. Τὸ δὲ, « Συμμερίζονται, » εἶπεν, ἐπειδὴ τῶν θυομένων τὸ μὲν αἷμα προσεχεῖτο τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ τὸ σέαρ ἐθυμιᾶτο· τῶν δὲ κρεῶν ἀφαίρεμά τι ἐλάμβανεν ὁ ἱερεύς· οἷον τὸ στηθύνιον καὶ τὸν δεξιὸν βραχίονα, καὶ τὸ ἧνυστρον· τὰ μέντοι ὁλοκαυτώματα, μόνου τοῦ θυσιαστηρίου ἐγίνοντο.

« Οὕτω καὶ ὁ Κύριος διέταξε τοῖς τὸ Εὐαγγέλιον καταγγέλλουσιν, ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου ζῆν. » Τὸ πάντων ἰσχυρότερον τελευταῖον τέθεικε. Τί γὰρ, φησὶ, τάδε καὶ τάδε λέγω; Ὁ Κύριος οὕτω διετάξατο, νομοθετήσας ἀκολούθως τῇ Παλαιᾷ. Ὥσπερ δὲ ἄνω εἶπεν, « Ἐσθίειν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, » οὕτω καὶ ἐνταῦθα, οὐχ, Ἐκ τῶν μαθητευομένων, ἀλλ', « Ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου, » ἵνα μὴ ἐπαίρωνται οἱ τρέφοντες. Οὐ γὰρ σὺ,

A falsos hic denotat, qui impudenter et cum auctoritate accipiebant ab ipsis. Quare non dixit: Si alii accipiunt, sed, « Si potestatis vestræ participes sunt, » hoc est, Dominantur, imperium in vos exercent, ceu servis vobis abusi sunt : Nonne multo magis nos, qui vere sumus apostoli?

« Sed non usi sumus potestate hac. » Potestatem, inquit, habentes ut a vobis alamur, non tamen usi sumus potestate ista, ne offendaremini : et vos ne ab idolorum quidem oblationibus abstinetis, ne imbecillioribus fratribus scandalum ponatis?

« Sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Evangelio Christi. » Ne quis dicat, Quia non egebas, ideo nihil accipiebas, inquit, In ingenti B angustia constituti, omnia tamen sufferimus, et sitim et nuditatem, ne quod offendiculum contingat, hoc est, exigua et vulgaris retardatio, Evangelio ejusque prædicationi.

Vers. 13. « Nescitis quod qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt? » Prioribus locis non contentus, alia ex lege in medium depromit : commonstrans, quod licuerit sibi a discipulis accipere. Nam cum ea quæ de bobus dicta erant, allegorice accepisset, jam disertis verbis legem imperare ait, ut ii sacra edant, qui sacra faciunt : hoc est levitæ, sacerdotibus gradu inferiores. Non autem dixit, Ex offerentibus edunt, sed « Ex sacro, » ut neque accipientes pudeffiant, quasi ab C hominibus alantur, neque dantes attollantur.

« Qui altari assident, cum altari participant. » Hoc est, pontifices et sacerdotes. Continuam autem servitutem et perseverantiam, per assessionem indicat. Non autem dixit, quod sacra accipiant, **173** moderationem innuens, quodque pecunias colligere non oporteat. Nec dixit quod a sacrificantibus accipiant, verum, « Cum altari participant. » Oblata namque non amplius offerentium erant, sed templi et altaris. Dixit autem, « Participant, » quia victimarum sanguis super aram effundebatur, et adeps cremabatur : carnium vero partem quamdam accipiebat sacerdos; veluti pectusculum, dextrum ar- D mum et ventriculum : holocautomata tamen solius altaris erant.

Vers. 14. « Ita et Dominus ordinavit, iis qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere. » Omnium fortissimum posteriore loco posuit. Quid enim, inquit, hæc atque talia dico? Dominus sic ordinavit, legem sanciens, quæ Veteris Testamenti legibus respondeat. Quemadmodum vero supra dixit, « Edere ex sacro; » simili ratione hic non ex discipulis, sed « Ex Evangelio » edendum docet, ne

Variæ lectiones.

[98] ἀναισχύντως, καὶ ἀναιδῶς m. [99] αὐτοῖς o. [1] διὰ τοῦτο m. [2] λαμβάνειν o. [3] προσενεγκόντων m.

Digitized by Google

efferantur alentes. Non enim tu alis ipsum, inquit, verum opus ejus, nempe Evangelium. Et vivere, dixit, non negotiari, neque thesauros colligere.

VERS. 15. « Ego vero nullo horum sum usus. » Hoc est, neque quopiam exemplorum quæ commemoravi, neque illo Veteris Testamenti, neque Christi mandato, ut a vobis alerer sum usus.

« Non autem scripsi hæc, ut ita fiant in me, » Ne quis ipsi dicat; Quid inde? etiamsi nondum usus sis, in posterum tamen uteris, atque eo ista dicis : hoc statim corrigit, « Non scripsi hæc, » inquiens, « ut ita fiant in me, » hoc est, Ut accipiam.

« Bonum est enim mihi potius mori, quam ut gloriam meam quis evacuet. » Ego, inquit, fama perire potius optarim, quam quod evacuet quispiam, hoc est, vanam et vacuam ostendat gloriationem meam. Gloriationem autem dixit, quo gaudii excessum ostendat. Forsan enim aliquis dicere potuisset, Revera nihil quidem accepit, atqui mœrens ac lugens non accipiebat. Tantum igitur, inquit, abest ut eam ob rem contrister, ut et idcirco glorier.

VERS. 16. « Si enim evangelizem, non est mihi gloriatio : necessitas enim mihi incumbit. Væ autem mihi est, si non evangelizavero. » Quid ais? non tibi gloriæ loco ducitur, prædicare evangelium, sed citra aliorum impensas ac sumptum prædicare, tibi gloriæ est : Nunquid hoc illo majus est? Minime, sed Evangelium annuntiare, præceptum est ac debitum : et si hoc perficiam, nihil est a me præclare et eximie factum. Væ enim mihi, si non impleam : cædar namque plagis multis, quippe quod mandatum Domini non sum exsecutus. Sed sine impensis prædicare, voluntatis honor **174** est, et propterea gloriatio est. Istud vero, « Necessitas mihi incumbit, » non ad liberi arbitrii sublationem; sed ad oppositionem libertatis in accipiendo dictum est, ac propter pœnæ metum, si id non efficiat.

VERS. 17. « Si enim volens hoc ago, mercedem habeo : si autem invitus, dispensatio mihi credita est. » Si, inquit, prædicatio Evangelii non esset mihi demandata, sed a meipso istud facerem, haberem equidem mercedem magnam et multam : Quod si mihi commissum est, perspicuum est quod non a meipso istud facio, sed Domini mandatum impleo. Hoc enim est quod ait, « Invitus. » Quocirca istæc res non est honor : dispensationem namque mihi creditam administro. Animadverte autem, quod non dixerit, Si autem invitus, mercedem non habeo : indicans quod habeat quidem mercedem, etiam in promulgando Evangelio, herile licet mandatum impleat. Absurdum enim esset, si Apostoli omnes prædicationis mercedem non acciperent; sedenim non talem, qualem ille qui gratis prædicaverit.

VERS. 18. « Quæ igitur est merces? ut Evangelium

A φησὶ, τρέφεις αὐτὸν, ἀλλὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ, τὸ Εὐαγγέλιον. Καὶ, « Ζῆν, » εἶπεν, οὐκ, Ἐμπορεύεσθαι, οὐδὲ, Θησαυρίζειν.

« Ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἐχρησάμην τούτων. » Τουτέστιν, Οὔτε τινὶ τῶν παραδειγμάτων, ὧν εἶπον, οὔτε τοῖς τῆς Παλαιᾶς, οὔτε τῷ ἐπιτάγματι τοῦ Χριστοῦ ἐχρησάμην, εἰς τὸ τρέφεσθαι παρ' ὑμῶν.

« Οὐκ ἔγραψα δὲ ταῦτα, ἵνα οὕτω γένηται ἐν ἐμοί. » Ἵνα μή τις εἴπῃ αὐτῷ · Τί οὖν; εἰ μὴ ἐχρήσω νῦν, πρὸς δὲ τὸ μέλλον βούλει χρήσασθαι, καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα λέγεις · ἐπιδιορθοῦται ταχέως, ὅτι « Οὐκ ἔγραψα, ἵνα οὕτω γένηται · » τουτέστιν, Ἵνα λαμβάνω.

« Καλὸν γάρ μοι μᾶλλον ἀποθανεῖν, ἢ τὸ καύχημά B μου ἵνα τις κενώσῃ. » Αἱροῦμαι, φησὶ, μᾶλλον διαφθαρῆναι λιμῷ, ἢ ἵνα κενώσῃ τις, τουτέστι, μάταιον καὶ κενὸν ἀποδείξῃ τὸ καύχημά μου. Καύχημα δὲ εἶπεν, ἵνα τὴν ὑπερβολὴν τῆς χαρᾶς δείξῃ. Ἴσως γὰρ ἄν τις εἶπεν, ὅτι Ἀληθῶς οὐκ ἐλάμβανε μὲν, πλὴν στένων καὶ ὀδυνώμενος τοῦτο ἐποίει. Τοσοῦτον οὖν, φησὶν, ἀπέχω λυπεῖσθαι [a], ὅτι καὶ καυχῶμαι.

« Ἐὰν γὰρ εὐαγγελίζωμαι, οὐκ ἔστι μοι καύχημα · ἀνάγκη γάρ μοι ἐπίκειται. Οὐαὶ δέ μοί ἐστιν, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι. » Τί λέγεις; οὐκ ἔστι καύχημά σοι τὸ εὐαγγελίζεσθαι, ἀλλὰ τὸ ἀδαπάνως κηρύσσειν; οὐκοῦν τοῦτο ἐκείνου μεῖζον; Ἄπαγε, φησὶν · ἀλλὰ τὸ μὲν εὐαγγελίζεσθαι, ἐπίταγμά ἐστι καὶ χρέος, καὶ ἐὰν πληρῶ τοῦτο, οὐδὲν κατόρθωμα. Οὐαὶ γάρ μοι ἐὰν μὴ πληρῶ · δαρήσομαι γὰρ πολλὰ [b], ὡς τὸ ἐπίταγμα τοῦ Δεσπότου μὴ ποιῶν. Τὸ δὲ ἀδαπάνως κηρύσσειν, προαιρέσεως φιλοτιμία · καὶ διὰ τοῦτο καύχημά ἐστι. Τὸ δὲ, « Ἀνάγκη μοι ἐπίκειται, » οὐ πρὸς ἀναίρεσιν τοῦ αὐτεξουσίου, ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς ἐλευθερίας τῆς ἐν τῷ λαμβάνειν εἴρηται, καὶ διὰ τὸν φόβον τῆς ἐπὶ τῷ μὴ ποιῆσαι κολάσεως.

« Εἰ γὰρ ἑκὼν τοῦτο πράσσω, μισθὸν ἔχω · εἰ δὲ ἄκων, οἰκονομίαν πεπίστευμαι. » Εἰ μὲν οὖν οὐκ ἐνεχειρίσθην, φησὶ, τὸ κήρυγμα, ἀπ' ἐμαυτοῦ δὲ τοῦτο ἐποίουν, μισθὸν ἔχω μέγαν καὶ πολύν · εἰ δὲ ἐνεχειρίσθην, πρόδηλον ὅτι οὐκ ἀπ' ἐμαυτοῦ τοῦτο D ποιῶ, ἀλλὰ Δεσποτικὴν ἐντολὴν πληρῶ. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, « Ἄκων. » Καὶ διὰ τοῦτο οὐ φιλοτιμία τὸ πρᾶγμα · οἰκονομίαν γὰρ ἐμπιστεύθεις, διοικῶ ταύτην. Ὅρα δὲ, ὅτι οὐκ εἶπεν, Εἰ δὲ ἄκων, μισθὸν οὐκ ἔχω · δεικνὺς ὅτι ἔχει μὲν μισθὸν καὶ ἐπὶ τῷ κηρύσσειν, εἰ καὶ ἐπίταγμα Δεσποτικὸν πληροῖ. Ἄτοπον γὰρ, εἰ οἱ ἀπόστολοι πάντες οὐ λήψονται μισθὸν ὑπὲρ ὧν ἐκήρυξαν · πλὴν οὐ τοιοῦτον, οἷον καὶ ὁ ἀδαπάνως κηρύξας.

« Τίς οὖν ὁ μισθός; Ἵνα εὐαγγελιζόμενος, ἀδάπα-

Variæ lectiones.

[a] τοῦ λυπεῖσθαι m. [b] πολλάς o.

Digitized by Google

νον θήσω τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ μὴ A καταχρήσασθαι τῇ ἐξουσίᾳ μου ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. » Τουτέστιν, ὁ μείζων μισθὸς καὶ καυχήματος ἄξιος, ἵνα μὴ καταχρήσωμαι τῇ ἐξουσίᾳ, τουτέστιν, ὅλως χρήσωμαι· τὴν γὰρ ἁπλῶς χρῆσιν, κατάχρησιν ὠνόμασε. Πανταχοῦ δὲ ἐξουσίαν τὸ πρᾶγμα καλεῖ, δεικνὺς, ὅτι οὐδὲ οἱ λαμβάνοντες ἡμάρτανόν τι. « Ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ » δὲ, εἶπεν, ἵνα δείξῃ, ὅτι ὁ εὐαγγελιζόμενος καὶ πονῶν, ὀφείλει λαμβάνειν· ὁ δὲ ἀργῶν [6], οὔ.

« Ἐλεύθερος γὰρ ὢν ἐκ πάντων, πᾶσιν ἐμαυτὸν ἐδούλωσα, ἵνα τοὺς πλείονας κερδήσω. » Τὸ πλέον λέγει, ὅτι Οὐ μόνον οὐκ ἔλαβον, καίτοι ἐξουσίαν ἔχων· ἀλλὰ καὶ ἐλεύθερος ὢν, καὶ οὐδενὶ ὑποκείμενος, οὐδὲ ἀνάγκην ἔχων, πᾶσιν ἐδούλωσα ἐμαυτόν· B οὐχ ἑνὶ καὶ δυσὶν, ἀλλὰ τῇ οἰκουμένῃ· οὐχ ἵνα ὡς κόλαξ ἀρέσω, ἀλλ' ἵνα τοὺς πλείονας κερδήσω· τοὺς γὰρ πάντας, ἀμήχανον.

« Καὶ ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, ἵνα Ἰουδαίους κερδήσω. » Ὅτε περιέτεμε Τιμόθεον. Οὐκ εἶπε δὲ, Ἰουδαῖος, ἀλλ', « Ὡς Ἰουδαῖος, » ἵνα δείξῃ ὅτι οἰκονομία τὸ πρᾶγμα ἦν.

« Τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον κερδήσω. » Τοὺς προσηλύτους λέγει, ἢ τοὺς ἐξ Ἰουδαίων μὲν πιστοὺς γενομένους, ἔτι δὲ τοῦ νόμου ἐχομένους. Ἐγένετο δὲ ταῦτα, ὅτε ἐξύρατο, ὅτε ἔθυσε τὰ τοῦ ἁγνισμοῦ. Ταῦτα δὲ ἐποίει οἰκονομικῶς, C καὶ κατ' ἐπίδειξιν, ἵνα τοὺς ἀληθῶς ταῦτα ποιοῦντας διορθώσηται.

« Τοῖς ἀνόμοις, ὡς ἄνομος. » Ἀνόμους λέγει, τοὺς μὴ τὸν νόμον τοῦ Μωσέως ἔχοντας, τοὺς ἐξ ἐθνῶν, οἷος ἦν Κορνήλιος· οἷς καὶ αὐτοῖς [7] ἐπιφοιτῶν, συγκατέβαινε τῇ ἀσθενείᾳ αὐτῶν. Ἢ καὶ τοὺς Ἕλληνας, ὥσπερ ἡνίκα πρὸς Ἀθηναίους διελέγετο [8], ἀπὸ τοῦ παρ' αὐτοῖς βωμοῦ ὁμιλῶν αὐτοῖς, καὶ οὐχ ὡς περὶ Θεοῦ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὡς περὶ ἀνθρώπου διδάσκων. Οὐ γὰρ ἀκούειν ἐχώρουν τοιοῦτόν τι· ἀλλ' ἵνα τῶν παρ' αὐτοῖς θεοποιηθέντων καὶ τοῦτον ἐνόμιζον· οἷος Ἡρακλῆς, οἷος Ἀσκληπιός. Πανταχοῦ δὲ τὸ, « Ὡς, » πρόσκειται, ἵνα μάθῃς, ὅτι ἐπεδείκνυτο ταῦτα, οὐκ ὢν ἀληθῶς. D

« (Μὴ ὢν ἄνομος Θεοῦ, ἀλλ' ἔννομος Χριστοῦ), ἵνα κερδήσω ἀνόμους. » Ἵνα μὴ νομίσῃς, ὅτι μετεβλήθη τὴν γνώμην, πρὸς ἀνόμους διαλεγόμενος, φησί· « Μὴ ὢν ἄνομος Θεοῦ· » ἀντὶ τοῦ, μὴ ὢν ἔξω τῶν νόμων τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἔννομος· καὶ οὐχ ἁπλῶς Ἔννομος, ἀλλὰ « Χριστοῦ, » τουτέστιν, τοῦ παλαιοτέρου νόμου ὑψηλότερον νόμον ἔχων, τὸν τοῦ Χριστοῦ. Καὶ τί τὸ κέρδος; « Ἵνα κερδήσω ἀνόμους. »

prædicans, sine sumptu ponam Evangelium Christi, ut non abutar potestate mea in Evangelio. » Hoc est, major est merces, dignaque gloriatione, ut non abutar potestate mea, id est, omnino utar. Simplicem enim usum, abusum appellavit. Ubique autem negotium, potestatem nominat, ostendens quod, neque accipientes peccarunt quidquam. « In Evangelio, » autem dixit; ut in obloculos ponat, quod, is qui Evangelii ministerio fungatur, adeoque laboret, accipere debet; qui autem otiosus est, minime.

Vers. 19. « Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem. » Quod majus est, dicit. Non solum, inquit, non accepi, etiamsi potestatem haberem : verumetiam liber cum essem, et nemini subjectus, neque necessitatem habens, omnibus tamen meipsum in servitutem redegi : non uni, aut duobus, sed universo terrarum orbi : non ut adulatoris instar placeam, cæterum ut plures lucrifaciam : omnes enim, impossible.

Vers. 20. « Et factus sum Judæis tanquam Judæus ut Judæos lucrer. » Nempe, quando circumcidit Timotheum. Non autem dixit, Judæus, sed, « Veluti Judæus, » ut ostendat quod negotium dispensatio erat.

« Iis qui sunt sub lege, quasi sub lege essem, ut eos qui sub lege, lucrer. » Proselytas intelligit, vel eos qui ex Judæis fidei accesserant adhuc tamen lege detinerentur. Facta autem sunt hæc, quando rasus est, quando quæ ad purificationem attinent, obtulit. Hæc autem per dispensationem faciebat, et in speciem, ut eos qui revera ista facerent, corrigerent.

Vers. 21. « **175** Illis qui sine lege erant, tanquam sine lege essem. » Lege carentes eos dicit, qui legem Mosaicam non habebant, qui ex gentibus erant, qualis erat Cornelius : ad quos ille accedens, infirmitati eorum acquiescebat. Vel Græcos intelligit, veluti quando adversus Athenienses disputabat, ad ara, quæ apud ipsos erat, sermonem instituens : et de Christo, non tanquam de Deo, sed tanquam de homine, docens. Nam tale quid audire non poterant; sed et ipsum deorum suorum quemdam arbitrabantur, qualis Hercules, qualis Æsculapius. Ubique autem apponitur particula, « Tanquam, » uti discas, quod hæc in speciem ostentarit, talis revera non exsistens.

« (Cum sine lege Dei non essem, sed in lege Christi) ut eos qui sine lege essent, lucrifacerem. » Ne existimes quod sententiam mutarit, cum ad exleges disputaret; « Cum non essem, » inquit, « absque lege Dei : quasi dicat, cum non essem extra Dei leges, sed in lege : nec simpliciter in lege, verum in lege Christi : hoc est, vetere lege præstantiorem habens, Christi nimirum. Ecquæ inde commoditas? Ut lucrifaciam eos, qui sunt sine lege.

Variæ lectiones.

[6] οὐ μὴν ὁ ἀργῶν ο. [7] ἴσ. αὐτός. [8] ἔλεγεν.

Digitized by Google

Vers. 22. « Factus sum infirmis tanquam infirmus, ut infirmos lucrifacerem. » Perinde ac nunc vobis factus sum, ob imbecillam vestram scandalisque facile obnoxiam mentem, cum nolui a vobis ali. Quinetiam sicubi eum, ob auditorum infirmitatem, vel de Filii deitate, vel de Spiritus divinitate non perspicue disserentem conspexeris ; tum noveris ipsum infirmis tanquam infirmum fieri.

« Omnibus factus sum omnia, ut omnino quosdam facerem salvos. » Et quid multa recenseam? Omnibus me attemperavi : Atqui non omnes servare exspectans, verum ut paucos saltem salvos facerem : quod et admirabilius est. Nam qui uberes fructus sperat, si ille laboret, non est adeo mirandum : quod autem exiguæ rei gratia, modicique fructus causa tantis laboribus se defatigavit, hoc sane magnum est. « Omnino » autem apposuit, consolationem præbens docentibus. Etiamsi enim non omnes quispiam conservet, omnino debet.

Vers. 23. « Hoc autem facio propter Evangelium, ut particeps ejus efficiar. » Evangelium dicit fideles, qui per Evangelium servantur, quemadmodum et supra dixit : « Ex Evangelio vivere, » pro, ex credentibus. Ut igitur, inquit, fidelium coronæ consors fieri possim, propterea hæc facio : non quod ipse pro mercede hæc faceret, verum ut illis persuaderet omnia pro fratribus facere, spe bonorum supernorum. Considera autem ejus humilitatem, uti is qui primas meruit, in **176** bonorum communicatione se simpliciter fidelibus conjungit.

Vers. 24. « Nescitis quod, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit brabeum? » Postquam ostenderat quod fratribus condescendere oporteat, deinceps aliquanto terribilius cum iis disserit. Quod autem ait, hujusmodi est : Ne existimetis quod simulatque credidistis, et in Ecclesiæ stadium ingressi estis, istud vobis ad salutem sufficiat : quemadmodum neque iis sufficit, ut simpliciter currant, nisi hoc etiam adsit, ut inculpate scilicet, et ad metam usque. Quapropter et ille solus qui ita currit, brabeum accipit : quod vos periclitamini ne accipiatis, dum propter scientiæ scilicet perfectionem fratres contemnitis, idolothytisque farcimini.

Vers. 24, 25. « Sic currite, ut comprehendatis. Omnis autem qui certat, ab omnibus se abstinet. » Debetis, inquit, currere, « ut comprehendatis. » Hoc autem sine charitate non fit, quam vos non habetis, etiamsi perfectos vos putetis, quod minime vobis contigit : nondum enim apprehendistis. Innuens autem quod multa eis deerant, quippe quod gula, et fornicatio, et ebrietas apud eos regnabant,

A « Ἐγενόμην τοῖς ἀσθενέσιν ὡς ἀσθενής, ἵνα τοὺς ἀσθενεῖς κερδήσω. » Ὥσπερ νῦν ὑμῖν διὰ τὴν ἀσθενῆ ὑμῶν καὶ εὐσκανδάλιστον γνώμην, μὴ θελήσας ὑφ' ὑμῶν τραφῆναι. Ἀλλὰ καὶ ὅταν ἴδῃς αὐτὸν μὴ τρανῶς ἢ περὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ θεότητος, ἢ περὶ τῆς τοῦ Πνεύματος λέγοντα, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀκουόντων, καὶ τότε ἴσθι αὐτὸν γίνεσθαι τοῖς ἀσθενέσιν ὡς ἀσθενῆ.

« Τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα, ἵνα πάντως τινὰς σώσω [10]. » Καὶ τί πολλὰ καταριθμοῦμαι; Τοῖς πᾶσι συγκατέβην· καίτοι γε οὐ πάντας σώζειν προσδοκῶν, ἀλλ' ἵνα καὶ ὀλίγους σώσω· ὃ καὶ θαυμασιώτερον. Τὸ μὲν γὰρ ἐλπίζοντα μεγάλην ἐπικαρπίαν πονεῖν, οὐ τοσοῦτον θαυμαστόν· τὸ δὲ καὶ μικρῶν ἕνεκα τοσαῦτα μοχθεῖν [11], τοῦτο μέγα. Τὸ δὲ, « Πάν-
B τως, » προσέθηκε, παραμυθούμενος διδασκοντας [12]. Κἂν γὰρ μὴ τοὺς πάντας διασώσῃ τις, πάντως γε ὀλίγους διασώσῃ. Οὐκοῦν οὐκ ὀφείλει ἀπαναρκᾶν. tamen paucos servabit. Otio itaque torpescere non

« Τοῦτο δὲ ποιῶ διὰ τὸ Εὐαγγέλιον, ἵνα συγκοινωνὸς αὐτοῦ γένωμαι. » Εὐαγγέλιον λέγει τοὺς πιστοὺς, τοὺς διὰ τοῦ Εὐαγγελίου σωζομένους· ὥσπερ καὶ ἀνωτέρω εἶπεν, « Ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου ζῆν, » ἀντὶ τοῦ, ἐκ τῶν πιστευόντων. Ἵνα οὖν, φησὶ, δυνηθῶ κοινωνῆσαι τῶν στεφάνων τοῖς πιστοῖς, διὰ τοῦτο ταῦτα ποιῶ· οὐκ ἐπειδὴ αὐτὸς ἐπὶ μισθῷ ταῦτα ἐποίει, ἀλλ' ἵνα ἐκείνους πείσῃ ποιεῖν πάντα ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν, ἐπ' ἐλπίδι τῶν ἄνω ἀγαθῶν. Ὅρα δὲ
C ταπεινοφροσύνην, πῶς ὁ τῶν πρωτείων ἄξιος, τοῖς ἁπλῶς πιστοῖς ἑαυτὸν συντάττει ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἀγαθῶν.

« Οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ ἐν σταδίῳ τρέχοντες, πάντες μὲν τρέχουσιν, εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον; » Μετὰ τὸ δεῖξαι, ὅτι δεῖ συγκαταβαίνειν τοῖς ἀδελφοῖς, λοιπὸν πληκτικώτερον αὐτοῖς διαλέγεται. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Μὴ νομίσητε, ὅτι ἐπειδὴ ἐπιστεύσατε, καὶ εἰς τὸ στάδιον τῆς Ἐκκλησίας εἰσήλθετε, ἤδη ἀρκεῖ τοῦτο ὑμῖν εἰς σωτηρίαν· ὥσπερ οὐδὲ ἐκείνοις τὸ τρέχειν ἁπλῶς, εἰ μὴ προσγένηται καὶ τὸ, ἀμέμπτως, καὶ τὸ μέχρι τέρματος. Διὸ καὶ μόνος λαμβάνει τὸ βραβεῖον ὁ οὕτω δραμών [13]· ὅπερ ὑμεῖς κινδυνεύετε μὴ λαβεῖν, διὰ τὴν τελειότητα δῆθεν τῆς γνώσεως καταφρονοῦντες τῶν ἀδελφῶν, καὶ τῶν εἰ-
D δωλοθύτων ἐμφορούμενοι.

« Οὕτω τρέχετε, ἵνα καταλάβητε. Πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος, πάντα ἐγκρατεύεται. » Ὀφείλετε, φησὶ, τρέχειν, « ἵνα καταλάβητε. » Τοῦτο δὲ χωρὶς τῆς ἀγάπης οὐ γίνεται, ἣν ὑμεῖς οὐκ ἔχετε, εἰ καὶ τελείους ἑαυτοὺς νομίζετε· ὅπερ οὐκ ἔστιν· οὕπω γὰρ κατελάβετε. Αἰνιττόμενος δὲ, ὅτι κατὰ πολλὰ ἐλλείποντο [*f.* ἐλείπ.], ἄτε γαστριμαργίᾳ; ἐν αὐτοῖς ἐμπολιτευομένης, καὶ πορνείας, καὶ μέθης, φησὶν ὅτι

Variæ lectiones.

[9] ἀφ' o. [10] κερδήσω o. [11] πονεῖν m. [12] τοὺς διδάσκοντας m. [13] ἐκείνοις τὸ δραμεῖν. ἀλλὰ δεῖ καὶ μέχρις αὐτοῦ τοῦ βραβείου σπεύδειν, καὶ πάντα ποιεῖν πρὸς τὸ τοῦτο λαβεῖν. m. *Ut simpliciter currant ; sed oportet ut usque ad brabeum perveniant ; omniaque faciant ad illud accipiendum : quod vos*, etc.

Digitized by Google

« Ὁ ἀγωνιζόμενος, πάντα ἐγκρατεύεται. » οὐ τοῦδε μὲν ἀπεχόμενος, τοῦ δὲ οὔ [14], ἀλλὰ πάντων. Ἐπίγνωτε οὖν, πόσον λείπεσθε, καὶ μάθετε τὸν τρόπον δι' οὗ στεφανωθήσεσθε, ἤγουν ἐγκρατευόμενοι.

A ideo dicit : « Qui certat, ab omnibus se abstinet, » non ab hoc sibi temperans, ab illo vero non ; sed ab omnibus. Agnoscite igitur quantum vobis desit, disciteque modum per quem coronemini, nempe si temperantes sitis.

« Ἐκεῖνοι μὲν οὖν, ἵνα φθαρτὸν στέφανον ἀπολάβωσιν· ἡμεῖς δὲ ἄφθαρτον. » Ἐντρεπτικὸς ὁ λόγος οὗτος· εἰ γε ἐκεῖνοι ἕνεκα φθαρτοῦ στεφάνου ἐγκρατεύονται· ἡμεῖς δὲ τοῦτο οὐ ποιοῦμεν ἕνεκα τοῦ ἀφθάρτου.

« Illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos vero incorruptibilem. » Sermo hic pudorem faciens. Siquidem illi ob corruptibilem coronam abstinent : nos vero hoc non facimus ob incorruptibilem.

« Ἐγὼ τοίνυν οὕτω τρέχω ὡς οὐκ ἀδήλως. » Τί ἐστι τὸ, « Οὐκ ἀδήλως ; » Τουτέστι, Πάντα μετὰ σκοποῦ ποιῶ, καὶ περιτέμνων, καὶ ξυρόμενος, καὶ οὐδὲν εἰκῇ καὶ μάτην, ὥσπερ ὑμεῖς. Τίς γὰρ ὁ σκοπὸς τοῦ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν, ἑτέρων ἀπολλυμένων; Οὐδείς πάντως. Ὥστε ἀλόγως ποιοῦντες ὑμεῖς τοῦτο, ἀδήλως τρέχετε καὶ ἀσκόπως, καὶ μάτην. Ὡς ἄριστος δὲ διδάσκαλος, ἑαυτὸν εἰς τὸ μέσον τίθησιν ὑπόδειγμα.

VERS. 26. « Ego igitur sic curro, non quasi in incertum. » Quid est, « Non in incertum? » Istud est, omnia in certum scopum dirigo, cum circumcidens, tum rasus, nihilque temere ac frustra admittens, quemadmodum vos. Quis enim scopus est esus B idolis oblatorum, aliis inde pereuntibus? nullus omnino. Proinde citra rationem vos hoc facientes, curritis incerte, citraque scopum, et frustra. Optimi vero præceptoris instar seipsum in medium statuit, exempli vice.

« Οὕτω πυκτεύω, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων. » Ἔχω γάρ ὃν πλήξω, τουτέστι, τὸν διάβολον· ὑμεῖς δὲ αὐτὸν οὐ πλήττετε, ἀλλὰ μάτην τῇ τελειότητι τῆς γνώσεως κέχρησθε.

« Sic pugno, non quasi aerem verberans. » Habeo enim quem feriam, nempe diabolum. Vos autem ipsum non feritis, sed frustra scientiæ perfectione usi estis.

« Ἀλλ' ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ. » Ἐνταῦθα ἐμφαίνει αὐτοὺς καὶ γαστριμαργίᾳ κατεχομένους, καὶ προφάσει τελειότητος ταύτην ἐκθεραπεύοντας. Ἔγωγε τοίνυν, φησὶ, πάντα πόνον ὑπομένω, ὥστε σωφρόνως ζῆν. « Ὑπωπιάζω » γάρ, τουτέστι, πυκτεύω πρὸς τὸ σῶμα· ὑπώπια γὰρ λέγονται τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς τραύματα, ἃ ἐν τῷ πυκτεύειν ἐγίνοντο. Τὸν οὖν ἀγῶνα τὸν πολὺν τὸν πρὸς τὴν φύσιν δείκνυσι. Τυραννὶς γὰρ μεγίστη, καὶ ἀντίπαλος, φησὶ, μέγας ἐστὶ τὸ σῶμα. Ἐπεὶ δὲ εἶπεν, « Ὑπωπιάζω, » καὶ τραυμάτων ἐμνήσθη, ἐπήγαγε συντόμως· « Καὶ δουλαγωγῶ· ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐκ ἄγχειν αὐτὸ δεῖ, ἀλλ' ὡς δοῦλον ἀφηνιάζοντα καταστέλλειν, καὶ ὑποτάσσειν· ὃ δεσπότου ἐστὶ, καὶ οὐ πολεμίου. Τινὲς δὲ, « Ὑπωπιάζω [15], ἰδικώτερον εἰρῆσθαι νοοῦσιν, ἀντὶ τοῦ, Λιμῷ παραδίδωμι τοῦτο. Ὅπερ οὐκ ἔστιν· ὑποπ έζω γὰρ, ὤφειλεν εἶναι.

VERS. 27. « Verum castigo corpus meum, et in servitutem redigo. » Hic indicat eos tum gulositate detentos, tum eam perfectionis prætextu fovere. Ego igitur, inquit, omnem sustineo laborem, ut sobrie vivam. Ὑπωπιάζω γάρ, hoc est, pugno C contra, corpus, Ὑπώπια enim dicuntur vulnera, quæ sub oculos infliguntur, dum pugnis contenditur. Certamen igitur quod est **177** adversus naturam, magnum esse indicat. Tyrannis enim maxima est corporis, et adversarius, inquit, magnus, ipsum corpus. Postquam vero, « Pugno, » dixisset, et vulnerum mentionem fecisset, statim intulit, « Et in servitutem redigo : » ut discas quod non oportet strangulare ipsum vel suffocare ; sed veluti effrenem servum humiliare atque subdere ; quod domini est, non hostis. Nonnulli verbum Ὑπωπιάζω, magis proprie dictum putant, pro eo quod est, fami trado corpus meum. Verum ea interpretatio nullius est momenti : oporteret enim esse Ὑποπιέζω.

« Μήπως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. » Καὶ διὰ τούτου νηφαλαιωτέρους [f. — λεωτ.] αὐτοὺς ποιεῖ. Εἰ γὰρ ἐμοὶ, φησὶν, οὐκ ἀρκεῖ πρὸς σωτηρίαν τὸ κηρύξαι καὶ διδάξαι, εἰ μὴ διὰ πάντων ἐμαυτὸν ἄληπτον παρασχοίμην· πῶς ὑμεῖς ἀπὸ τῆς πίστεως μόνης σωθήσεσθε, τοσοῦτον παθῶν ἡττώμενοι;

D « Ne quo modo, cum aliis prædicaverint, ipse reprobus efficiar. » Per hoc etiam eos magis sobrios reddit. Si enim mihi, inquit, non satis est ad salutem, prædicare ac docere, nisi meipsum irreprehensibilem in omnibus præbeam : quomodo vos ex sola fide salvi eritis, qui affectionibus adeo succumbitis?

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

« Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν πάντες ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον. » Καταλέγει πόσων ἠξιώθησαν δωρεῶν οἱ Ἰουδαῖοι ἀπὸ Θεοῦ· καὶ δείκνυσι

CAPUT X.

VERS. 1. « Nolo autem vos ignorare, fratres, quod patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes per mare transierunt. » commemorat quantis donis Judæi a Deo donati sint, monstratque post

Variæ lectiones.

[14] τούτου δ' οὗ ρ. [15] τὸ ὑπωπιάζω ιιι.

Digitized by Google

tanta dona plerosque non placuisse Deo. Hæc autem dicit innuens quod quemadmodum illis non profuit tantis frui donis, quandoquidem quæ suarum erant partium, ipsi non adjecerint adhibuerintque : hanc ad rationem neque vobis fides proderit, et quod spiritualibus mysteriis donati estis, nisi et vos ipsos dignos exhibueritis Dei gratia. « Omnes, » inquit, « sub nube fuerunt. » Expandit enim nubem in protectionem ipsis, « et per mare transierunt. »

VERS. 2. « Et omnes in Mosem baptizati fuerunt in nube, et in mari. » Hoc est, umbræ quæ a nube proveniebat, marisque transitus cum Mose participes erant. Cum enim ipsum primum transire vidissent, ausi sunt et ipsi aquis sese credere. Quemadmodum et apud nos fit ; primum Christo pro nobis mortuo et excitato, baptizamur et ipsi, mortem ipsius per immersionem, et resurrectionem per emersionem, imitantes. In Moysen igitur baptizabantur, hoc est, ipsum ducem habuerunt baptismatis figuræ. Nam figura baptismatis erat ; cum quod sub nube esset, tum quod mare Rubrum transierit.

VERS. 3. « Et omnes eamdem escam spiritualem manducarunt, et omnes eumdem potum spiritualem biberunt. » Perinde ac nos post baptisma, corpus Dominicum manducamus ; sic manna ipsi post mare trajectum manducarunt. Et quemadmodum nos sanguinem **178** Domini bibimus, sic illi e prædura petra aquam scaturientem biberunt. Spiritualia autem hæc dicit, quoniam etsi sensibilia fuerint, naturali tamen ordine facta non sint, sed gratia spirituali : utpote quæ una cum corpore animas alebant, et ad fidem perducebant.

VERS. 4. « Bibebant enim ex spirituali sequente eos petra : petra autem erat Christus. » Quod ad cibum attinet, non erat opus confirmatione. Nam protinus ipsusitatus erat. De potu vero, quoniam sola suppeditationis ratio insusitata erat, probatione indiget. Dicit itaque quod non petræ natura istum suppeditabat (alioquin enim et antea scaturiisset), verum alia quædam petra spiritualia totum præstitit, nempe Christus. « Sequente, » autem dixit, ut ostendat Christum illis ubique præsentem fuisse, atque miracula omnia perfecisse.

VERS. 5. « Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo : Nam prostrati sunt in deserto [h], » Quanquam Deus multa dilectionis suæ signa illis ostenderat, tantisque bonis dignatus erat : attamen in plerisque eorum non est oblectatus : id enim significat, Οὐδόκησεν. Non enim omnes reprobati sunt, sed plerique. Cum autem, « Pluribus, » dicit, ostendit quod nihil eos juverit multitudo : siquidem ipsi erga benefactorem dilectionis indicium non dederant. Porro, per « Prostrati sunt, » subitam

[h] Psal. cvi, 14.

A μετὰ τὰς δωρεὰς ταύτας, τοὺς πολλοὺς μὴ ἀρέσαντας τῷ Θεῷ. Ταῦτα δὲ λέγει, δεικνὺς, ὅτι Ὥσπερ ἐκείνους οὐκ ὤνησε τὸ τοσούτων ἀπολαῦσαι δωρεῶν, ἐπειδὴ τὰ παρ' ἑαυτῶν οὐ παρέσχοντο[16]· οὕτως οὐδὲ ὑμᾶς ὠφελήσει ἡ πίστις, καὶ τὸ μυστηρίων ἀξιωθῆναι πνευματικῶν, εἰ μὴ καὶ ἀξίους ἑαυτοὺς παράσχοιτε τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος. « Πάντες, » φησὶν, « ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν. » Διεπέτασε γὰρ νεφέλην εἰς σκέπην αὐτοῖς, « καὶ διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον. »

« Καὶ πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσθησαν[17] ἐν τῇ νεφέλῃ, καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ. » Τουτέστι, τῷ Μωσῇ ἐκοινώνησαν τῆς τε ὑπὸ τὴν νεφέλην σκιᾶς, καὶ τῆς διόδου τῆς θαλάσσης. Ἰδόντες γὰρ αὐτὸν πρῶτον διαβάντα, κατετόλμησαν καὶ αὐτοὶ τῶν ὑδάτων· ὥσπερ B καὶ ἐφ' ἡμῶν, πρῶτον[18] τοῦ Χριστοῦ ἀποθανόντος καὶ ἀναστάντος, βαπτιζόμεθα καὶ αὐτοὶ, μιμούμενοι τὸν θάνατον διὰ τῆς καταδύσεως, καὶ τὴν ἀνάστασιν διὰ τῆς ἀναδύσεως. « Εἰς τὸν Μωσῆν οὖν ἐβαπτίζοντο, » ἀντὶ τοῦ, αὐτὸν ἀρχηγὸν ἔσχον τοῦ τύπου τοῦ βαπτίσματος· τύπος γὰρ βαπτίσματος ἦν, τό τε ὑπὸ τὴν νεφέλην εἶναι, καὶ τὸ τὴν θάλασσαν διελθεῖν.

« Καὶ πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν ἔφαγον, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πόμα πνευματικὸν ἔπιον. » Ὥσπερ ἡμεῖς μετὰ τὸ βαπτισθῆναι, τὸ σῶμα ἐσθίομεν τὸ Δεσποτικόν· οὕτω τὸ μάννα ἐκεῖνοι μετὰ τὴν θάλασσαν. Καὶ ὥσπερ ἡμεῖς τὸ αἷμα τοῦ Δεσπότου πίνομεν· οὕτως ἐκεῖνοι τὸ ἐκ τῆς ἀκροτόμου πέτρας ἀναβλύσαν ὕδωρ. Πνευματικὰ δὲ ταῦτα λέγει, ἐπειδὴ[19] εἰ καὶ αἰσθητὰ ἦσαν, ἀλλ' οὐ φύσεως ἀκολουθίᾳ C ἐγίνοντο, ἀλλὰ χάριτι πνευματικῇ, τρέφοντα μετὰ τοῦ σώματος καὶ τὰς ψυχὰς, καὶ εἰς πίστιν ἐνάγοντα.

« Ἔπινον γὰρ ἐκ τῆς πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. » Περὶ[20] μὲν οὖν τῆς τροφῆς οὐδὲν ἐδεήθη κατασκευῆς· αὐτόθεν γὰρ ἦν παρηλλαγμένη· ἐπὶ δὲ τοῦ ποτοῦ, ἐπειδὴ ὁ τρόπος τῆς χορηγίας μόνος παρηλλαγμένος ἦν, κατασκευῆς ἐδεήθη. Καί φησιν, ὅτι Οὐχ ἡ τῆς πέτρας φύσις τοῦτο ἐχορήγει (ἦ γὰρ ἂν καὶ πρὸ τούτου ἀνέβλυσεν), ἀλλ' ἑτέρα τις πνευματικὴ πέτρα τὸ πᾶν εἰργάσατο, τουτέστιν, ὁ Χριστός. Τὸ δὲ, « Ἀκολουθούσης, » εἶπεν, ἵνα δείξῃ, ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ παρὼν αὐτοῖς πανταχοῦ, καὶ πάντα θαυματουργῶν.

D « Ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν εὐδόκησεν ὁ Θεός· κατεστρώθησαν γὰρ ἐν τῇ ἐρήμῳ. » Εἰ καὶ ἀγάπης τεκμήρια πολλὰ ἐπεδείξατο ὁ Θεὸς πρὸς αὐτοὺς, καὶ τοσούτων αὐτοὺς ἀγαθῶν ἠξίωσεν· ὅμως οὐκ ἠρέσθη, φησὶν, ἐπὶ τοῖς πλείοσιν αὐτῶν· τοῦτο γὰρ τὸ, « Εὐδόκησεν. » Οὐ γὰρ ἀπεδοκιμάσθησαν πάντες, ἀλλ' οἱ πλείους. Διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, « Τοῖς πλείοσι, » δηλοῖ καὶ ὅτι τὸ πλῆθος αὐτοὺς οὐδὲν ὤνησε, διότι τὰ τῆς ἀγάπης αὐτοὶ οὐκ ἐπεδείκνυντο πρὸς τὸν εὐεργέτην[21]. Διὰ δὲ τοῦ, « Κατεστρώθησαν, »

Variæ lectiones.

[16] προσέθεντο, ἤτοι παρέχοι. o. [17] ἐβαπτίζοντο o. [18] πρώτου o. [19] διότι o. [20] ἐπὶ o. [21] δεσπότην m.

Digitized by Google

τὴν ἀθρόαν αὐτῶν ἀπώλειαν, καὶ τὰς θεηλάτους κολάσεις ἐμφαίνει.

« Ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν, εἰς τὸ μὴ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς τῶν κακῶν, καθὼς κἀκεῖνοι ἐπεθύμησαν. » Ὥσπερ αἱ εὐεργεσίαι τύποι ἦσαν, οὕτω καὶ αἱ κολάσεις. Δείκνυσι δὲ, οὐχ ὅτι κολασθήσονται μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ μειζόνως ἢ ἐκεῖνοι, ὅσῳ ἐκεῖνα μὲν τύπος, ταῦτα δὲ ἀλήθεια. Καὶ ὥσπερ ἐν ταῖς δωρεαῖς ἡ ὑπεροχὴ, οὕτω καὶ ἐν ταῖς κολάσεσιν. Εἰπὼν δὲ, « Ἐπιθυμητὰς κακῶν, » καθολικῶς περὶ πάσης κακίας λέγει, ἐπειδὴ καὶ πᾶσα κακία ἐξ ἐπιθυμίας. Εἶτα καὶ κατ' εἶδος τίθησι τὰς κακίας. Τί δὲ ἐκεῖνοι ἐπεθύμησαν; Σκόροδα, κρέα, θεοὺς ἰδίους, ὡς καὶ αὐτὸς διὰ τῶν ἑξῆς δηλοῖ τὴν εἰδωλολατρείαν αὐτῶν.

A eorum destructionem indicat, pœnasque divinitus illatas.

Vers. 6. « Hæc autem figuræ nostræ fuerunt, ut non simus concupiscentes malorum, sicut et illi concupierunt. » Quemadmodum beneficia typi fuerunt, ita et pœnæ. Indicat autem quod non solum pœna afficientur, verum etiam tanto majore quam illi, quanto illa quidem typus fuerint; ista vero, veritas : ac quemadmodum in donis præcellebant, sic et in pœnis. Dicens autem « Concupiscentes malorum, » generatim de omni malitia loquitur, quandoquidem et omne vitium ex concupiscentia oritur. Deinde speciatim ita vitia recenset. Quid autem illi expetiverint? Allia, carnes, proprios deos, uti et ipse per ea quæ sequuntur eorum

B idololatriam patefacit.

« Μηδὲ εἰδωλολάτραι γίνεσθε, καθώς τινες αὐτῶν, ὥσπερ γέγραπται· Ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν, καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν. » Πρῶτον τούτων καθάπτεται τῶν ἐν τοῖς εἰδωλείοις ἐσθιόντων, καὶ δείκνυσιν, ὅτι ὥσπερ ἐκεῖνοι ἀπὸ γαστριμαργίας εἰς εἰδωλολατρείαν ἔπεσον (χοροὺς γὰρ στήσαντες περὶ τὸν μόσχον, ἔπαιζον ἔμπροσθεν αὐτοῦ· » οὕτω καὶ ὑμᾶς κίνδυνος εἰς ταύτην πεσεῖν, ἀπὸ τοῦ τὰ εἰδωλόθυτα διὰ γαστριμαργίαν ἐσθίειν. Ὥστε, ποῦ ἡ δοκοῦσα τελειότης σου, ὅταν εἰς εἰδωλολατρείαν ἐξάγῃ;

Vers. 7. « Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est : Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere [1]. » Primum eos carpit, qui in idolorum delubris epulabantur, ostendens quod, quemadmodum illi a gulositate ad idolorum cultum delapsi sint (choros enim statuentes circa vitulum, ludebant ante ipsum), sic periculum est, ne et vos ad idololatriam provolvamini, cum ex gulæ suasu idolis immolata edulis. Ubinam igitur perfectio tua, si ad idololatriam perduceris?

« Μηδὲ πορνεύωμεν [22], καθώς τινες αὐτῶν ἐπόρνευσαν, καὶ ἔπεσον ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ εἴκοσι τρεῖς χιλιάδες. » Πάλιν τῆς πορνείας μέμνηται, τῇ συνεχείᾳ τοῦ ἐλέγχου ἀνυσιμώτερον τὸν λόγον ποιῶν. Καὶ αὕτη δὲ ἡ ἁμαρτία ἀπὸ γαστριμαργίας γίνεται. Πότε δὲ ἔπεσον εἴκοσι τρεῖς χιλιάδες; Ὅτε κατὰ τὴν συμβουλὴν Βαλαὰμ αἱ Μαδιανίτιδες γυναῖκες ἐπὶ τῆς παρατάξεως φανεῖσαι, τοὺς νεωτέρους ἐφειλκύσαντο, καὶ διὰ τῆς πορνείας εἰς τὸ θῦσαι τῷ Βεελφεγὼρ ἐξεκαλέσαντο τούτους, καὶ ἔπεσεν ὁ λαὸς ἐν τῇ παρατάξει.

Vers. 8. « Neque **179** fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, et ceciderunt uno die viginti tria millia. » Rursus scortationis meminit, ex frequentia reprehensionis orationem efficaciorem faciens. Peccatum autem istud a gastrimargia proficiscitur. Quando vero viginti tria millia ceciderunt? Quando juxta consilium Balaam, Madianitides mulieres apud exercitum visæ, juvenes ad sese pertraxerunt, atque eos per scortationem pelliciebant, ut sacrum facerent Beelphegor, ac cecidit populus in acie.

C

« Μηδὲ ἐκπειράζωμεν τὸν Χριστὸν, καθὼς καί τινες αὐτῶν ἐπείρασαν [23], καὶ ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο. » Ἐμφαίνει, ὅτι οἱ Κορίνθιοι ἐπείραζον, σημεῖα ἐπιζητοῦντες.

Vers. 9. « Neque tentemus Christum, quemadmodum et quidam ipsorum tentaverunt, et a serpentibus perierunt. » Innuit Corinthios tentasse, dum signa quærerent.

« Μηδὲ γογγύζετε, καθώς καί τινες αὐτῶν ἐγόγγυζον, καὶ ἀπώλοντο ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ. » Τουτέστι, δυνάμεώς τινος τιμωρητικῆς. Αἰνίττεται δὲ αὐτοὺς καὶ διὰ τούτου, ὅτι ἐν τοῖς πειρασμοῖς οὐκ ἔφερον γενναίως, ἀλλ' ἐγόγγυζον λέγοντες· Πότε ἥξει τὰ ἀγαθά; καὶ ἕως πότε αἱ κακώσεις;

Vers. 10. « Neque murmuretis, ut quidam ipsorum murmurarunt et perierunt ab exterminatore. » Hoc est, a virtute quapiam pœnam infligente. Per hoc autem innuit, quod in tentationibus impatientes fuerint, nec eas æquo animo pertulerint, sed murmuraverint, dicentes : Quando venient bona? et quandiu duratura est afflictio?

D

« Ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησε. » Φοβεῖ αὐτοὺς τῷ τε εἰπεῖν, ὅτι « Πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν ἐγράφη, » καὶ ὀφείλομεν λοιπὸν καὶ ἡμεῖς προσδοκᾷν κολάσεις, καὶ φρικωδεστέρας, ὅσῳ καὶ μειζόνων ἀπηλαύσαμεν δωρεῶν· καὶ τῷ ἐφιστᾷν αὐτοῖς τὸ τέλος, καὶ δεικνύναι, ὅτι

Vers. 11. « Hæc autem omnia in figura contingebant illis : scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt. » Perterret eos, et cum dicit, « Hæc scripta sunt ad correptionem nostram, » pœnasque nos in posterum exspectare debemus, easque tanto magis tremendas, quanto majora beneficia accepimus : et cum dicit

[1] Exod. xxxii, 6.

Variæ lectiones.

[22] πορνεύσωμεν o. [23] ἐξεπείραζον o.

Digitized by Google

finem ipsis imminere, ostenditque quod supplicia non temporaria, sed immortalia, vos suscitabat. Tribunal enim illud jam nunc præ foribus est, quandoquidem mundi ætates transierint.

VERS. 12. « Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. » Rursum eos innuit, qui scientiæ nomine intumescebant. Quanquam enim te stare existimas, metue, inquit, ne cadas. Nam ipsum sane considere, quod stes, indicio est quod non stes : videris enim ; non revera stas. Ac etiamsi maxime stes, facilis est per arrogantiam lapsus.

VERS. 13. « Tentatio vos non cepit, nisi humana. Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere. » Quia perterrefecit eos dicens, « Qui se existimat stare, videat ne cadat, » essent vero, qui non paucas jam tentationes sustinuissent ; ne dicerent, Quid nos perterrefacis? multas enim perpessi tentationes, non tamen succubuimus, ait, Non cepit vos tentatio nisi modica et moderata : humanum enim ubique modicum vocat. Deinde rursus consolatur, persuadens eis, ut in Deum intueantur, qui fidelis est, hoc est, verus, nec mentietur unquam. Promisit **180** enim, « Venite, » inquiens, « qui laboratis, et ego reficiam vos [i]. » Non sinet igitur vos tentari ultra vires vestras, sed tentationem viribus vestris respondentem adoriri vos faciet. Imo quævis tentatio vires vestras exsuperat, nisi ille auxilietur vobis, et felicem eventum præbeat, hoc est, liberationem a tentationibus, cum tentatione : hoc est, celerem, et simul atque invaserit tentatio ; ita ut ob subitam liberationem ea vobis tolerabilis efficiatur. « Faciet enim exitum, » inquit, « ut vos sufferre queatis : » hoc est, ut facilis vobis videatur tentatio et tolerabilis.

VERS. 14. « Propterea, fratres mei, fugite ab idolorum cultura. » Cum eos abunde satis increpuisset, tandem medetur ipsis, fratres vocans. Nondum tamen prohibet, quominus idolothytis abstineant, ne fratres offendat ; sed rem ipsam in seipsa consideratam vituperat, idololatriam vocans, subitumque ab illa secessum postulans. « Fugite » enim, inquit.

VERS. 15. « Tanquam prudentibus loquor, judicate vos quod dico. » Quia magnam illis culpam inussit, idololatriam nominans id quod patrabant, verbi asperitatem mitigat, ipsosque reos judices constituit (id quod illius est, qui propriis rationibus ceu veris confidit). Non opus habeo, inquit, aliis judicibus, vos tanquam prudentes judicate.

VERS. 16. « Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? » Hoc est, Eucharistiæ. Manibus enim eum tenentes, be-

οὐ πρόσκαιροι τιμωρίαι, ἀλλ' αἱ μετὰ τὴν συντέλειαν ἀθάνατοι διαδέξονται ὑμᾶς. Ἤδη γὰρ τὸ δικαστήριον ἐκεῖνο ἐπὶ θύραις, ἐπειδὴ τελευτῶσιν οἱ τοῦ κόσμου αἰῶνες.

« Ὥστε ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ. » Πάλιν τοὺς ἐπὶ τῇ γνώσει μέγα φρονοῦντας αἰνίττεται. Εἰ γὰρ καὶ ἑστάναι νομίζεις, εὐλαβοῦ [24], φησί, μὴ πέσῃς· καὶ αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ θαρρεῖν, ὅτι ἕστηκας, οὐδὲ ἑστάναι ἐστί. Δοκεῖς γάρ, οὐκ ἀληθῶς ἕστηκας· εἰ δὲ καὶ ἕστιν, εὐχερὴς ἐξ ἀπονοίας ἡ πτῶσις.

« Πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν, εἰ μὴ ἀνθρώπινος· πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε, ἀλλὰ σὺν τῷ πειρασμῷ ποιήσει καὶ τὴν ἔκβασιν, τοῦ δύνασθαι ὑμᾶς ὑπενεγκεῖν. » Ἐπειδὴ ἐφόβησεν αὐτοὺς, εἰπών· « Ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ· » ἦσαν δὲ πολλοὺς ὑπενεγκόντες ἤδη πειρασμοὺς, ἵνα μὴ λέγωσι· Τί ἡμᾶς ἐκφοβεῖς; πολλοὺς γὰρ ὑπομείναντες πειρασμοὺς οὐ πεπτώκαμεν· φησὶν, ὅτι Οὐκ εἴληφεν ὑμᾶς πειρασμὸς, εἰ μὴ μικρὸς καὶ σύμμετρος· ἀνθρώπινον γὰρ πανταχοῦ τὸ μικρὸν καλεῖ. Εἶτα παραμυθεῖται πάλιν, ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀφορᾷν αὐτοὺς πείθων, ὃς πιστός ἐστι, τουτέστιν, ἀληθής, καὶ οὐ διαψεύσεται. Ἐπηγγείλατο γάρ· « Δεῦτε, οἱ κοπιῶντες, καὶ ἀναπαύσω ὑμᾶς. » « Οὐκ ἐάσει οὖν πειρασθῆναι ὑμᾶς ὑπὲρ ὃ δύνασθε, » ἀλλὰ τὸν πειρασμὸν ἀνάλογον τῇ ὑμῶν δυνάμει ποιήσει ἐπελθεῖν· μᾶλλον δὲ πᾶς πειρασμὸς μείζων τῆς ὑμετέρας [25] δυνάμεως, εἰ μὴ ἐκεῖνος βοηθήσει, « καὶ ποιήσει τὴν ἔκβασιν, » ὅ ἐστι, τὴν ἀπαλλαγὴν τῶ πειρασμοῦ, « σὺν τῷ πειρασμῷ· » τουτέστι, ταχεῖαν, καὶ ἅμα τῷ ἐπελθεῖν ὑμῖν [26] τὸν πειρασμόν· ὥστε καὶ διὰ τὴν ταχεῖαν ἀπαλλαγὴν, φορητὸν ὑμῖν γενέσθαι τοῦτον. « Ποιήσει γὰρ τὴν ἔκβασιν, » φησὶν, ἕνεκεν « τοῦ [27] δυνηθῆναι ὑμᾶς ὑπενεγκεῖν· » τουτέστιν, ἐλαφρὸν ὑμῖν φανῆναι τὸν πειρασμὸν καὶ ἀνεκτόν.

« Διόπερ, ἀδελφοί μου, φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας. » Ἐπειδὴ ἱκανῶς αὐτῶν καθήψατο, θεραπεύει λοιπὸν, ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλῶν· οὐκέτι δὲ, διὰ τὴν τῶν ἀδελφῶν βλάβην, κωλύει αὐτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδωλοθύτων, ἀλλ' αὐτὸ καθ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα διαβάλλει, εἰδωλολατρείαν ὀνομάζων, καὶ τὴν ταχεῖαν ἀπ' αὐτοῦ ἀναχώρησιν ἀπαιτῶν. « Φεύγετε » γάρ, φησίν.

« Ὡς φρονίμοις λέγω, κρίνετε ὑμεῖς ὃ φημι. » Ἐπειδὴ μέγα ἔγκλημα αὐτοῖς προσῆψεν, εἰδωλολατρείαν ὀνομάσας ὃ ἐποίουν, καταλεαίνει τὸ τραχὺ τοῦ λόγου, καὶ αὐτοὺς τοὺς ὑπευθύνους κριτὰς καθίζει (ὅπερ θαρροῦντός ἐστι τοῖς οἰκείοις λόγοις [28], ὡς ἀληθέσι), καί φησιν· Οὐ δέομαι ἑτέρων δικαστῶν, ὑμεῖς ὡς φρόνιμοι κρίνετε.

« Τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐστι; » Τουτέστι, τῆς Εὐχαριστίας. Ἐπὶ χεῖρας γὰρ αὐτὸ ἔχοντες

[i] Matth. xi, 28.

Variæ lectiones.

[24] ἀλλὰ φοβοῦ m. [25] ἡμετέρας o. [26] ἡμῖν o. [27] ὥστε m. [28] λογισμοῖς o.

Digitized by Google

εὐλογοῦμεν καὶ εὐχαριστοῦμεν τῷ τὸ αἷμα αὐτοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχέαντι, καὶ ἀῤῥήτων ἀγαθῶν ἀξιώσαντι. Οὐκ εἶπε δὲ, Μετοχὴ, ἀλλὰ, « Κοινωνία, » ἵνα πλέον τι δηλώσῃ, τὴν ἄκραν ἕνωσιν δηλαδή. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι Τοῦτο τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ ὄν, ἐκεῖνό ἐστι τὸ ἀπὸ τῆς πλευρᾶς ῥεῦσαν· καὶ ἐκείνου μεταλαμβάνοντες, [καὶ] κοινωνοῦμεν, τουτέστιν, ἑνούμεθα τῷ Χριστῷ. Οὐκ αἰσχύνεσθε οὖν, ὦ Κορίνθιοι, ἐπὶ τὸ ποτήριον τῶν εἰδώλων τρέχοντες, ἀπὸ τούτου τοῦ ποτηρίου τοῦ τῶν εἰδώλων ὑμᾶς [19] ἀπαλλάξαντος ;

A nedicimus ei, et gratias agimus ei, qui sanguinem suum pro nobis effudit, ineffabiliaque bona in nos contulit. Non dixit autem, Participatio, sed « Communicatio, » ut aliquid excellentius indicet, summam puta unionem. Quod autem dicit, hujusmodi est : Hoc quod in calice est, illud est quod ex Christi latere efflUxit : et ex eo accipientes, communicamus, hoc est, unimur Christo. Nonne itaque vos pudet, o Corinthii, ab isto calice qui vos ab idolis liberavit, ad idolorum poculum accurrere ?

« Τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστι; » Ὅπερ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ οὐ πέπονθεν ὁ Κύριος (ὀστοῦν γὰρ αὐτοῦ οὐ συνετρίβη), τοῦτο νῦν ὑπομένει, δι' ἡμᾶς κατακλώμενος. « Ὃν » γὰρ « κλῶμεν, » φησί. « Κοινωνία δὲ τοῦ σώματος B τοῦ Χριστοῦ ἐστιν, » εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, Ὥσπερ ἐκεῖνο τὸ σῶμα ἥνωται τῷ Χριστῷ, οὕτω καὶ ἡμεῖς αὐτῷ διὰ τοῦ ἄρτου τούτου ἑνούμεθα.

« Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est ? » Quod Dominus in cruce non patiebatur (os enim ejus nullum est contritum) hoc jam sustinet, cum propter nos frangitur. Inquit enim, « Quem frangimus. »—« Communio » autem « corporis Christi est, » pro eo dixit quod est, Quemadmodum illud corpus Christo unitum est, sic et nos ipsi per panem hunc unimur.

« Ὅτι εἷς ἄρτος, καὶ ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν. » Ἐπειδὴ εἶπε· « Κοινωνία τοῦ σώματός ἐστι· » τὸ δὲ κοινωνοῦν, ἕτερόν ἐστιν ἐκείνου οὗ κοινωνεῖ· νῦν δείκνυσι τὸ μεῖζον, καί φησιν, ὅτι αὐτό ἐσμεν ἐκεῖνο τὸ σῶμα. Τί γάρ ἐστιν ὁ ἄρτος; Σῶμα Χριστοῦ. Τί δὲ γίνονται οἱ μεταλαμβάνοντες ; Σῶμα Χριστοῦ· οὐχὶ σώματα πολλά, ἀλλὰ σῶμα ἕν. Καθάπερ γὰρ ὁ ἄρτος ἐκ πολλῶν κόκκων εἷς γίνεται· οὕτω καὶ ἡμεῖς, πολλοὶ ὄντες, ἓν γινόμεθα σῶμα Χριστοῦ.

Vers. 17. « Quoniam unus panis, et unum corpus multi sumus. » Quia dixerat, « Communicatio **181** corporis est, » communicans autem aliud est ab eo cujus particeps est : jam majus quiddam demonstrat, inquiens, Quod illud ipsum corpus sumus. Quid enim est panis ? corpus Christi. Quid autem fiunt illi qui participent ? corpus Christi : non corpora multa, sed unum corpus. Quemadmodum enim panis ex multis granis unus efficitur, sic et nos, multi cum simus, unum efficimur corpus Christi.

« Οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν. » C Ὥστε καὶ σῶμα ἓν ἐσμεν. Πῶς οὖν οὐ φυλάττομεν τὴν ἀγάπην, καὶ γινόμεθα καὶ κατὰ τοῦτο ἕν ; Καίτοι γε ὁ Θεὸς, φησὶ, τὸ σῶμα αὐτοῦ διὰ τοῦτο δίδωσιν ἡμῖν, ἵνα ἑνώσῃ ἡμᾶς, καὶ πρὸς ἑαυτὸν, καὶ πρὸς ἀλλήλους. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ προτέρα τῆς σαρκὸς φύσις ἐφθάρη ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ζωῆς ἐγένετο ἔρημος, ἔδωκεν ἡμῖν τὴν ἑαυτοῦ ἀναμάρτητον καὶ ζωηρὰν, ὁμοίαν δὲ ἡμῖν σάρκα, ὡς ἂν αὐτῆς μεταλαμβάνοντες, πρὸς αὐτὴν ἀνακραθῶμεν, καὶ ζήσωμεν ἀναμαρτήτως, ὡς ἔνεστι

« Omnes enim ex uno pane participamus. » Itaque et unum sumus. Quare igitur charitatem non observamus, et unum secundum hoc quoque efficimur ? Atqui Deus, inquit, propterea corpus suum nobis tradit, ut uniat nos, cum erga seipsum, tum nos inter nos mutuo. Quia enim prior carnis nostræ natura corrupta erat a peccato, vitaque destituta, dedit nobis suam ipse omnis peccati expertem, et vivam, similem tamen nobis carnem, ut eam assumentes, in ipsam permisceamur, et sine peccato vivamus quatenus licet.

« Βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα· οὐχὶ οἱ ἐσθίοντες τὰς θυσίας, κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσίν; » Ἀπὸ τῶν παχυτέρων, φησὶ, παιδεύθητε, ὅτι κοινωνία εἰδώλων ἐστὶ τὸ παρ' ὑμῶν γενόμενον [*f.* γιν.]. « Κατὰ σάρκα δὲ Ἰσραὴλ, » εἶπεν, ὡς D αὐτῶν κατὰ Πνεῦμα ὄντων. Σκόπει δὲ, πῶς ἐπὶ μὲν τῶν Ἰουδαίων οὐκ εἶπεν, ὅτι τῷ Θεῷ κοινωνοῦσιν, ἀλλὰ, « Κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσί. » Καὶ γὰρ [20] τῷ Θεῷ ἀφοριζόμενον, τῷ θυσιαστηρίῳ ἐπιτιθέμενον, κατεκαίετο· ἐπὶ δὲ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, οὐχ οὕτως· ἀλλὰ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν. Οὐ γὰρ τοῦ θυσιαστηρίου, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ [21] κοινωνοὶ γινόμεθα. Δείσας οὖν, μήποτε ὑπολάβωσιν οἱ ἀκούοντες, ὅτι ἐπεὶ ὁ τὴν θυσίαν ἐκεῖ προσδεχόμενος Θεὸς, ἠδύνατο βλάψαι, ἄρα καὶ τὰ τὴν θυσίαν ἐνταῦθα λαμβάνοντα εἴδωλα δύνανται βλάψαι τοὺς μὴ θύοντας, ἐπήγαγε·

« Videte Israel secundum carnem. Nonne qui edunt hostias, altaris sunt participes ? » A crassioribus exemplis, inquit, discite quod idolorum communio sit id quod a vobis geritur. Dixit autem, « Israel secundum carnem, » quasi ipsi sint secundum Spiritum. Reputa vero tecum quod non dixerit de Judæis, quod cum Deo communicent, sed « Participes altaris sunt. » Nam id, quod Deo segregatum erat, aræ impositum comburebatur. In corpore autem Christi non sic se res habet : sed est communicatio corporis Christi. Non enim aræ, sed ipsius Christi participes efficimur. Metuens igitur, ne illi audientes quod Deus sacrificium illic accipiens, nocendi potestatem habet, suspicentur idola etiam istic sacrificium accipientia, iis, qui non sacrificant, nocere posse, intulit :

Variæ lectiones.

[19] ἡμᾶς o. [20] καὶ γὰρ κατεκαίετο τὸ ἐπιτιθέμενον o. [21] Κυρίου o.

Digitized by Google

VERS. 19. « Quid igitur dico? Non quod idolum aliquid sit, aut quod idolis immolatum sit aliquid? » Non quasi idolis vis aliqua inesset, et vel nocere vel prodesse potuissent, idcirco ab iis vos abduco (neque enim quidquam sunt omnino) verum quod non offeratur victima Domino tuo. Infert igitur :

VERS. 20. « Sed quod quæ gentes immolant, dæmoniis immolent, et non Deo. » Ne igitur accurrite ad hostes Domini vestri. Nam si, mensa regia dimissa, ad condemnatorum mensam accurreres, omnino peccares ; non quod noceret illa quidquam aut juvaret, cæterum quod injuria istud videretur mensæ regiæ.

« Nolo autem vos participes dæmoniorum fieri. » Si enim mysticam mensam participantes, Christo communicant : dæmonum mensam participantes, dæmonibus haud dubio communicant.

VERS. 21. « **182** Non potestis calicem Domini bibere, et calicem dæmoniorum. » Cum per modum adhortationis dixerat, Nolo vos participes esse dæmoniorum, ne admonitio ista flocci pendatur, per modum sententiæ negativæ nunc illud ipsum posuit, « Non potestis, » inquiens, « calicem Domini bibere, et calicem dæmoniorum. »

« Non potestis mensæ Domini participes esse, et mensæ dæmoniorum. » Ex solis nominibus probat, quod ab idolothytis abstinere oporteat.

VERS. 22. « An provocamus Dominum? Numquid fortiores eo sumus? » Quo pudefaciat ipsos, hoc posuit : Num tentamus, inquit, et lacessimus Deum, utrum punire nos possit, ad hostes ejus secedentes? Deinde ad absurdum perducens orationem, « Numquid fortiores, » inquit, « ipso sumus? » dictum illud Mosaicum valde acriter iis in memoriam revocans : « Provocarunt me in non Deo : ad iracundiam me concitaverunt in idolis suis [k]. »

VERS. 23. « Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. » Ne quis illi objiciat : Tantisper dum pura cum conscientia manducavero, istud faciendi potestatem habeo : Certe, inquit, omnia tibi licent, quandoquidem proprii arbitrii dominus a Deo conditus es : verum hoc ipsum ut edas, non omnino tibi expedit. Isthac enim progrediens, in idola propendebis, ipsorum mensas frequenter participando.

« Omnia mihi licent, at non omnia ædificant. » Neque tibi prodest, inquit, sicut et antea dixi, neque fratri tuo : ipsum enim non ædificat, quin potius destruit ac evertit ipsius fidem. Cum itaque neque te, neque fratrem adjuvet, quid hoc facis?

VERS. 24. « Nemo quod suum est quærat, sed quisque quod proximi est. » Ne quæras num tu

[k] Deut. XXXII, 21.

A « Τί οὖν φημι ; ὅτι εἰδωλόν τί ἐστιν ; ἢ ὅτι εἰδωλόθυτόν τί ἐστιν [33] ; » Οὐχ ὡς ἰσχύν τινα ἐχόντων τῶν εἰδώλων, καὶ δυναμένων βλάψαι ἢ ὠφελῆσαι, ἀπάγω τούτων ὑμᾶς· οὐδὲ γὰρ εἰσὶν ὅλως· ἀλλ' ὅτι οὐ προσάγεται τὸ θυόμενον τῷ Δεσπότῃ τῷ σῷ. Ἐπιφέρει οὖν·

« Ἀλλ' ὅτι ἃ θύει τὰ ἔθνη, δαιμονίοις θύει, καὶ οὐ Θεῷ. » Μὴ τοίνυν τρέχετε ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Δεσπότου ὑμῶν· καὶ γὰρ εἰ βασιλικὴν ἄφεις τράπεζαν, ἔτρεχες ἐπὶ τὴν τῶν καταδίκων, πάντως ἡμάρτανες· οὐχ ὅτι ἔβλαπτεν ἐκείνη, ἢ ὠφέλει [34], ἀλλ' ὅτι ὕβρις ἐδόκει τοῦτο τῆς βασιλικῆς τραπέζης [34*].

« Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι. » Εἰ γὰρ τῆς μυστικῆς τραπέζης μετέχοντες, κοινωνοῦσι Χριστῷ· οἱ δαιμόνων τραπέζης μετέχοντες, δῆλον ὅτι δαίμοσι κοινωνοῦσιν.

« Οὐ δύνασθε ποτήριον Κυρίου πίνειν, καὶ ποτήριον δαιμονίων. » Ἐπειδὴ ἐν τάξει παραινέσεως εἶπεν· « Οὐ θέλω ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι· » ἵνα μὴ παραίνεσις καταφρονηθῇ, ἐν τάξει ἀποφάσεως νῦν αὐτὸ τέθεικεν, εἰπών· « Οὐ δύνασθε ποτήριον Κυρίου πίνειν, καὶ ποτήριον δαιμονίων. »

« Οὐ δύνασθε τραπέζης Κυρίου μετέχειν, καὶ τραπέζης δαιμονίων. » Ἐκ μόνων τῶν ὀνομάτων κατασκευάζει, τὸ δεῖν ἀπέχεσθαι τῶν εἰδωλοθύτων.

« Ἢ παραζηλοῦμεν τὸν Κύριον ; μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμεν ; » Ἐντρεπτικῶς τοῦτο τέθεικεν. Ἢ πειράζομεν, φησὶ, καὶ παρακνίζομεν τὸν Θεὸν, εἰ δύναται κολάσαι ἡμᾶς πρὸς τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἀποχωροῦντας ; Εἶτα εἰς ἄτοπον ἀπάγων τὸν λόγον, φησί· « Μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμεν ; » ἀναμιμήσκων [35] σφόδρα πληκτικῶς τῆς Μωσαϊκῆς ῥήσεως· « Παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ Θεῷ, παρώργισάν με ἐν [35*] τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. »

« Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει. » Ἵνα μή τις εἴπῃ αὐτῷ, ὅτι Μετὰ καθαρᾶς ἐσθίων συνειδήσεως ; ἐξουσίαν ἔχω τοῦτο ποιεῖν· Ναὶ, φησὶ, πάντα μέν σοι ἔξεστιν, [36] ἐπειδὴ αὐτὸς παρὰ Θεοῦ αὐτεξούσιος γέγονας· ἀλλ' οὐ πάντως συμφέρει σοι τὸ ἐσθίειν· ὁδῷ γὰρ προβαίνων, διάθεσιν ἕξεις πρὸς τὰ εἴδωλα, τῷ συνεχῶς κοινωνεῖν τῶν τραπεζῶν αὐτῶν.

D « Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα οἰκοδομεῖ. » Οὔτε σοὶ συμφέρει, φησὶ, καθὸ καὶ προλαβὼν εἶπον, οὔτε τῷ ἀδελφῷ σου· οὐ γὰρ οἰκοδομεῖ αὐτὸν, ἀλλὰ μᾶλλον καθαιρεῖ, καὶ κατασκάπτει τὴν πίστιν αὐτοῦ. Ὥστε ἐπεὶ οὔτε σὲ ὠφελεῖ, οὔτε τὸν ἀδελφὸν, τί τοῦτο ποιεῖς ;

« Μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω, ἀλλὰ τὸ τοῦ πλησίον ἕκαστος. » Μὴ ζήτει τοῦτο, εἰ σὺ ἐσθίεις καθαρᾷ

Variæ lectiones.

[33] ἐφοβήθη μήπως δόξωσι ταῦτα λέγειν αὐτὸν ὡς ἰσχὺν ἐχόντων τῶν εἰδώλων. Καί φησιν ὅτι οὐχ ὡς δυναμένων βλάψαι ἢ ὠφελῆσαι τῶν εἰδώλων, ἀπάγω τούτων ὑμᾶς m. *Sit aliquid. Timebat, ne hæc eum aicere, putarent, quasi idolis vis aliqua inesset : unde ait : Non quia illa obesse possint, aut prodesse, idcirco ab iis vos abduco.* [34] ἔβλαπτες ἐκείνην ἢ ὠφέλεις o. [34*] δεσποτικῆς o. [35] ἀναμιμήσκει δὲ o. [35*] ἐπὶ o. [36] ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει.

Digitized by Google

συνειδήσει, ἀλλ' εἰ τὸν ἀδελφὸν οἰκοδομεῖ τὸ γινόμενον. Πολλαχοῦ δὲ [37] τῶν Ἐπιστολῶν τοῦτο τίθησιν, ὡς ἀναγκαιότατον. Οὐχ ἁπλῶς δὲ κελεύει μὴ ζητεῖν τὸ οἰκεῖον συμφέρον, ἀλλ' ὅταν τοῦτο βλάπτῃ τὸν ἀδελφόν. Τότε γὰρ τὸ ἐκείνου συμφέρον χρὴ προτιμᾶν καὶ προαιρεῖσθαι τοῦ ἰδίου.

« Πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν. » Ἐπειδὴ διὰ πολλῶν κατεσκεύασεν, ὅτι δεῖ αὐτοὺς ἀπέχεσθαι τῶν εἰδωλοθύτων· ἵνα μὴ πάλιν περιεργότεροι τοῦ δέοντος γίνωνται, ὥστε παραιτεῖσθαι καὶ τὰ ἐπ' ἀγορᾶς ὤνια, δεδοικότες μήπως εἶεν καὶ αὐτὰ εἰδωλόθυτα, φησίν, ὅτι « Πᾶν τὸ πωλούμενον ἐσθίετε, » μὴ ἀνακρίνοντες τοὺς πωλοῦντας, καὶ ἐρωτῶντες, εἰ ἄρα εἰδωλόθυτόν ἐστιν, ὡς πληττόμενοι τὴν συνείδησιν, καὶ καθαρίσαι αὐτὴν θέλοντες. Ἢ καὶ οὕτως· Ἵνα μὴ πληγῇ ἡ συνείδησίς σου, διὰ τοῦτο μὴ ἀνάκρινε· ἴσως γὰρ ἀνακρίνων μαθήσῃ, ὅτι εἰδωλόθυτόν ἐστι, καὶ πληγήσεταί σου ἡ συνείδησις.

« Τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. » Οὐχὶ τῶν δαιμονίων. Εἰ δὲ ἡ γῆ, καὶ οἱ καρποὶ καὶ τὰ δένδρα καὶ ζῶα. Εἰ δὲ αὐτοῦ πάντα, οὐδὲν ἀκάθαρτον φύσει, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἑκάστου διανοίας.

« Εἰ δέ τις καλεῖ ὑμᾶς τῶν ἀπίστων, καὶ θέλετε πορεύεσθαι, πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν. » Καλῶς τὸ, « θέλετε· » οὔτε γὰρ προτρέψασθαι, οὔτε [38] ἀποτρέψασθαι αὐτὸς ἠβούλετο. Μηδὲν δὲ ἀνακρίνετε, ἵνα μὴ τῇ περιττοτέρᾳ [39] περιεργίᾳ νομισθῆτε δεδιέναι τὰ εἰδωλα, καὶ ἵνα φυλάττητε καθαρὰν καὶ ἀπλῆγα τὴν συνείδησιν ὑμῶν.

« Ἐὰν δέ τις ὑμῖν εἴπῃ· Τοῦτο εἰδωλόθυτόν ἐστι· μὴ ἐσθίετε, διὰ ἐκεῖνον τὸν μηνύσαντα, καὶ τὴν συνείδησιν· τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. » Οὐχ ὡς βλαβερῶν ἀπέχεσθαί σε κελεύω, ἀλλὰ δι' ἐκεῖνον τὸν μηνύσαντα, ἵνα μὴ βλαβῇ, καὶ νομίσῃ, ὅτι τὰ τῶν εἰδώλων οὐκ ἀπόβλητά εἰσι τοῖς Χριστιανοῖς. Ἐπεὶ ὅτι οὐχ ὡς ἀκαθάρτων, οὐδὲ ἀλλοτρίων ὄντων τοῦ ἡμετέρου Κυρίου, ἀπέχεσθαι διδάσκω, δῆλον ἐντεῦθεν. « Τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, » τουτέστι, πάντα τὰ πληροῦντα αὐτὴν, τὰ ἐμπεριεχόμενα αὐτῇ. Ἢ καὶ οὕτως· Ἀπόσχου, φησὶ, τοῦ βρώματος τούτου· πᾶσα γὰρ ἡ γῆ τοῦ Κυρίου ἐστὶ, καὶ ἔξεστί σοι ἄλλοθεν [40] ἐμπλησθῆναι. Ἀνέῳκται γάρ σοι πάντα.

« Συνείδησιν δὲ λέγω οὐχὶ τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἑτέρου. » Τουτέστι, τοῦ Ἕλληνος. Ἴσως γὰρ (ὅπερ εἶπον) σκανδαλισθήσεται, ἢ ὡς λαίμαργον κρίνων, ἢ ὡς τὰ εἰδωλα καὶ σὲ ἀποδεχόμενον ἐπίσης αὐτῷ [41]. Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν· Διὰ τί φροντίζεις τοῦ μηνύσαντος; εἶπας γὰρ προλαβών· Τί μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν; Οὐκ ἐκείνου φροντίζω, φησὶν,

pura conscientia vescaris; sed num fratrem tuum ædificet ea res. Sæpe enim in Epistolis hoc ponit tanquam maxime necessarium. Non autem simpliciter præcipit, ne propriam utilitatem quæramus, sed cum fratri sit illa incommodo. Tum enim ipsius utilitatem propriæ præferre et præeligere debemus.

Vers. 25. « Omne quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. » Cum hactenus multis confirmasset abstinendum plane ab idolothytis, ne rursum plus æquo curiosiores reddantur, adeo ut abstineant etiam ab iis quæ in foro væneunt, metuentes ne et ea sint idolothyta : Omne, inquit, quod venditur, edite, non examinantes vendentes, et interrogantes num idolothytum sit, tanquam conscientia vestra consternati, quam hoc pacto purgare intendatis. Vel sic : Ne feriatur **183** conscientia tua, propterea ne examines. Fortasse namque, si disquiras, rescisces idolis esse immolatum quod emere cogitas, et ferietur conscientia tua.

Vers. 26. « Domini enim est terra, et plenitudo ejus. » Non dæmoniorum. Quod si terra sit ejus, tum fructus et arbores et animalia. Si autem ipsius sint omnia, tum nihil natura est immundum, sed ex uniuscujusque opinione.

Vers. 27. « Si quis autem vocat vos infidelium, et vultis ire, omne quod vobis apponitur, edite, nihil interrogantes propter conscientiam. » Bene dixit, « Vultis. » Neque enim ipse adhortari ad hoc, neque dehortari instituit. Nihil autem interrogate, ne ido.a nimia sollicitudine formidare videamini, et ut conscientias vestras puras et inconcussas custodiatis.

Vers. 28. « Si quis autem vobis dixerit : Hoc est immolatum idolis : nolite manducare propter illum qui indicavit, et conscientiam. Domini enim est terra, et plenitudo ejus. » Non veluti a rebus noxiis tibi abstinere mando ; sed propter eum qui indicavit, ut is non lædatur, atque putet idolorum res haud rejici a Christianis. Nam quod non tanquam ab immundis, vel ab iis quæ sint a Domino nostro aliena, abstinendum esse doceo, vel inde planum est: « Domini enim est terra, et plenitudo ejus, » hoc est, omnia ipsum replentia, et quæ in ea continentur. Vel etiam sic : Abstine, inquit, a cibo isto : universa enim terra Domini est, ac licet tibi aliunde impleri. Nam cuncta tibi sunt aperta.

Vers. 29. « Conscientiam autem dico, non tuam sed alterius. » Hoc est, Græci. Fortasse enim (uti dixi) offendetur, vel tanquam gastrimargum te judicando, vel ceu eum, qui æque ac ipse, idola excipiat. Sed fortasse dicat quispiam, Quid tu sollicitus es de illo qui indicaverit? Supra enim dixisti, Quid mihi de iis qui foris sunt, judicare [1]? Non illius, in-

[1] I Cor. v, 12.

Variæ lectiones.

[37] πανταχοῦ δὲ τοῦτο παραινεῖ τὸ συμφέρον τῷ πλησίον o. [38] ἢ o. [39] περιττῇ m. [40] ἄνωθεν c. [41] αὐτὸν o.

Digitized by Google

quit, sed vestri curam gerο, ne condemnemini : idcirco addidit :

« Ut quid enim libertas mea judicatur ab aliena conscientia? » Non observare, et non prohiberi, libertatem dicit. Ego enim, inquit, libere et sine observatione vescor, Græcus vero me condemnabit, Fabula est, inquiens, Christianorum religio : aiunt quidem idola sese exsecrari, et interim ea quæ iis oblata sunt libenter comedunt.

VERS. 30. « Si ego cum gratia participo, quid blasphemor ejus rei gratia, pro qua gratias ago? » Ego, inquit, libere participo creaturas Dei, per gratiam Dei quæ me stabilem et firmum fecit, adeo ut nihil observem : at Græcus conviciabitur mihi, quippe qui simulem me idola **184** quidem fugere, et tamen per gulam eis immolata comedam. Quod autem adjicit, « Pro quo gratias ago, » hujusmodi est : Ego, inquit, gratias ago Deo, quod adeo me excelsum fecit, ac Judaica humilitate sublimiorem, ut nullatenus lædar. Græcus autem, ut dixi, scandalizatur et blasphemat.

VERS. 31. « Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. » Omnia, inquit, facite ad gloriam Dei : quasi quæ nunc fiant a vobis, ad Dei contumeliam sint, imo potius blasphemiam. Manducat ergo quisquam, vel bibit in gloriam Dei, quando neminem offendit, quando non ut gulosus aut voluptatis sectator epulatur ; sed velut is qui corpus conservare velit ad virtutis operationem. Omnino autem quamcunque rem in gloriam Dei quispiam agit, quando neque alium scandalo quopiam lædit, neque seipsum ; nempe hominibus placere studens, vel ex affectu aliquo perturbato.

VERS. 32. « Sine offensione estote et Judæis et Græcis, et Ecclesiæ Dei. » Hoc est, nullam vituperationis occasionem nemini præbentes. Continget autem hoc, si neque Judæum, neque Græcum offendamus, neque etiam fratres : nam illi sunt Ecclesiæ Dei. Observa, quod majus est, ultimo loco protulit. Nam et alios ad fidem attrahere convenit, nec interim tamen fratres persequi. Indicat autem omnes ex hoc offensos, quod idolorum immolatis vescerentur.

VERS. 33. « Sicut et ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant. Imitatores mei estote, sicut et ego Christi. » Postquam magni quidpiam illis imposuerat, reos eos faciens et Judæorum et Græcorum noxæ, seipsum in medium protulit, ut ostendat rem haud esse difficilem. Qui vero suum commodum non quæsierit, liquet ex multis, quæ supra commemoravit, « Omnibus, » inquit, « factus sum omnia ; » maxime vero ex eo quod optavit anathema esse pro fratribus. « Imitatores » igitur, inquit, « mei estote. » Illud vero, « Quemadmodum et ego Christi, » ne

A ἀλλ' ὑμῶν, ἵνα μὴ καταγινώσκησθε· διὸ καὶ ἐπήγαγεν·

« Ἵνα τί γὰρ ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως; » Ἐλευθερίαν, τὸ ἀπαρατήρητον λέγει, καὶ ἀκώλυτον. Ἐγὼ μὲν γάρ, φησὶν, ἐλευθέρως καὶ ἀπαρατηρήτως ἐσθίω· ὁ δὲ Ἕλλην κατακρινεῖ με, καὶ ἐρεῖ· Μῦθος τὰ Χριστιανῶν· τὰ εἴδωλα λέγουσι βδελύττεσθαι, καὶ τὰ αὐτοῖς θυόμενα προθύμως ἐσθίουσιν.

« Εἰ ἐγὼ χάριτι μετέχω, τί βλασφημοῦμαι ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ; » Ἐγὼ μὲν μετέχω, φησὶ, τῶν τοῦ Θεοῦ κτισμάτων ἐλευθέρως, διὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν ποιήσασάν με ἑδραῖον καὶ στερεὸν, ὥστε μηδὲν παρατηρεῖσθαι· ἀλλ' ὁ Ἕλλην βλασφημήσει με, ὡς ὑποκρινόμενον φεύγειν τὰ εἴδωλα, καὶ διὰ B γαστριμαργίαν πάλιν τὰ ἐκ τούτων ἐσθίοντα. Τὸ δὲ, « Ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ, » τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι Ἐγὼ μὲν εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, ὅτι οὕτω με ὑψηλὸν ἐποίησε, καὶ Ἰουδαϊκῆς ταπεινότητος ἀνώτερον, ὡς μηδαμόθεν βλάπτεσθαι· ἀλλ', ὅπερ ἔφην, ὁ Ἕλλην σκανδαλίζεται καὶ βλασφημεῖ.

« Εἴτε οὖν ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε. » — « Πάντα, φησὶ, ποιεῖτε εἰς δόξαν Θεοῦ, ὡς τά γε νῦν γινόμενα παρ' ὑμῶν ἀδοξία ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, μᾶλλον δὲ βλασφημία. Ἐσθίει δέ τις εἰς δόξαν Θεοῦ καὶ πίνει, ὅταν μὴ ἐπὶ σκανδάλῳ τινὸς, ὅταν μὴ ὡς γαστρίμαργος, ἢ φιλήδονος, ἀλλ' ὡς θέλων συγκρατεῖν τὸ σῶμα πρὸς τὴν ἐργασίαν τῆς ἀρετῆς [42]· καὶ ἁπλῶς δὲ πᾶν πρᾶγμα ποιεῖ τις εἰς δόξαν Θεοῦ, ὅταν μήτε ἄλλον βλάπτῃ σκανδαλίζων, μήτε ἑαυτὸν, οἷον, ὡς ἀνθρωπάρεσκος ποιῶν, ἢ διά τινα ἐμπαθῆ λογισμόν. C

« Ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. » Τουτέστι, μηδεμίαν μηδενὶ λόγου [43] παρέχοντες ἀφορμήν. Ἔσται δὲ τοῦτο, ἐὰν μήτε Ἰουδαῖον, μήτε Ἕλληνα σκανδαλίζωμεν, μήτε μὴν τοὺς ἀδελφούς· οὗτοι γὰρ ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ. Ὅρα δὲ, τὸ μεῖζον ἔσχατον εἶπε· καὶ γὰρ καὶ τοὺς ἄλλους ἐφέλκεσθαι προσήκει πρὸς τὴν πίστιν· οὐ μὴν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς διώκειν. Ἐμφαίνει δὲ πάντας ἐκ τούτου σκανδαλιζομένους, ἐκ τοῦ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν.

« Καθὼς κἀγὼ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω, μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι. Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. » Ἐπεὶ δὲ [43*] μέγα αὐτοῖς ἐπέταξεν, ὑπευθύνους αὐτοὺς δείξας [44] καὶ τῆς Ἑλλήνων καὶ τῆς Ἰουδαίων βλάβης, ἑαυτὸν εἰς τὸ μέσον παρήγαγεν, ἵνα δείξῃ τὸ πρᾶγμα ῥᾴδιον. Πῶς δὲ οὐκ ἐζήτει τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον, ἐκ πολλῶν δῆλον, ὧν καὶ προλαβὼν εἶπεν, ὅτι « Τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα· » μάλιστα δὲ ἐξ ὧν εὔξατο ἀνάθεμα εἶναι ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν [45]. « Μιμηταί μου γίνεσθε. » Τὸ δὲ, « Καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ, » μὴ ἀλαζόνος λόγον [46] νοήσῃς, ἀλλὰ προτρε-

Variæ lectiones.

[42] ψυχῆς O. [43] λόγου O. [43*] ἐπειδὴ O. [44] ποιήσας O. [45] Τὸ δὲ, μιμηταί μου γίνε. καθὼς κἀ. Χ. O. [46] λόγου λογισμὸν O.

Digitized by Google

πομένου μᾶλλον εἰς τὴν μίμησιν. Εἰ γὰρ ἐγὼ, φησὶ, Χριστὸν ἐμιμησάμην τὸν καταφρονήσαντα καὶ τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς ὑπὲρ τοῦ ζῆσαι ὑμᾶς, πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς ἐμέ; Οὐ γὰρ τοσοῦτον ἐγὼ ὑμῶν κρείττων, ὅσον ἐκεῖνος ἐμοῦ, ὁ πάντων ἀσυγκρίτως ὑπερέχων.

putes arrogantis esse sermonem, verum adhortantis potius ad imitationem. Si enim ego, inquit, Christum imitatus sum, qui vitam suam contempsit, ut nos vivamus, quanto potius vos me imitabimini. Non enim ego tanto sum melior vobis, quanto ille me, qui omnes incomparabiliter antecellit.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

« Ἐπαινῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ὅτι πάντα μου μέμνησθε. » Ἐπειδὴ τὸν περὶ τῶν εἰδωλοθύτων λόγον ἀπήρτισε, περὶ μεγάλων ὄντα, νῦν κουφότερόν τι ἁμάρτημα διορθοῦται. Εἴωθε γὰρ μεταξὺ τῶν βαρέων τὰ κουφότερα ἁμαρτήματα τιθέναι. Τί δὲ τοῦτο ἦν; Αἱ μὲν γυναῖκες ἀκατακάλυπτοι [47] καὶ ηὔχοντο καὶ προεφήτευον (καὶ γὰρ καὶ γυναῖκες προεφήτευον τότε)· οἱ δὲ ἄνδρες ἐκόμων, ἅτε ἐν φιλοσοφίᾳ διατρίψαντες, καὶ ὅτε ηὔχοντο, καὶ ὅτε προεφήτευον. Ταῦτα δὲ Ἑλληνικοῦ νόμου ἦσαν. Ἐπεὶ οὖν περὶ τούτων παρῆνεσεν αὐτοῖς, ἴσως ὅτε παρῆν, ἐξ αὐτῶν δὲ οἱ μὲν ὑπήκουσαν, οἱ δὲ ἠπείθησαν· φησὶ περὶ τῶν ὑπακουόντων [48], ὅτι « Ἐπαινῶ ὑμᾶς, ὅτι πάντα μου μέμνησθε. » Καίτοι γε ἓν ἦν τοῦτο, περὶ τοῦ μὴ κομᾶν τοὺς ἄνδρας· ἀλλ' ὅμως αὐτὸς, « Πάντα, » φησὶ, « μέμνησθέ μου. » Ἀεὶ γὰρ εἴωθε σοφῶς μαλάττειν τοῖς ἐπαίνοις τοὺς ἀπὸ τούτων βελτιωθῆναι προσδοκωμένους.

CAPUT XI.

Vers. 1. « Laudo autem vos, fratres, quod per omnia mei memores estis. » Absoluto de idolothytis sermone, quippe qui de magnis erat, nunc levius quoddam peccatum **185** corrigit. Nam inter delicta graviora, leviora collocare solet. Quid autem istud fiet? Feminæ quidem non velato capite orabant, ac vaticinabantur (nam et feminæ tunc prophetiæ dono claræ erant), viri autem, quippe qui in philosophia versati essent, comam nutriebant, cum quando orarent, tum quando prophetarent. Hæc vero Græcæ consuetudinis erant. Quia igitur de hisce eos admonuerat, forsan cum præsto esset, atque eorum quidam alii obtemperaverant, alii vero non obtemperaverant; de obedientibus inquit, « Laudo vos, quod per omnia mei memores estis. » Atqui inter cætera istuc unum erat, de coma non nutrienda per viros; ipse tamen « Per omnia, » inquit, « mei meministis. » Semper enim sapienter præconiis eos lenire solet, de quibus spes est, quod per ista possint in meliorem statum redigi.

« Καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν, τὰς παραδόσεις κατέχετε. » Ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι καὶ ἀγράφως πολλὰ παρέδωκε καὶ αὐτὸς καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι.

Vers. 2. « Quemadmodum tradidi vobis, traditiones continetis » Hinc perspicuum fit, quod haud pauca sine scriptis tradiderint et ipse et reliqui apostoli.

Θέλω δὲ ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι παντὸς ἀνδρὸς ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός ἐστι. » Δοκεῖ μὲν, ὅσον ἐκ τῆς ἀκολουθίας διαλέγεσθαι πρὸς τοὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπαινουμένους ἐπὶ τῷ κατέχειν τὰς παραδόσεις· τῇ ἀληθείᾳ δὲ, τοὺς ἀπειθήσαντας διορθοῦται. Παντὸς δὲ ἀνδρὸς ἀκούων, τοῦ πιστοῦ νόει κεφαλὴν εἶναι τὸν Χριστόν. Οἱ γὰρ πιστοί ἐσμεν σῶμα αὐτοῦ, οὐχὶ καὶ οἱ Ἕλληνες· ὥστε οὐδὲ κεφαλὴ ἐκείνων ὁ Χριστός.

Vers. 3. « Volo autem vos scire, quod cujuslibet viri caput, Christus est. » Videtur quidem quantum a verborum consequentia colligitur, ad eos verba facere, quos eo laudavit, quod præcepta sive traditiones observassent: revera autem immorigeros corrigit. Cum vero cujuslibet viri caput esse Christum audis, de fideli istuc intelligas. Nam fideles nos sumus corpus ipsius; non autem Græci infideles: quare nec caput illorum Christus.

« Κεφαλὴ δὲ γυναικὸς ὁ ἀνὴρ· κεφαλὴ δὲ Χριστοῦ ὁ Θεός. » Κεφαλὴ γυναικὸς ὁ ἀνὴρ, διὰ τὸ κατάρχειν αὐτῆς· Χριστοῦ δὲ κεφαλὴ ὁ Θεὸς, διὰ τὸ αἴτιος εἶναι αὐτοῦ, ὡς Πατὴρ Υἱοῦ. Οὐ δεῖ γὰρ τὰ περὶ κεφαλῆς εἰρημένα ὁμοίως καὶ ἐπὶ Χριστοῦ ἐκλαμβάνειν· ἀλλ' ἡμῶν μὲν κεφαλὴ ὁ Χριστὸς, καὶ ὡς Δημιουργὸς, καὶ ὡς σώματος αὐτοῦ ὄντων ἡμῶν· ὁ δὲ Πατὴρ, Χριστοῦ κεφαλὴ, ὡς αἴτιος αὐτοῦ. Εἰ δὲ καὶ κατὰ ἀνθρώπινον ἐκλάβοις οὕτως εἰρῆσθαι τὸν Πατέρα τοῦ Χριστοῦ κεφαλὴν, ὥσπερ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐλέχθη ἡμῶν κεφαλὴ, οὐδὲν ἀσεβές· ἐπεὶ καὶ Θεὸς ὁ Πατὴρ λέγεται τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. Ἐπεὶ γὰρ ἡμῖν ὡμοιῶσθαι [49] κατεδέξατο, καὶ ἀδελφὸς ἡμῶν ἐχρημάτισε καὶ κεφαλὴ, οὐδὲν καινὸν εἰ καὶ τὰ τῆς ταπεινώσεως ὀνόματα καταδέχεται [50], καὶ τὸν κατὰ

« Caput autem mulieris vir; caput vero Christi Deus. » Caput uxoris maritus est, propterea quod dominetur in eam: Christi vero caput Deus, quod sit ejus causa, ut Pater Filii. Non oportet enim ea quæ de capite dicta sunt, ex æquo de Christo intelligere: verum nostrum quidem caput est Christus, et quatenus est creator noster, et quatenus nos sumus ipsius corpus. Christi autem caput Pater est, ceu causa ipsius. Sin juxta humanitatem accipias sic dictum esse Patrem Christi caput, perinde ac Christus dictus est caput nostrum, nihil impietatis admittis: quandoquidem, et Deus Pater Christi dicitur secundum humanitatem. Quia enim nobis assimilari dignatus est, et frater noster, et caput nostrum audiit, nihil novum est, si et humiliationis

Variæ lectiones.

[47] ἀκατακαλύπτως o. [48] ὑπακουσάντων o. [49] ὁμοιωθῆναι o. [50] ἀναδέχεται o.

Digitized by Google

nomina recipiat, ac eum qui juxta divinitatem Pater est, caput habeat secundum humanitatem suam, tanquam principem et Deum suum.

A τὴν θεότητα Πατέρα ἔχει κεφαλὴν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ὡς ἄρχοντα αὐτοῦ, καὶ ὡς Θεὸν αὐτοῦ.

Vers. 4. « Omnis vir orans aut prophetans, in capite habens, deturpat caput suum. » Virum non omnino caput operire prohibet, sed in oratione tantum et prophetia. Nec dixit, Tectus caput, verum, « In capite habens, » ut auferat non solum velationem per pileum, verum etiam **186** per comam. Nam qui comam nutrit, etiam in capite habet, comam videlicet. Qui vero pudefacit caput suum? Quia cum princeps sit, suique juris, se ipse jugo subdit. Caput enim contegere, est potestatem capiti imponere. Nam capitis tegumentum, est dominatoris vice, signumque subjectionis. Vel hunc ad modum : Pudefacit Christum caput suum, seipsum nimirum imminuens ac libertate privans. Ut enim exiguum corpus pudefacit caput, sic qui a Deo liber suique juris factus est, seipsum autem imminuit, ac veluti sub potestate esset, ita se contegit; Christo capiti ejus, tanquam corporis, est decori. Non fuerit autem abs re quærere, cur veluti culpam et peccatum istuc Apostolus posuerit. Inter multa alia quæ cum viro tum feminæ, illi nempe in dominii, huic in subjectionis signa tradita erant, istud etiam, ut ille quidem caput aperiat, ista autem tegat, iis pro symbolo datum erat. Quomodo igitur culpa vacet, naturæ leges prætergredi; ac virum quidem comam nutrire, mulierem vero retecto esse capite? Hoc ergo tollit, ceu arrogantiæ signum, quæ non pauca sane in rebus ecclesiasticis et vastat et perdit. Hinc enim oriuntur hæreses, ex hoc scilicet, quod ea quæ legibus constituta sunt, unusquisque transgrediatur.

« Πᾶς ἀνὴρ προσευχόμενος ἢ προφητεύων, κατὰ [81] κεφαλῆς ἔχων, καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. » Οὐκ ἀεὶ κωλύει τὸν ἄνδρα κατακαλύπτεσθαι, ἀλλὰ μόνον ἐν προσευχῇ καὶ προφητείᾳ. Οὐκ εἶπε δὲ, Κεκαλυμμένος τὴν κεφαλὴν, ἀλλὰ, « Κατὰ κεφαλῆς ἔχων, » ἵνα ἀνέλῃ οὐ μόνον τὸ κατακαλύπτεσθαι ἱματίῳ [82], ἀλλὰ καὶ κόμῃ· καὶ ὁ κομῶν γὰρ κατὰ κεφαλῆς ἔχει, τὴν κόμην δηλαδή. Πῶς δὲ καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ; Διότι ἄρχων γεγονὼς καὶ ἐξουσιαστὴς, ὑπὸ ἐξουσίαν ποιεῖ ἑαυτόν. Τὸ γὰρ κεκαλύφθαι τὴν κεφαλὴν, ἐξουσίαν ἐπιτιθέναι τῇ κεφαλῇ ἐστιν· ἀντὶ γὰρ ἐξουσιαστοῦ ἐστι τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς κάλυμμα, καὶ σημεῖον ὑποταγῆς. Ἢ καὶ οὕτω· Καταισχύνει τὸν Χριστὸν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, κατασμικρύνων δηλαδὴ ἑαυτὸν καὶ ἀνελεύθερον ποιῶν. Ὡς γὰρ τὸ μικρὸν σῶμα καταισχύνει τὴν κεφαλήν· οὕτω καὶ ὁ ὑπὸ Θεοῦ μὲν γεγονὼς ἐλεύθερος καὶ αὐτεξούσιος, κατασμικρύνων δὲ ἑαυτὸν, καὶ ὡς ὑπ' ἐξουσίαν ὄντα οὕτω καλύπτων, εἰς αἰσχύνην ἐστὶ Χριστοῦ, ὅς ἐστι κεφαλὴ αὐτοῦ, ὡς σώματος. Ἄξιον δὲ ζητῆσαι, τίνος ἕνεκεν ὡς ἔγκλημα τοῦτο τίθησιν ὁ Ἀπόστολος· Σύμβολον δέδοται τῷ ἀνδρὶ καὶ τῇ γυναικί· τῷ μὲν, τῆς ἀρχῆς· τῇ δὲ, τῆς ὑποταγῆς, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, καὶ τοῦτο δὴ τὸ, τὸν μὲν ἀκατακάλυπτον εἶναι, τὴν δὲ κεκαλύφθαι. Πῶς οὖν οὐκ ἔγκλημα τὸ τοὺς ὅρους τῆς φύσεως παραβαίνεσθαι, καὶ τὸν μὲν ἄνδρα κομᾶν, τὴν δὲ γυναῖκα ἀνακεκαλύφθαι; Τοῦτο οὖν ἀναιρεῖ ὡς αὐθαδείας σημεῖον, τῆς οὐ μικρὰ λυμαινομένης τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασιν. Ἐντεῦθεν γὰρ καὶ αἱ αἱρέσεις, ἐκ τοῦ ἕκαστον τὰ νενομισμένα παρεξιέναι.

Vers. 5. « Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum; unum enim et idem est, ac si rasa esset. » Fuerunt autem et feminæ prophetiæ (ut diximus) donum habentes, ut Philippi filiæ aliæque multæ. Quomodo vero pudefacit caput suum? Quia fugitivum quoddam caput ostendit, ut quæ defecerit a tradita sibi a Deo potestate. Noveris autem quod virum in oratione et prophetia vetet esse tecto capite, mulierem vero non solis hisce illis temporibus, verum semper. Hoc enim vult per hoc quod ait : « Unum enim et idem est ac si rasa esset. » Nam sicut ipsi nunquam non turpe esset radi, ita etiam istud, nempe nudo capite incedere. Nam coma tegumenti vice est. Illa itaque quæ tegumentum abjicit, similis est illi quæ comam abjecit.

« Πᾶσα δὲ γυνὴ προσευχομένη ἢ προφητεύουσα ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ, καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτῆς· ἓν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ. » Ἦσαν γὰρ, ὅπερ ἔφημεν, καὶ γυναῖκες, τὸ χάρισμα τῆς προφητείας ἔχουσαι, ὡς αἱ Φιλίππου θυγατέρες, καὶ ἄλλαι πολλαί. Πῶς δὲ καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτῆς; Ὅτι φυγάδα [83] τινὰ τὴν κεφαλὴν ἀποδείκνυσιν, ἀποσταθεῖσα τῆς ἐμπιστευθείσης αὐτῇ παρὰ Θεοῦ ἐξουσίας. Ἴσθι δὲ, ὅτι τὸν μὲν ἄνδρα, ὡς εἴρηται, ἐν τῇ προσευχῇ καὶ προφητείᾳ [84] κωλύει κεκαλύφθαι· τὴν δὲ γυναῖκα οὐ μόνον ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς, ἀλλὰ καὶ ἀεί. Τοῦτο γὰρ βούλεται διὰ τοῦ εἰπεῖν, « Ἓν γὰρ καὶ τὸ αὐτό ἐστι τῇ ἐξυρημένῃ. » Ὥσπερ γὰρ ἀεὶ αὐτῇ τὸ ἐξυρῆσθαι αἰσχρὸν, οὕτω δηλαδὴ καὶ τὸ ἀποκεκαλύφθαι. Ἡ γὰρ κόμη ἀντὶ καλύμματός ἐστιν. Ὥστε ἡ ἀποβάλλουσα τὸ κάλυμμα, τῇ τὴν κόμην ἀποβαλλομένῃ ἔοικεν.

Vers. 6. « Si enim non velatur mulier, tondeatur etiam : Si autem turpe est mulieri tonderi vel radi, veletur. » Adhuc ostendit, quod retectio capitis rasuræ similis est; et quemadmodum ista turpe est,

« Εἰ γὰρ οὐ κατακαλύπτεται γυνὴ, καὶ κειράσθω· εἰ δὲ αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι ἢ ξυρᾶσθαι, κατακαλυπτέσθω. » Ἐπιμένει δεικνὺς, ὅτι ἡ ἀνακάλυψις τῇ ξυρήσει ἔοικε· καὶ ὥσπερ ἐκείνη αἰ-

Variæ lectiones.

[81] προφητεύων, κάλυμμα κατὰ m. [82] ἱμάτια o. [83] ὅτι δραπετρίαν (καὶ, δραπετείαν) τινὰ καὶ φυγάδα τὴν κε. ἀποδ. ἀποστατοῦσαν τῆς ἐπισταθείσης o. [84] νηστείᾳ o.

Digitized by Google

σχρὸν, οὕτω καὶ αὕτη. Διὰ δὲ τούτων καὶ ὅπερ εἶπον ἐμφαίνει, ὅτι ἀεὶ αἰσχρὸν τῇ γυναικὶ τὸ ἀνακεκαλύφθαι.

« Ἀνὴρ μὲν γὰρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων. » Πρώτην μὲν αἰτίαν εἶπεν, ὅτι κεφαλὴν ἔχει τὸν Χριστὸν, καὶ οὐ δεῖ αὐτὸν κεκαλύφθαι· νῦν δὲ καὶ δευτέραν τίθησιν, ὅτι δόξα Θεοῦ ἐστι· τουτέστιν, ὕπαρχος Θεοῦ, καὶ εἰκὼν αὐτοῦ. Δεῖ οὖν τὸν ἄρχοντα τοῦ παμβασιλέως μετὰ τῶν συμβόλων τῆς ἀρχῆς αὐτῷ ἐπιφαίνεσθαι, ἤγουν τῆς ἀκατακαλύπτου κεφαλῆς· αὕτη γὰρ σύμβολον τοῦ μὴ ὑπ' ἐξουσίαν εἶναί τινι τῶν ἐπιγείων τὸν ἄνδρα, ἀλλ' αὐτὸν ἄρχειν πάντων, ὡς εἰκόνα Θεοῦ.

« Γυνὴ δὲ δόξα ἀνδρός ἐστι. » Τουτέστιν, ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἄρχεται· δεῖ οὖν αὐτὴν μετὰ τῶν συμβόλων τῆς ὑποταγῆς φαίνεσθαι, ἅτινά ἐστι τὸ συγκεκαλύφθαι τὴν κεφαλήν.

« Οὐ γάρ ἐστιν ἀνὴρ ἐκ γυναικὸς, ἀλλὰ γυνὴ ἐξ ἀνδρός. Καὶ γὰρ οὐκ ἐκτίσθη ἀνὴρ διὰ τὴν γυναῖκα, ἀλλὰ γυνὴ διὰ τὸν ἄνδρα. » Τὰς αἰτίας λέγει δι' ἃς ὑπερέχει ὁ ἀνὴρ τῆς γυναικός· ὅτι τε ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ ἡ γυνὴ, καὶ ὅτι οὐκ ἐκεῖνος δι' ἐκείνην, ἀλλ' ἐκείνη δι' ἐκεῖνον [85]. « Ποιήσωμεν » γὰρ, φησὶ, « βοηθὸν αὐτῷ. » Πῶς οὖν ὁ ἀνὴρ κατακαλύψεται οὕτω τιμηθεὶς ὑπὸ Θεοῦ; Τὸ γὰρ τῆς γυναικὸς ἁρπάζει σχῆμα, καὶ ταὐτὸν ποιεῖ, ὡσπερανεὶ διάδημα λαβὼν, τοῦτο μὲν ἀποῤῥίψειε τῆς κεφαλῆς, δουλικὸν δὲ σχῆμα λάβοι.

« Διὰ τοῦτο ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διὰ τοὺς ἀγγέλους. » Διὰ τὰ εἰρημένα πάντα, φησὶν, ὀφείλει ἡ γυνὴ τὸ τοῦ ἐξουσιάζεσθαι σύμβολον, τουτέστι, τὸ κάλυμμα ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, εἰ μήτι ἄλλο, τοὺς ἀγγέλους αἰδουμένη, ἵνα μὴ καὶ αὐτοῖς ὡς ἀναίσχυντος φαίνηται. Ὥσπερ γὰρ τὸ κατακαλύπτεσθαι κάτω νεύειν παρασκευάζει καὶ ἐντρέπεσθαι, καὶ τὸ τοῦ ἀρχομένου σχῆμα διατηρεῖν· οὕτω τὸ ἀνακεκαλύφθαι ἀναισχυντίαν ἐμφαίνει· ἣν καὶ οἱ τοῖς πιστοῖς παρεπόμενοι ἄγγελοι βδελύσσονται [86]. Κλήμης δὲ ὁ Στρωματεὺς ἀγγέλους ἐνόησε περιεργότερον, τοὺς τῆς Ἐκκλησίας δικαίους. Κατακαλυπτέσθω γὰρ, φησὶν, ἵνα μὴ τούτους εἰς πορνείαν σκανδαλίσῃ.

Vers. 43. « Seminatur in ignominia, resurgit in gloria. » Quid enim mortuo ignobilius? etenim in gloria incorruptibilitatis excitatur, etiamsi non eodem omnes fruantur honore.

« Σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ. » Τί γὰρ νεκροῦ ἀτιμότερον; ἀλλ' ἐν τῇ δόξῃ τῆς ἀφθαρσίας ἐγείρεται, εἰ καὶ μὴ τῆς αὐτῆς τιμῆς ἀπολαύσωσι πάντες.

« Seminatur in infirmitate, resurgit in potentia. » Ad dierum enim usque quinque intervallum, caro non potest persistere adversus corruptionem : sed excitatur in incorruptibilitatis potentia, nulli porro corruptioni obnoxia, etiamsi incorruptibilitas impiis sit ad majores pœnas

« Σπείρεται ἐν ἀσθενείᾳ, ἐγείρεται ἐν δυνάμει. » Οὔπω γὰρ ἡμέραι πέντε, καὶ οὐκ ἰσχύει ἡ σὰρξ ἀντισχεῖν πρὸς τὴν φθοράν· ἀλλ' ἐγείρεται ἐν τῇ τῆς ἀφθαρσίας δυνάμει, ἀνάλωτος οὖσα λοιπὸν πάσῃ φθορᾷ, εἰ καὶ ἡ ἀφθαρσία τοῖς ἁμαρτωλοῖς πρὸς κόλασιν πλείω ἐστί.

Vers. 44. « Seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale. » — « Corpus animale, » est C quod animæ viribus gubernatur, et in quo anima dominatum et imperium habet. « Spirituale » vero, quod Spiritus sancti operatione abunde utitur, et ab illo in omnibus gubernatur. Etiamsi enim Spiritus etiamnum in nobis operatur, non sic tamen operatur, neque semper : avolat enim a committentibus flagitium. Ac præsente quidem Spiritu, anima corpus regit : tum vero assidue Spiritus permanebit in corporibus justorum. Vel simpliciter spirituale incorruptibile dicit, veluti subtile magis et leve, adeo ut vel in aere vehatur, attamen non ita, ut Origenes dicit, aereum et æthereum, nempe ex aeris ætherisque substantia constitutum. Quod si de incorruptibilitate hæsitas, intuere cœlestia corD pora, quæ hactenus nullo neque senio confecta sunt, neque labore defatigata. Qui enim ea talia condidit, corruptibilitatem quoque nostram incorruptibilem efficiet.

« Σπείρεται σῶμα ψυχικόν· ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. » — « Ψυχικὸν σῶμα, » τὸ ὑπὸ τῶν ψυχικῶν ζυνάμεων διοικούμενον, καὶ ἐν ᾧ ἡ ψυχὴ τὸ κῦρος καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἔχει· « πνευματικὸν » δὲ, τὸ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος καταπλουτοῦν ἐνέργειαν, καὶ ὑπ' ἐκείνου τὰ πάντα διοικούμενον. Εἰ γὰρ καὶ νῦν ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖ τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' οὐχ οὕτως, οὐδὲ ἀεί· ἀφίπταται γὰρ ἁμαρτανόντων. Καὶ τοῦ Πνεύματος δὲ παρόντος, ἡ ψυχὴ διοικεῖ τὸ σῶμα· τότε δὲ διηνεκῶς παραμένει τοῖς σώμασι τῶν δικαίων τὸ Πνεῦμα. Ἢ πνευματικὸν ἁπλῶς λέγει τὸ ἄφθαρτον, ὡς λεπτομερέστερον καὶ κοῦφον, οἷον καὶ ἐν ἀέρος ὀχεῖσθαι· πλὴν οὐχ ὡς Ὠριγένης λέγει, ἀερῶδες καὶ αἰθέριον, ἤτοι ἐκ τῆς τοῦ ἀέρος καὶ τοῦ αἰθέρος οὐσίας. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς τῇ ἀφθαρσίᾳ, ὅρα τὰ οὐράνια σώματα, τὰ τέως ἀγήρω καὶ ἀκάματα· ὁ γὰρ ταῦτα τοιαῦτα ποιήσας, καὶ τὰ φθαρτὰ ἡμῶν ἀφθαρτίσει.

« Est corpus animale. » Quod jam habemus in præsenti vita.

« Ἔστι σῶμα ψυχικόν. » Ὃ νῦν ἔχομεν ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ.

« Estque corpus spirituale. » Quod habituri **228** sumus in futuro, idem sane cum hoc, verum spirituale, hoc est corruptionis expers.

« Καὶ ἔστι σωμα πνευματικόν. » Ὃ μέλλομεν ἔξειν ἐν τῷ μέλλοντι, τὸ αὐτὸ μὲν ὄν, πνευματικὸν δὲ, τουτέστιν, ἄφθαρτον.

Vers. 45. « Sic et scriptum est : Factus est primus homo Adam in animam viventem; novissimus Adam in Spiritum vivificantem. » Prius quidem scriptum est, posterius autem non item; verum ex rerum consecutione quod evenit, scriptum esse ait :

« Οὕτω καὶ γέγραπται· Ἐγένετο ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ εἰς ψυχὴν ζῶσαν· ὁ ἔσχατος Ἀδὰμ εἰς Πνεῦμα ζωοποιοῦν. » Καὶ μὴν τὸ μὲν γέγραπται, τὸ δὲ ὕστερον οὐ γέγραπται, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀκολουθίας τῶν πραγμάτων τὸ ἐκβεβηκὸς, γεγρό-

Digitized by Google

φθαι φησίν [80] ὥσπερ καὶ ὁ προφήτης τὴν Ἱερουσαλὴμ εἶπε κληθήσεσθαι πόλιν δικαιοσύνης, καὶ οὐκ ἐκλήθη ῥητῶς· καὶ τὸν Κύριον τὸ Εὐαγγέλιον, Ἐμμανουήλ· καὶ οὐκ [81] αὐτὸς οὕτως ἐκλήθη, ἀλλὰ τὰ πράγματα ταύτην ἀφῆκαν τὴν φωνήν. Ὁ μὲν οὖν πρῶτος Ἀδὰμ ψυχικὸς ἦν ἄνθρωπος, τουτέστι, ψυχικαῖς δυνάμεσι διοικούμενον σῶμα εἶχεν· « ὁ δὲ ἔσχατος Ἀδάμ, » ὁ Κύριος, « εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν. » Οὐκ εἶπεν, Εἰς πνεῦμα ζῶν, ἀλλά, « Ζωοποιοῦν, » τὸ μεῖζον εἰπών. Καὶ γὰρ ὁ Κύριος εἶχε τὸ οὐσιωδῶς αὐτῷ συνὸν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, δι' οὗ καὶ τὴν ἰδίαν σάρκα ἐζωοποίει, καὶ ἡμῖν δι' αὐτοῦ τὴν ἀφθαρσίαν ἐχαρίσατο. Ὥστε τῆς μὲν φθαρτῆς ταύτης ζωῆς τὰ ἐνέχυρα ἐν τῷ πρώτῳ Ἀδὰμ ἔσχομεν· τῆς δὲ μελλούσης, ἐν Χριστῷ.

A quemadmodum propheta dixit Jerusalem vocandam « urbem justitiæ [m] » : nec tamen aperte vocata est. Ac Evangelium Dominum « Emmanuelem » vocandum ait, cum tamen ipse ita non sit appellatus, sed res ipsæ hanc vocem emiserint. Primus itaque Adam animalis erat homo, id est, animæ viribus gubernatum corpus habebat : postremus vero Adam, ipse nimirum Dominus, in Spiritum vivificantem. Non dixit, in Spiritum viventem, sed quod majus est, « Vivificantem. » Etenim Dominus substantialiter habebat Spiritum sanctum sibi unitum, per quem et propriam carnem vivificabat, nobisque per ipsum incorruptibilitatem donavit. Proinde corruptibilis hujus vitæ pignora in primo Adam habuimus, futuræ autem in Christo.

« Ἀλλ' οὐ πρῶτον τὸ πνευματικὸν, ἀλλὰ τὸ ψυχικὸν, ἔπειτα τὸ πνευματικόν. » Ἵνα μή τις εἴπῃ· Διὰ τί τὸ ψυχικὸν σῶμα καὶ χεῖρον νῦν ἔχομεν, τὸ δὲ πνευματικὸν μέλλει; φησὶν, ὅτι καὶ αἱ ἀρχαὶ ἑκατέρων οὕτω διετάγησαν. Καὶ ὁ μὲν Ἀδὰμ πρότερος, ὁ δὲ Χριστὸς ὕστερος. Ὥστε ἐπὶ τὸ βέλτιον ἀεὶ τὰ ἡμέτερα πρόεισι· καὶ πίστευε, ὅτι καὶ τὰ νῦν ἐν σοὶ φθαρτὰ καὶ χείρω ἐπὶ τὸ ἄφθαρτον καὶ κρεῖττον μεταστοιχειωθήσονται. B

VERS. 46. « Sed non primum quod spirituale, sed quod animale, deinde quod spirituale. » Ne quis dicat, Cur jam animale corpus habemus, adeoque deterius, spirituale vero adhuc futurum est? Quoniam, inquit, principia utrorumque sic ordinata fuerunt. Nam Adam est prior, Christus posterior. Quare res nostræ semper in melius progrediuntur. Crede itaque quod et quæ nunc in te sunt corruptibilia deterioraque, in incorruptibilia adeoque meliora transelementabuntur.

« Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός· ὁ δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ. » Ἵνα μὴ ἀμελῶσιν ἀρίστου βίου, μέλλει παραινεῖν λοιπὸν περὶ πολιτείας θεαρέστου, καί φησιν, ὅτι « Ὁ Ἀδὰμ ἐκ γῆς ἦν· » τοιγαροῦν καὶ οὕτως ὠνόμασται· τὸ γὰρ, « Ἀδὰμ, » γήϊνον καὶ χοϊκὸν δηλοῖ. « Ὁ δὲ δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ » ἦν. Καὶ τὸν μὲν ἐκ τοῦ χείρονος ὀνομάζει· τὸν δὲ δεύτερον, ἐκ τοῦ κρείττονος· οὐχ ὅτι δὲ ὁ ἄνθρωπος, ἤτοι τὸ ἀνθρώπινον πρόσλημμα, ἐξ οὐρανοῦ ἦν, ὡς ὁ ἄφρων Ἀπολλινάριος ἐλήρει· ἀλλ' ὅτι ἓν πρόσωπον τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ, καὶ ὁ ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ εἶναι διὰ τὴν ἕνωσιν λέγεται, καὶ ὁ Θεὸς σταυρωθῆναι, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. C

VERS. 47. « Primus homo de terra terrenus, secundus homo Dominus ex cœlis. » Ne optimum vivendi genus negligant, in posterum eos adhortaturus est ad vitam Deo placentem; « Adam, » inquiens, « de terra erat ; » propterea et sic appellatus est : Adam enim *terreum* et *pulvereum* significat. « Homo vero secundus, ipse Dominus, ex cœlo erat. » Ac alteri quidem a deteriori nomen indit, alteri vero a præstantiori : non quod homo, vel humanitas a Christo assumpta, de cœlis esset, ut demens Apollinarius delirabat, cæterum quod una persona unius Christi, et homo ex cœlo esse dicatur propter unionem, ac Deus cruci affixus esse, ob eamdem causam.

« Οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί. » Τουτέστιν, οὕτω ἀπολοῦνται καὶ τελευτήσουσιν· ἢ, ὅτι τὸν τῆς ἁμαρτίας θάνατον ἀποθανοῦνται οἱ τῇ γῇ προσηλωμένοι.

VERS. 48. « Qualis terrenus, tales et terreni. » Hoc est, sic peribunt et morientur : vel quod peccati morte morientur, qui terræ sunt affixi.

« Καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι. » Τουτέστιν, οὕτω μενοῦσιν ἀθάνατοι καὶ λάμποντες. Εἰ γὰρ καὶ ὁ δεύτερος Ἀδὰμ ἀπέθανεν, ἀλλ' ἵνα καταλύσῃ τὸν θάνατον· ἢ ὅτι οὕτω δοξασθήσονται καὶ αὐτοὶ θεοειδῶς βιώσαντες, ὡς τὰ οὐράνια φρονοῦντες. D

« Qualis cœlestis, tales et cœlestes, » Id est, ita permanebunt immortales et fulgentes. Etsi enim secundus Adam mortuus est, ideo mortuus est, ut mortem dissolveret : vel quod ita glorificabuntur **229** illi qui vitam divinam duxerint, veluti cœlestia saperent.

« Καὶ καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσομεν [82] καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. » Ἐνταῦθα γυμνότερον ἀποκαλύπτει [83] τὸ παραινετικὸν σχῆμα τοῦ λόγου. « Εἰκόνα δὲ χοϊκοῦ » τὰς φαύλας πράξεις λέγει· « εἰκόνα δὲ τοῦ ἐπουρανίου, » τὰς ἀγαθάς. Ὥσπερ οὖν ἐν κακίᾳ διεζήσαμεν ὡς τοῦ χοϊκοῦ υἱοὶ,

VERS. 49. « Et quemadmodum gestavimus imaginem terreni, gestabimus etiam imaginem cœlestis. » Planius hic adhortatorium sermonis habitum revelat. Imaginem autem terreni prava opera dicit : imaginem vero cœlestis, bona. Ut igitur in vitiis viximus, ceu terreni hominis filii, et quæ

[m] Zach. VIII, 3. [n] Math. I, 23.

Variæ lectiones.

[80] λέγει o. [81] οὐδὲ o. [82] φορέσωμεν o. [83] ἀνακαλύπτει o.

Digitized by Google

terræ sunt affectantes : sic virtute rursus conspicuam nunc vitam vivamus, tanquam cœlestis imaginem et imitationem conservantes. Imago etiam terreni est hoc, « Terra es, et in terram abibis. » Imago autem cœlestis, a mortuis resurrectio et incorruptibilitas. Proinde si hæc intelligenda sint ceu de resurrectione dicantur, et non de vita moribusve, etiam illud quod addit, « Gestabimus imaginem cœlestis, » non est intelligendum aut scribendum tanquam consulentis, sive adhortantis more sit dictum, sed ut obventuræ nobis rei sit indicium, id est quod futurum sit ut gestemus.

Vers. 50. « Hoc autem dico, fratres, quod caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt. » Quia dixerat, « imaginem terreni, » quasi jam hæc interpretetur, ait, Caro et sanguis est imago terreni, B hoc est, carnales operationes, corporis etiam crassitiei propriæ, quæ regni Dei hæreditatem adire non possunt.

« Neque corruptio incorruptibilitatem hæreditat. » Hoc est, malitia animæ nobilitatem corrumpens non potest esse hæres gloriæ illius et incorruptibilium bonorum. Poteris autem hæc omnia non velut de vita dicta sint, sed de resurrectione, accipere, ut illud, Caro et sanguis ; quasi dicat, Corruptibile hujusmodi corpus, ex carne et sanguine consistens, in futuro sæculo haud fruetur regno. Non est enim illic cibus et potus, quibus omnino hujusmodi corpus nutritur. « Neque corruptio, » id est corruptibile corpus, incorruptibilium hæreditatem adibit. Necesse est igitur spirituale fore corpus nostrum et C incorruptibile. Noveris autem quod Chrysostomus hæc ab Apostolo per adhortationis modum dicta, qua ad optimam vitam adhortetur, acceperit.

Vers. 51. « Ecce mysterium vobis dico. » Ad sermonem de resurrectione redit, aitque tremendum quiddam et secretum se illis esse dicturum. Indicat autem per hoc se magno illos honore dignari, ut qui secreta eis revelet.

« Non omnes quidem dormiemus, omnes tamen immutabimur. » Non omnes quidem morientur, inquit, omnes tamen immutabuntur, etiam qui non moriuntur, hoc est, ad incorruptibilitatem transferentur. Ne igitur, quoniam moriaris, metuas quod non resurgas. Ecce enim dico **230** tibi, quod non- D nulli non morientur, attamen hoc non satis est eis ad resurrectionem illam, nisi immutentur etiam, et sic ad immortalitatem veniant a mortalitate illa quam habent, corporum. Ut igitur illos non juvat quod non moriantur, sic nobis non nocebit quod moriamur. Nam et illis mutatio mors est. Moritur enim in ipsis corruptio permutata in incorruptibilitatem.

Vers. 52. « In momento, in ictu oculi, in novissima tuba. » In minutissimo et indivisibili temporis spatio, ac veluti palpebræ motu, tanta fient : quæ

καὶ τὰ τῆς γῆς φρονοῦντες· οὕτω καὶ ἐν ἀρετῇ αὖθις ζήσωμεν, ὡς τοῦ ἐπουρανίου τὴν εἰκόνα καὶ τὴν μίμησιν τηροῦντες. Εἰκὼν δὲ τοῦ χοϊκοῦ καὶ τὸ, « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· » εἰκὼν δὲ τοῦ ἐπουρανίου, ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις καὶ ἀφθαρσία. Ὥστε εἰ ὡς περὶ ἀναστάσεως λεγόμενα, οὐ περὶ πολιτείας ταῦτα δεῖ νοῆσαι, καὶ τὸ, « Φορέσομεν τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου, » οὐχ ὡς συμβουλευτικῶς λεγόμενον δεῖ νοῆσαι ἢ γράψαι, ἀλλ' ὡς μέλλοντος πράγματος ἐνδεικτικὸν, τουτέστιν, ὅτι μέλλομεν φορέσαι.

« Τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοὶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται. » Ἐπειδὴ εἶπεν, « Εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, » ὡσανεὶ ἑρμηνεύων ταύτην, φησὶν ὅτι σὰρξ καὶ αἷμά εἰσιν ἡ εἰκὼν τοῦ χοϊκοῦ· τουτέστιν, αἱ σαρκικαὶ πράξεις καὶ τῇ παχύτητι τοῦ σώματος οἰκεῖαι, αἵτινες « βασιλείαν θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται. »

« Οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ. » Τουτέστιν, ἡ κακία, ἡ καταφθείρουσα τὴν τῆς ψυχῆς εὐγένειαν, οὐ δύναται κληρονομεῖν τὴν δόξαν ἐκείνην καὶ τὰ ἄφθαρτα ἀγαθά. Δύνασαι δὲ ταῦτα πάντα, οὐχ ὡς περὶ πολιτείας εἰρημένα, ἀλλ' ὡς περὶ ἀναστάσεως ἐκλαβεῖν, οἷον τὸ, « Σὰρξ καὶ αἷμα· » οἷον, ὅτι Οὐ σῶμα τοιοῦτον ἐκ σαρκὸς καὶ αἵματος συνεστὼς, ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἀπολαύσει τῆς βασιλείας. Οὐκ ἔστι γὰρ ἐκεῖ βρῶσις καὶ πόσις, ἐξ ὧν πάντως τὸ τοιοῦτον σῶμα τρέφεται. « Οὐδὲ ἡ φθορὰ, » τουτέστι, τὸ φθαρτὸν σῶμα, κληρονομήσει τὰ ἄφθαρτα· ὥστε ἀνάγκη πνευματικὸν ἡμῶν ἔσεσθαι τὸ σῶμα καὶ ἄφθαρτον. Ἴσθι μέντοι ὡς Χρυσόστομος παραινετικῶς ταῦτα εἰρῆσθαι τῷ Ἀποστόλῳ περὶ βίου ἀρίστου ἐδέξατο.

« Ἰδοὺ μυστήριον ὑμῖν λέγω. » Πάλιν εἰς τὸν περὶ ἀναστάσεως λόγον ἐπάνεισι, καί φησιν, ὅτι φρικτόν[84] τι καὶ ἀπόῤῥητον αὐτοῖς μέλλει λέγειν. Ἐνδείκνυται δὲ διὰ τούτου καὶ πολλὴν τὴν εἰς αὐτοὺς τιμὴν, ὡς τὰ ἀπόῤῥητα αὐτοῖς λέγων.

« Πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. » Οὐ πάντες μὲν, φησὶν, ἀποθανοῦνται, ὅμως μέντοι πάντες ἀλλαγήσονται, καὶ οἱ μὴ ἀποθνήσκοντες, τουτέστιν, εἰς ἀφθαρσίαν μεταπεσοῦνται. Μὴ τοίνυν, ἐπειδὴ ἀποθνήσκεις, φοβηθῇς ὅτι οὐκ ἀναστήσῃ. Ἰδοὺ γὰρ λέγω σοι, ὅτι τινὲς οὐ τεθνήξονται, καὶ ὅμως οὐκ ἀρκεῖ αὐτοῖς τοῦτο πρὸς τὴν ἀνάστασιν ἐκείνην, ἐὰν μὴ ἀλλαγῶσι, καὶ οὕτως εἰς ἀθανασίαν ἔλθωσιν ἀπὸ τῆς θνητότητος ταύτης ὧν ἔχουσι σωμάτων. Ὥσπερ οὖν οὐκ ὠφελεῖ ἐκείνους τὸ μὴ ἀποθανεῖν· οὕτως οὐδὲ ἡμᾶς βλάψει τὸ ἀποθανεῖν. Καὶ γὰρ κἀκείνοις ἡ ἀλλαγὴ θάνατός ἐστιν· ἀποθνήσκει γὰρ ἐν αὐτοῖς ἡ φθορὰ, ἀλλαττομένη εἰς ἀφθαρσίαν.

« Ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι. » Ἐν ἀκαριαίῳ χρόνῳ καὶ ἀμερεῖ, καὶ ὅσον μύσαι βλέφαρον, γενήσονται τὰ τηλικαῦτα·

Variæ lectiones.

[84] φορτικὸν ο.

Digitized by Google

δ καὶ θαύματος γέμει. Οὐ γὰρ μόνον ὅτι σαπέντα ἀναστήσεται, οὐδ' ὅτι ἕκαστος τὸ οἰκεῖον λήψεται, δεῖ θαυμάζειν· ἀλλ' ὅτι καὶ οὕτω ταχέως ὡς οὐδὲ ἔστιν εἰπεῖν. Τινὲς δὲ τὸ, « Ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι, » οὕτως ἐνόησαν, ὡς ἀπὸ τῆς ἀποκαλύψεως τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου. Ἕπτὰ γὰρ σαλπίγγων, φησὶν, οὐσῶν, αἱ μὲν πρῶται τὴν συντέλειαν τῶν ἀνθρώπων ποιοῦσιν (οὐ γὰρ ὁμοῦ πάντες συντελοῦνται, ἀλλὰ κατὰ μέρος)· καὶ τοῦτο οἰκονομία, φησὶ, τοῦ Θεοῦ, ἵνα τοὺς πρώτους ἀπολλυμένους οἱ ὑπολιμπανόμενοι ὁρῶντες, αὐτοὶ μετανοήσωσιν· ἡ μέντοι ἐσχάτη σάλπιγξ τήν τε ἔγερσιν καὶ τὴν ἐναλλαγὴν τῶν ἤδη ἀναστάντων ποιεῖ, « ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. »

A res est valde admiranda. Non enim tantum quia putrefacta corpora resurgent, nec quod quisque propriam recipiet, mirari convenit; verum quod adeo celeriter, ut nullis etiam verbis exprimi possit. Nonnulli vero, « in novissima tuba, » sic intellexerunt, quasi ex Apocalypsi Joannis evangelistæ interpretantes [o]. Septem tubæ, inquit, cum sint, primæ quidem consummationem hominum faciunt : non enim simul omnes consummantur, sed ex successione. Atque hæc est, inquit, dispensatio et ordinatio Dei, ut cum primos intereuntes, qui relinquuntur, cernunt, ipsi resipiscant. Extrema autem tuba resurrectionem et immutationem eorum qui jam resurrexerunt, facit, « in momento, in ictu oculi. »

« Σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήτονται [88] ἄφθαρτοι. » Ἵνα μὴ ἀπιστήσῃ τις, πῶς τὰ τηλικαῦτα ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ γίνονται, τὸ ἀξιόπιστον τοῦ λόγου δείκνυσιν ἀπὸ τῆς δυνάμεως τοῦ ποιοῦντος ταῦτα Θεοῦ, καί φησιν, ὅτι « Σαλπίσει, καὶ γενήσονται [86]· » ὅμοιον τῷ, « Αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν. » Ἡ σάλπιγξ γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸ κέλευσμα καὶ τὸ νεῦμα τοῦ Θεοῦ δηλοῖ, τὸ διὰ πάντων φθάνον.

B « Canet enim tuba, et mortui excitabuntur incorruptibiles. » Ne ambigat quispiam, quomodo talia tantaque in oculi ictu fieri queant, verbo suo auctoritatem conciliat ex potentia hæc facientis Dei : « Canet, » inquiens, « tuba, » et fiet : simile ei loco, « Ipse dixit, et facta sunt [p]. » Tuba enim nihil aliud quam jussum et nutum Dei significat, omnia prævenientem.

« Καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα. » Οὐχὶ περὶ ἑαυτοῦ τοῦτο λέγει, ἀλλὰ περὶ τῶν τότε εὑρισκομένων ζώντων.

« Et nos mutabimur. » Non de seipso hoc dicit, sed de eis qui tum vivi deprehendentur.

« Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. Ἵνα μὴ ἀκούσας τις, ὅτι « Σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι· » καὶ πάλιν, ὅτι « Ἄφθαρτοι ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, » νομίσῃ τὰ σώματα μὴ ἀνίστασθαι, διότι νῦν ἐκ σαρκὸς καὶ αἵματος συνίσταται [87], ἐπιφέρει, ὅτι ἀνίσταται μὲν τὰ σώματα, ἀλλ' οὐ σὰρξ ὄντα καὶ αἷμα, εἰς ἀφθαρσίαν δὲ μεταστοιχειωθέντα. Σημείωσαι δὲ τὰς ῥήσεις ταύτας κατὰ τῶν λεγόντων, ὅτι οὐ τὰ αὐτὰ σώματα ἐγείρονται, ἀλλ' ἕτερα. « Τὸ φθαρτὸν » γὰρ, φησὶ, « τοῦτο, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο, » οὐχ ἕτερον, ἀλλὰ τοῦτο, δεικτικῶς. Ὥστε τὸ μὲν σῶμα τὸ αὐτὸ μένει (αὐτὸ γάρ ἐστι τὸ ἐνδυόμενον)· ἡ δὲ θνητότης καὶ ἡ φθαρτότης ἀφανίζεται, ἀφθαρσίας καὶ ἀθανασίας περιεχούσης αὐτήν. Διαφέρει δὲ θνητότης καὶ φθορὰ [88], τῷ τὴν μὲν θνητότητα λέγεσθαι ἐπὶ ἐμψύχων μόνων, τὴν δὲ φθορὰν καὶ ἐπὶ ἀψύχων. Ἐν ἡμῖν οὖν εἰσί τινα ἀψύχοις ἐοικότα, οἷον, τρίχες, καὶ ὄνυχες· καὶ ταῦτα γοῦν ἀφθαρσίαν ἐνδύσεται.

C Vers. 53. « Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, et mortale hoc induere immortalitatem. » Ne quis audiens, « Caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt, » et rursus, « Mortui resurgent incorruptibiles, » existimet ipsa corpora non resurgere, quod nunc ex carne et sanguine constent, infert : Resurgent quidem corpora, sed non quæ caro et sanguis sint, sed in incorruptibilitatem transformata. Observa autem verba hæc adversus eos qui dicunt, quod non eadem corpora resurgant, sed alia. « Corruptibile enim hoc, » inquit, « et mortale hoc, » non aliud, sed, hoc, cum demonstratione. Itaque corpus quidem idem manet (ipsum enim est quod induitur), mortalitas autem et corruptibilitas aboletur et evanescit, immortalitate et incorruptibilitate ipsum cingente. Est autem discrimen inter corruptionem et mortalitatem, quod mortalitas dicatur de solis animatis, corruptio autem etiam de inanimatis. In nobis igitur sunt quædam inanimatis similia, velut capilli et ungues : hæc scilicet incorruptibilitatem induent.

D

« Ὅταν γοῦν [89] τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν, τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος· Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. » Ὅταν ταῦτα γένηται, τότε πληροῦται ἡ γραφὴ ἡ τοῦ Ὡσηέ. Ἐπειδὴ γὰρ παράδοξα εἶπε, πιστοῦται ταῦτα Γραφικῇ μαρτυρίᾳ. Τὸ δὲ, « Εἰς νῖκος, » τουτέστιν, εἰς τέλος, ὥστε νικη-

Vers. 54. « Quando autem corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, et mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est [q] : Absorpta est mors in victoriam. » Quando hæc contigerint, tunc impletur quod ab Osee scriptum est. Quia enim opinionem hominum exsuperantia dixisset, Scripturæ eadem testimonio confirmat. Quod autem

[o] Apoc. VIII, 7. [p] Psal. XXXII, 9. [q] Osee XIII, 15.

Variæ lectiones

[85] ἀναστήσονται O. [86] -σεται O. [87] συνέστηκεν O. [88] ἀφθαρσία O. [89] δὲ O.

Digitized by Google

sit, « in victoriam, » hoc est in finem et plene, ut victa perfecte exterminetur, ut nulla spes ei in posterum ullius potentiæ relinquatur.

VERS. 55. « Ubi, o mors, stimulus tuus? ubi, o inferne, victoria tua? » Perinde ac res gestas conspexisset, impetu divino agitatus, victoriam canit et exsultat, veluti prostratæ morti insultans, eamque pedibus conculcans. Invenire autem queas discrimen quoddam inter infernum et mortem : nimirum quod infernus animas contineat, mors vero corpora ; nam animæ sunt immortales.

VERS. 56. « Stimulus vero mortis peccatum est. » Per illud enim potens fuit, ipso ceu armis quibusdam et stimulo utens. Perinde namque ut scorpius animalculum est exiguum, in aculeo autem robur habet : consimilem ad rationem mors per peccatum robusta fuit, alias inefficax. Argumento est Dominus noster : cum enim mors in ipso peccatum non invenire, inefficax mansit.

« Virtus autem peccati lex. » Quomodo? Quoniam si lex non esset, per ignorantiam peccantes non sic condemnaremur. Lex autem ipsum manifestans, nos magis condemnavit, quippe qui scienter delinquamus : forteque peccatum fecit, non per ipsius naturam, sed ob nostram socordiam, qui non recte usi sumus dato nobis remedio, sicut et in Epistola ad Romanos latius et fusius dictum est. Ne igitur dubites de resurrectione, o homo, cum videas peccatum sublatum quod mortis erat arma, cumque lex sit abolita quæ erat ex eventu robur et potentia peccati. Nam planum est quod mors exarmata non porro sit valida.

VERS. 57. « Deo autem gratia, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum. » Domini Jesu quidem est certamen ; nobis autem victoria data est : non ex retributione, neque ex debito, verum per gratiam et clementiam Dei Patris, qui fecit nos vincere per certamen Filii sui.

VERS. 58. « Itaque, fratres dilecti, stabiles estote, immobiles, abundantes in opere Domini semper. » Quandoquidem nostis, **232** inquit, quod resurrectio sit futura, et compensatio bonorum et malorum, stabiles estote. Concutiebantur enim sermonibus de resurrectione. At cum negligerent vitæ honestatem, tanquam non esset resurrectio, inquit, « Abundantes in opere Domini semper, » non solum ipsum facientes, verum etiam abunde ipsum efficientes. Opus autem Domini, hoc est, quod diligit Dominus, et quod postulat a nobis, ipsa virtus est.

« Scientes quod labor vester non est inanis in Domino. » Hoc est, futuram resurrectionem sperantes, credentesque vos non amissuros quæcunque hic laboraveritis. Nam antehac quidem negligebatis virtutem, quippe qui non credaretis resurrectionem esse, neque velletis temere adeoque frustra laborare :

θέντα τελείως ἀφανισθῆναι, καὶ μηδὲ ἐλπίδα ὑπολειφθῆναι [90] αὐτῷ τοῦ ὅλως ἰσχῦσαι τοῦ λοιποῦ.

« Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον ; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος ; » Ὡσανεὶ γενόμενα ἰδὼν τὰ πράγματα, ἐνθουσιᾷ, καὶ ἐπινίκιον βοᾷ, καὶ ἀλαλάζει, οἱονεὶ κειμένῳ τῷ θανάτῳ ἐπεμβαίνων, καὶ καταπατῶν αὐτόν. Εὕροις δ' ἂν διαφοράν τινα ᾅδου καὶ θανάτου, τῷ τὸν μὲν ᾅδην τὰς ψυχὰς κατέχειν· τὸν δὲ θάνατον, τὰ σώματα· αἱ γὰρ ψυχαὶ ἀθάνατοι.

« Τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου, ἡ ἁμαρτία. » Δι' αὐτῆς γὰρ ἴσχυεν [91], ὅπλῳ τινὶ καὶ κέντρῳ ταύτῃ χρώμενος. Ὥσπερ γὰρ ὁ σκορπίος αὐτὸς μέν ἐστι ζωΰφιόν τι μικρὸν, ἐν δὲ τῷ κέντρῳ τὴν ἰσχὺν ἔχει· οὕτω καὶ ὁ θάνατος διὰ τῆς ἁμαρτίας ἴσχυεν, ἄλλως ἀνενέργητος ὤν. Δηλοῖ δὲ καὶ τὸ τοῦ Κυρίου· καὶ γὰρ ἐν τούτῳ ἁμαρτίαν μὴ εὑρὼν, ἀνενέργητος ἔμεινεν.

« Ἡ δὲ δύναμις τῆς ἁμαρτίας, ὁ νόμος. » Πῶς ; Ὅτι τοῦ νόμου μὲν μὴ ὄντος, ἐν ἀγνοίᾳ ἁμαρτάνοντες, οὐχ οὕτω κατεκρινόμεθα· ὁ δὲ νόμος φανερώσας αὐτὴν, κατέκρινε μᾶλλον ἡμᾶς, ὡς ἐν γνώσει ἁμαρτάνοντας· καὶ ἰσχυρὰν αὐτὴν ἐποίησεν, οὐ παρὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἡμετέραν ῥᾳθυμίαν, τῶν μὴ καλῶς χρησαμένων τῷ δοθέντι φαρμάκῳ, ὡς καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους πλατύτερον καὶ διὰ πλειόνων εἴρηται. Μὴ οὖν ἀμφίβαλλε, ὦ ἄνθρωπε, περὶ τῆς ἀναστάσεως, ὁρῶν ὅτι καὶ ἡ ἁμαρτία ἀνῃρέθη, ἥτις ἦν τοῦ θανάτου ὅπλον· καὶ ὁ νόμος κατηργήθη [92], ὃς ἦν ἐξ ἀποτελέσματος δύναμις τῆς ἁμαρτίας. Πρόδηλον γὰρ, ὅτι ἀφοπλισθεὶς ὁ θάνατος οὐκέτι ἰσχύει.

« Τῷ δὲ Θεῷ χάρις τῷ διδόντι ἡμῖν τὸ νῖκος διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Τοῦ μὲν Κυρίου Ἰησοῦ ὁ ἀγὼν, ἡμῖν δὲ τὸ νῖκος δέδοται· οὐκ ἐξ ἀμοιβῆς, οὐδὲ κατὰ ὀφειλὴν, ἀλλὰ κατὰ χάριν καὶ φιλανθρωπίαν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὃς ἡμᾶς ἐποίησε νικᾶν διὰ τοῦ ἀγῶνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ.

« Ὥστε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι, περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Κυρίου πάντοτε. » Ἐπεὶ [93] ἔγνωτε, φησὶν, ὅτι ἀνάστασις ἔσται, καὶ ἀμοιβὴ καλῶν καὶ φαύλων, ἑδραῖοι γίνεσθε. Ἐσαλεύοντο γὰρ ἐν τοῖς περὶ ἀναστάσεως λόγοις. Ἐπεὶ δὲ ἠμέλουν καὶ βίου ἀγαθοῦ, ὡς οὐκ οὔσης δῆθεν ἀναστάσεως, φησί· « Περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Κυρίου πάντοτε· » οὐ μόνον αὐτὸ ἐργαζόμενοι, ἀλλὰ καὶ ἐκ περιουσίας αὐτὸ ποιοῦντες. Τὸ δὲ ἔργον τοῦ Κυρίου, τουτέστιν, ὃ ἀγαπᾷ ὁ Κύριος, καὶ ὃ ἀπαιτεῖ παρ' ἡμῶν, ἡ ἀρετή ἐστιν.

« Εἰδότες, ὅτι καὶ ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν Κυρίῳ. » Τουτέστιν, ἐλπίζοντες, ὅτι ἀνάστασις ἔσται, καὶ ὅσα ἂν κοπιάσητε, οὐ μὴ ἀπολέσητε. Πρώην μὲν γὰρ ἠμελεῖτε τῆς ἀρετῆς, ὡς μὴ πιστεύοντες ἀνάστασιν εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο μὴ θέλοντες κενῶς κοπιᾷν· νῦν δὲ οἴδατε, ὅτι, εἴ τι κοπιάσητε,

Variæ lectiones.

[90] ἀπολειφθῆναι o. [91] ἴσχυσεν m. [92] καθῃρέθη o. [93] δίδοται m. [94] ἐπειδὴ o.

Digitized by Google

οὐκ ἔσται κενόν. Τὸ δὲ, « Ἐν Κυρίῳ, » ἤ, ὅτι Ὁ κόπος ὑμῶν ὁ ἐν Κυρίῳ, τουτέστιν, ὁ καὶ τὴν ἄνωθεν βοήθειαν ἔχων, ὡς ἐπὶ θεαρέστοις ἔργοις γινόμενος· ἤ, ὅτι Παρὰ Κυρίῳ οὐ ματαιωθήσεται ὁ κόπος, ἀλλὰ λήψεσθε παρ' ἐκείνου τὰς ἀμοιβάς.

A nunc autem novistis, quod si quid laboraveritis, non sit futurum vanum. Quod vero ait, « in Domino, » vel quod labor vester qui est in Domino, hoc est, a supernis auxilium habens, ut qui fiat ob opera Deo grata : vel, apud Dominum non vanus fiet labor vester, verum accipietis ab illo compensationem.

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

« Περὶ δὲ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, ὥσπερ διέταξα ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιήσατε. » Ἀπαρτίσας τὸν περὶ τῶν δογμάτων λόγον, εἰς [95] τὸ κεφάλαιον τῶν ἀρετῶν τὴν ἐλεημοσύνην ἦλθε. Λογίαν δὲ καλεῖ [96] τὴν συλλογὴν, κοῦφον εὐθὺς τὸ πρᾶγμα ποιῶν ἐκ προοιμίων. Τὸ γὰρ ἐκ πολλῶν συνεισφερόμενον κοῦφον ἦν ἑκάστῳ. Εἶτα εἰς ζῆλον αὐτοὺς ἄγει [97] τῇ διηγήσει τῶν ἑτέρων κατορθωθέντων. Ὥσπερ γὰρ, φησὶν, οἱ Γαλάται πεποιήκασιν. Οὐκ εἶπε δὲ, Παρῄνεσα, ἀλλὰ, « Διέταξα, » ὅπερ αὐθεντικώτερον, ἵνα μάθῃς, ὅτι διάταγμα βασιλικόν ἐστι, καὶ μὴ καταφρονήσῃς τοῦ πράγματος.

« Κατὰ μίαν Σαββάτων ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω, θησαυρίζων ὅ τι ἂν εὐοδῶται. » Μίαν Σαββάτων τὴν Κυριακὴν καλεῖ [98], ἀντὶ τοῦ, τὴν πρώτην τῶν τοῦ Σαββάτου ἤτοι τῆς ἑβδομάδος ἡμερῶν. Καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρας δὲ ἐπὶ ἐλεημοσύνην αὐτοὺς προτρέπεται, τῶν ἐν αὐτῇ μυστηρίων ὑπομιμνήσκων. Προνοητικῶς δὲ λίαν κελεύει θησαυρίζειν ἕκαστον, ὅπερ ἂν εὐοδῶται, τουτέστιν, ὅπερ ἂν ὁ Θεὸς πέμψῃ, καὶ ὃ εὐχερὲς ἔχῃ. Οὐ γὰρ εἶπεν, Εὐθὺς φέρε, ἵνα μὴ ὀλίγον τις ἔχων αἰσχύνηται, ἀλλὰ, Παρὰ σεαυτῷ σύναγε, καὶ ὅταν ἀξιόλογον [99] γένηται, τότε φέρε.

B

C

« Ἵνα μὴ ὅταν ἔλθω, τότε λογίαι γίνωνται. » Ἵνα μὴ, φησὶν, ὅταν δέῃ ἀναλίσκειν, τότε συνάγητε. Εἰπὼν δὲ, « Ὅταν ἔλθω, » προθυμοτέρους αὐτοὺς πρὸς τὴν συλλογὴν ποιεῖ, ὡς ἐπ' ὄψεσιν αὐτοῦ μελλούσης ἔσεσθαι τῆς συνεισφορᾶς.

« Ὅταν δὲ παραγένωμαι, οὓς ἐὰν δοκιμάσητε, δι' ἐπιστολῶν, τούτους πέμψω ἀπενεγκεῖν τὴν χάριν ὑμῶν εἰς Ἱερουσαλήμ. » Καλῶς τὸ, « Οὓς ἐὰν δοκιμάσητε, » τέθεικεν, ἀποφεύγων πανταχοῦ τὰ σκάνδαλα, ἵνα μὴ ὑποπτεύωσσιν ὡς αὐτός τι βούλεται νοσφίζεσθαι ἐκ τῶν συναγομένων. Στίξον οὖν εἰς τὸ, « Δοκιμάσητε· » εἶτα ἀνάγνωθι, « Δι' ἐπιστολῶν τούτους πέμψω· » ὥστε εἶναι τὸ ἐξῆς τοιοῦτον· Οὓς ἂν δοκιμάσητε, τούτους πέμψω διὰ τῶν γραμμάτων μου· ὡσανεὶ λέγων· Καὶ αὐτὸς συνέσομαι [1] αὐτοῖς, καὶ κοινωνήσω τῆς διακονίας διὰ τῶν γραμμάτων. Χάριν δὲ τὸ πρᾶγμα ἐκάλεσε, τουτέστι φιλοτιμίαν, ἵνα δείξῃ αὐτοὺς μέγα τι ποιοῦντας, καὶ οὐκ ἐκ λύπης, ἢ ἐξ ἀνάγκης· τοιοῦτον γὰρ ἡ χάρις. Τὸ γὰρ ἐλεημοσύνην εἰπεῖν, ἀνάξιον ἦν τῶν μελλόντων λαμβάνειν ἁγίων.

D

« Ἐὰν δὲ ᾖ ἄξιον τοῦ κἀμὲ πορεύεσθαι, σὺν ἐμοὶ πορεύσονται. » Ἐὰν ᾖ, φησὶ, τὸ συναγόμενον το-

CAPUT XVI.

Vers. 1. « De collecta vero quæ fit in sanctos, sicut ordinavi in Ecclesiis Galatiæ, sic et vos facite. » Absoluto de dogmatibus sermone, ad summam virtutum eleemosynam venit. Λογίαν autem collectionem vocat, statim ab exordio rem levem faciens. Nam quod a multis contribuebatur leve erat singulis. Deinde ad æmulationem eos ducit commemoratione eorum quæ alii gesserant, Sicuti Galatæ, inquiens, fecerunt. Non dixit autem, Hortatus sum, verum, « ordinavi, » quod erat majoris auctoritatis, ut discas ordinationem esse regiam, neque rem ipsam asperneris.

Vers. 2. « In una Sabbatorum unusquisque vestrum apud se seponat recondens quod prosperum fuerit. » Unam Sabbatorum Dominicam vocat, hoc est primam Sabbati vel hebdomadis dierum. Ab ipso autem die ad eleemosynam eos hortatur, mysteriorum quæ in eo peraguntur mentionem faciens. Valde autem prudenter jubet quemlibet colligere quod successerit, hoc est, quidquid Deus dederit ac miserit, et quod facile potest. Non enim dixit, Statim fer, ne quis parum habens pudefiat : sed enim apud teipsum collige, et quando operæ pretium fuerit, tum affer.

« Ut non, cum venero, tum collectiones fiant. » Ut non cum opus fuerit expendere, tum colligatis. Dicendo autem, « Cum venero, » eos promptiores facit ad collectionem, quasi contributio ad oculos ipsius perventura sit.

233 Vers. 3. « Quando autem advenero, quos probaveritis per epistolas hos mittam perferre gratiam vestram in Jerusalem. » Pulchre « Quos probaveritis » posuit, ubique scandala aufugiens, ne suspicentur ipsum velle quidquam sublegere a collectis. Comma igitur post « Probaveritis » adjice : deinde lege, « Per epistolas hos mittam » ut hujusmodi inde sensus concinnetur : Quos probaveritis, hos mittam per litteras meas ; perinde ac si diceret : Ipse etiam cum illis concurram, et per litteras particeps ero ministerii. Gratiam autem rem ipsam vocavit, id est liberalitatem, ut ostendat eos magnum quid præstare, et non ex mœrore vel necessitate. Tale enim quiddam est gratia. Nam si dixisset eleemosynam, indignum fuisset sanctis qui accepturi erant.

Vers. 4. « Si autem dignum fuerit ut et ego eam, mecum ibunt. » Si, inquit, quod collectum est, tantum

Variæ lectiones.

[95] πρὸς ο. [96] λέγει ο. [97] εἰσάγει ο. [98] δηλοῖ, καὶ φησι ο. [99] ἀξιόπιστον ο. [1] ἐλεύσομαι ο.

Digitized by Google

sit, ut meo sit ministerio dignum, ego simul abibo. Per hoc autem eos ad liberalitatem hortatur. Testes autem habere vult, quod ipse nihil sit acceptarus, propterea dicit : « Mecum ibunt. »

A σοῦτον [a], ὥστε καὶ τῆς ἐμῆς ἄξιον εἶναι διακονίας, κἀγὼ ἀπελεύσομαι. Διὰ τούτου δὲ εἰς δαψίλειαν αὐτοὺς προτρέπεται. Μάρτυρας δὲ καὶ οὕτως ἔχειν βούλεται, ὡς οὐδὲν αὐτὸς λήψεται [b]· διό φησι· « Σὺν ἐμοὶ πορεύσονται.

Vers. 5-7. « Veniam autem ad vos, cum Macedoniam pertransiero (nam Macedoniam pertransibo). Apud vos autem forsan permanebo, aut etiam hibernabo, ut vos me deducatis quocunque iero. Nolo enim vos modo in transitu videre. Spero autem aliquantum temporis me permansurum apud vos, si Dominus permiserit. » Non dixit, In Macedoniam proficiscor, ne objiciant, Nobis ergo Macedones præfers : sed, « Transeo Macedoniam, » hoc est, Festinanter, ac veluti in transcursu eos video : apud vos autem permanebo. Per hoc autem indicat, quod eos Macedonibus anteponat, ceu discipulos magis genuinos ac digniores : nam magna erat apud Corinthios Ecclesia. Terrorem autem incutit peccantibus, cum inquit, « Permanebo. » Addit autem, « Forsan ; » quia haud satis certus erat. Non enim compertum habebat, permitteretne ei hoc a Spiritu sancto, an secus. A Spiritu enim ducebatur, quocunque ipse volebat. At vero cum esset Ephesi, profecturus erat in Macedoniam, atque eam transiturus celeriter, deinde ad eos iturus. Plerisque autem argumentis suum testatur erga eos affectum, et quod nolit eos in transcursu et obiter videre, et quod ab eis deduci velit.

B « Ἐλεύσομαι δὲ πρὸς ὑμᾶς, ὅταν Μακεδονίαν διέλθω (Μακεδονίαν γὰρ διέρχομαι). Πρὸς ὑμᾶς δὲ τυχὸν καὶ παραμενῶ, ἢ καὶ παραχειμάσω, ἵνα ὑμεῖς με προπέμψητε, οὗ ἂν πορεύωμαι. Οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἄρτι ἐν παρόδῳ ἰδεῖν· ἐλπίζω δὲ χρόνον τινὰ ἐπιμεῖναι πρὸς ὑμᾶς, ἐὰν ὁ Κύριος ἐπιτρέπῃ. » Οὐκ εἶπεν, ὅτι Εἰς Μακεδονίαν ἀπέρχομαι, ἵνα μὴ εἴπωσιν, ὅτι Προτιμᾷς ἡμῶν Μακεδόνας· ἀλλά, « Διέρχομαι Μακεδονίαν, » τουτέστιν, Ὡς κατὰ σπουδὴν καὶ ἐν παρόδῳ αὐτοὺς βλέπω· παρ' ὑμῖν δὲ παραμενῶ. Διὰ τούτου δὲ δείκνυσι μὲν καὶ ὅτι προτιμᾷ αὐτοὺς Μακεδόνων, ὡς γνησιωτέρους μαθητὰς καὶ ἀξιολογωτέρους· μεγάλη γὰρ ἡ ἐν Κορίνθῳ Ἐκκλησία· φοβεῖ δὲ καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας διὰ τοῦ, « Παραμενῶ. » Προστίθησι δὲ τὸ, « Τυχὸν, » διὰ τὸ ἄδηλον. Οὐ γὰρ ᾔδει εἴτε ἐπιτραπείη τοῦτο παρὰ τοῦ Πνεύματος, εἴτε μή· ὑπὸ τοῦ Πνεύματος γὰρ ἦγετο, ἔνθα ἐκεῖνο ἤθελεν. Ἐν Ἐφέσῳ δὲ ὢν, τότε ἔμελλεν ἀπελθεῖν εἰς Μακεδονίαν, καὶ διελθεῖν ταύτην τάχιον, εἶτα εἰς αὐτοὺς ἀπελθεῖν. Ἐν πολλοῖς δὲ δείκνυσι τὴν πρὸς αὐτοὺς διάθεσιν, τῷ τε μὴ θέλειν ἐν παρόδῳ ἰδεῖν, καὶ τῷ ὑπ' αὐτῶν θέλειν προπεμφθῆναι.

Vers. 8. « Permanebo autem Ephesi ad Pentecosten usque. » Istud quoque impense diligentis est indicium, nempe, dicere ubi et quandiu sit permansurus : imo vero ipsam causam apponere. Infert enim :

C « Ἐπιμενῶ δὲ ἐν Ἐφέσῳ ἕως τῆς Πεντηκοστῆς. » Καὶ τοῦτο σφόδρα ἀγαπῶντος, τό τε εἰπεῖν ποῦ προσμενεῖ, καὶ ἕως πότε· ἀλλὰ καὶ τὸ τὴν αἰτίαν προσθεῖναι. Ἐπάγει γάρ·

Vers. 9. « Ostium enim mihi apertum est magnum et efficax, et adversarii multi. » Hoc est, multi accessuri sunt ad fidem, et latus ad istos mihi patet introitus, **234** maturescente nimirum ad fidem eorum ministerio. Præceptori namque angustia est, cum non habeat promptos discipulos : latum vero spatium, cum paratos eos invenerit. Adversarii autem multi, propter hoc ipsum. Satanas enim videns sese jam nudatum ac derelictum, vehementius perturbatur, adversariosque excitat.

« Θύρα γάρ μοι ἀνέῳκται μεγάλη καὶ ἐνεργὴς, καὶ οἱ ἀντικείμενοι πολλοί. » Τουτέστι, Πολλοὶ μέλλουσιν εἰς τὴν πίστιν προσελθεῖν, καὶ πλατεῖα ἀνέῳκταί μοι εἰς τούτους εἴσοδος, ἅτε ἀκμαζούσης τῆς διακονίας [c] αὐτῶν εἰς τὴν πίστιν. Τῷ γὰρ διδασκάλῳ στενοχωρία μὲν, ὅταν μὴ ἔχῃ προθύμους τοὺς μαθητάς· εὐρυχωρία δὲ, ὅταν εὑρίσκῃ τούτους συγκεκροτημένους. Οἱ ἀντικείμενοι δὲ πολλοὶ, δι' αὐτὸ τοῦτο. Ὁ γὰρ διάβολος βλέπων ἑαυτὸν γυμνούμενον, πλεῖον ταράττεται, καὶ τοὺς ἐναντιουμένους διεγείρει.

Vers. 10. « Si autem venerit Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos. » Quia verisimile erat fore, ut Timotheus postquam Corinthum venisset, carperet delinquentes atque objurgaret, certiores ipsos facit et præmunit, ne divites sapientes insurgant adversus eum : non quasi meticulosus esset Timotheus animumque desponderet, sed quod damnum inde ipsi reportarent. Nam ille admodum fortiter adversus pericula instructus erat. Pulchre vero dixit, « Apud vos. » Ne enim mihi dixeris Græcos, dum id interim a vobis requiram ut tutus sit.

D « Ἐὰν δὲ ἔλθῃ Τιμόθεος, βλέπετε ἵνα ἄφοβος γένηται πρὸς ὑμᾶς. » Ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν Τιμόθεον ἐλθόντα πρὸς [d] Κόρινθον, καθάπτεσθαι τῶν ἁμαρτανόντων, καὶ ἐπιτιμᾷν αὐτοῖς, ἀσφαλίζεται αὐτοὺς, ἵνα μὴ ἐπαναστῶσιν αὐτῷ οἱ πλούσιοι σοφοί· οὐχ ὅτι ἀνανδρος ὢν ὁ Τιμόθεος ἔμελλε καταπίπτειν, ἀλλ' ὅτι αὐτοὶ ἔμελλον βλαβῆναι. Ἐκεῖνος γὰρ καὶ σφόδρα παρεσκεύαστο πρὸς κινδύνους. Καλῶς δὲ τὸ, « Πρὸς ὑμᾶς, » εἶπε. Μὴ γάρ μοι τοὺς Ἕλληνας εἴποις, τέως τὰ παρ' ὑμῶν ζητῶ.

Variæ lectiones.

[a] τοιοῦτον o. [b] ἔχει λήψεσθαι o. [c] ἴσ. διανοίας o. [d] εἰς o.

Digitized by Google

« Τὸ γὰρ ἔργον Κυρίου ἐργάζεται, ὡς κἀγώ· μή τις οὖν αὐτὸν ἐξουθενήσῃ. » Τουτέστι, Κηρύσσει καὶ διδάσκει· καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὥσπερ ἐγώ. Ὅπερ μέγας Τιμοθέῳ ἔπαινος. Ἐπεὶ οὖν τοιοῦτός ἐστι, « μή τις αὐτὸν ἐξουθενήσῃ· » νέος γὰρ ἦν, καὶ μόνος, καὶ τοσούτου δήμου καὶ οὕτως ὑπέρφρονος φροντίδα ἐπετέτραπτο, καὶ εἰκὸς ἦν αὐτὸν καταφρονηθῆναι. A

« Προπέμψατε δὲ αὐτὸν ἐν εἰρήνῃ, ἵνα ἔλθῃ πρός με· ἐκδέχομαι γὰρ αὐτὸν μετὰ τῶν ἀδελφῶν. » Μᾶλλον οὖν, φησὶ, καὶ τιμήσατε αὐτόν· τὸ γάρ, « Προπέμψατε, » τοῦτο δηλοῖ. « Ἐν εἰρήνῃ δὲ, » τουτέστιν ἀφόβως, χωρὶς μάχης καὶ φιλονεικίας, μετὰ πάσης ὑποταγῆς. Τὸ δὲ, « Ἐκδέχομαι αὐτὸν, » φοβοῦντός ἐστιν, ἵνα εἰδότες ὅτι πάντα αὐτῷ ἀπαγγελεῖ, μηδὲν αὐτὸν θλίψωσιν· ἅμα δὲ καὶ αἰδεσιμώτερον αὐτὸν ποιῶν [6], εἴγε οὕτως ἀναγκαῖον τοῦτον ἔχει, ὥστε ἐκδέχεσθαι αὐτόν. B

« Περὶ δὲ Ἀπολλὼ τοῦ ἀδελφοῦ, πολλὰ παρεκάλεσα αὐτὸν, ἵνα ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς μετὰ τῶν ἀδελφῶν· καὶ πάντως οὐκ ἦν θέλημα ἵνα νῦν ἔλθῃ. » Ὁ Ἀπολλὼς καὶ πρεσβύτερος ἦν Τιμοθέου, καὶ λόγιος ἀνήρ. Ἵνα οὖν μὴ λέγωσι, τί δήποτε αὐτὸν οὐκ ἔπεμψεν, ἀλλὰ τὸν νεώτερον; φησί· « Πολλὰ αὐτὸν παρεκάλεσα. » Καὶ οὐ λέγει, ὅτι Ἀντέστη μοι, ἀλλὰ κἀκεῖνον ἀπολύων μέμψεως, φησί· « Πάντως οὐκ ἦν θέλημα· » τουτέστιν, ὁ Θεὸς οὐκ ἠθέλησεν. Ἵνα δὲ μὴ λέγωσιν, ὅτι σκῆψις ταῦτα καὶ πρόφασις, φησίν·

« Ἐλεύσεται δὲ, ὅταν εὐκαιρήσῃ. » Ἅμα καὶ ὑπὲρ ἐκείνου ἀπολογούμενος, καὶ αὐτοὺς ποθοῦντας αὐτὸν ἰδεῖν παραμυθούμενος τῇ ἐλπίδι τῆς παρουσίας. C

« Γρηγορεῖτε. » Πάλιν παραινεῖ πρὸς τῷ τέλει· δεικνὺς, ὅτι οὐκ ἐπὶ τοῖς διδασκάλοις τὰς ἐλπίδας ἔχειν δεῖ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑαυτοῖς. « Γρηγορεῖτε, » διὰ τοὺς ἀπατῶντας· ὡς νυσταζόντων δὲ αὐτῶν τοῦτο εἶπε.

« Στήκατε ἐν τῇ πίστει. » Οὐκ ἐν τῇ ἔξω σοφίᾳ· ἐν ἐκείνῃ γὰρ οὐκ ἔστιν ἑστάναι, ἀλλὰ περιφέρεσθαι· ὡς σαλευομένων δὲ τοῦτο εἶπεν.

« Ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε. » Διὰ τοὺς ἐπιβουλεύοντας· ὡς ἐπὶ μαλακιζομένων δὲ τοῦτο εἶπε.

« Πάντα ὑμῶν ἐν ἀγάπῃ γινέσθω. » Τοῦτο πρὸς τοὺς στασιάζοντας καὶ διασπῶντας τὴν Ἐκκλησίαν. Εἴτε γὰρ, φησὶ, διδάσκει τις, εἴτε μανθάνει, εἴτε ἐπιτιμᾷ, πάντα ἐν ἀγάπῃ ἔστω [7]· καὶ οὐκ ἔσται φυσίωσις, οὐδὲ διάστασις, ἀγάπης μεσιτευούσης. D

« Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί. » Τοῦτο ὑπερβατόν, « Παρακαλῶ ὑμᾶς, ἵνα καὶ ὑμεῖς ὑποτάσσησθε τοῖς τοιούτοις· » τὰ δὲ ἄλλα παρεμβέβληται.

« Οἴδατε τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ, ὅτι ἔστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας. » Ὑμεῖς [8], φησὶ, γινώσκετε, καὶ οὐ δεῖσθε παρ' ἐμοῦ μαθεῖν. Ἀπαρχὴν δὲ καλεῖ τῆς Ἀχαΐας τοὺς τοῦ Στεφανᾶ, ἢ διὰ τὸ πρώτους αὐτοὺς

« Opus enim Domini operatur, sicut et ego, ne quis ergo illum spernat. » Hoc est, prædicat et docet, nec simpliciter, sed sicut ego. Quæ magna sane Timothei laus est. Cum igitur sit hujusmodi, « Nemo ipsum vilipendat. » Juvenis enim erat, et solus, ac tanti tanquam superbi populi cura ei commissa erat, probabileque erat ipsum vilipensum iri.

Vers. 11. « Deducite autem ipsum in pace, ut veniat ad me : exspecto enim ipsum cum fratribus. » Potius igitur, inquit, honorate eum. Hoc enim hic « Deducite » significat. « In pace » autem, hoc est, intrepide, sine pugna et contentione, cum omni obedientia. At, « Exspecto ipsum, » partim terrentis est, ut scientes quod omnia ei sit enarraturus, nulla in re ipsum affligant, partim ut honoratiorem eum reddat, siquidem adeo est illi opus opera Timothei, ut ipsum etiam exspectet.

Vers. 12. « De Apollo autem fratre, multum adhortatus sum ipsum ut veniat ad vos cum fratribus, et omnino non erat voluntas ut nunc veniret. » Apollo grandior erat natu Timotheo, et vir facundus. Ne igitur dicant, Cur ipsum non miserit, sed eum qui junior esset? « Multum, » inquit, « ipsum adhortatus sum. » Nec dicit, Restitit mihi, cæterum illum ab accusatione liberans, « Omnino, » inquit, « non erat voluntas, » hoc est, Deus noluit. Ne autem hunc fucum esse dicant inanemque prætextum, subdit :

« Veniet autem, cum opportunitatem nactus fuerit. » Cum Timotheum defendit, tum Corinthios illum expetentes videre, spe adventus consolatur.

Vers. 13. « Vigilate. » Rursus in fine eos admonet, ostendens quod non oporteat spem collocare in doctoribus, sed in seipsis. **235** « Vigilate, » propter deceptores : quasi autem dormitarent ipsi, hoc dixit.

« State in fide. » Non in externa sapientia : in ea enim nemini stare licet, sed circumagi ac rotari. Hoc, quasi vacillassent, ait.

« Viriliter agite, estote fortes. » Propter eos qui insidias struunt. Istud autem dixit tanquam de effeminatis.

Vers. 14. « Omnia vestra in charitate fiant. » Hoc ad dissidentes et Ecclesiam divellentes pertinet. Sive enim docet quispiam, sive discit, sive objurgat, omnia in dilectione fiant : et non erit inflatio inter vos, neque dissensio, charitate intercedente.

Vers. 15. « Obsecro autem vos, fratres. » Hyperbaton est, « Obsecro vos, » nimirum ut et vos talibus geratis morem. Cætera autem interposita sunt.

« Nostis domum Stephanæ, quod sit primitiæ Achaiæ. » Vos, inquit, tenetis, nec habetis necesse ut a me discatis. Primitias autem Achaiæ vocat Stephanam cum suis, vel quod primi ipsi crediderint,

Variæ lectiones.

[6] ποιεῖ m. [7] γινέσθω m. [8] αὐτοὶ m.

Digitized by Google

vel quod optimam vitam elegerint. Primitiæ autem undique excellentiam habere debent earum rerum, quarum sunt primitiæ. Achaiam autem Græciam vocat.

« Et quod ad ministerium sanctis seipsos ordinaverint. » Ut pauperes fideles susciperent ipsisque ministrarent, seipsos posuerunt atque segregarunt, non ab aliis constituti necessario, sed suapte sponte se addicentes.

VERS. 16. « Ut et vos subditi sitis talibus, et omni cooperanti et laboranti. » Hoc est, adjuvetis eos et sumptu pecuniarum, et ministerio corporali. Et non dixit simpliciter, Cooperemini, cæterum vehementem obedientiam ostendens, « Subditi sitis, » inquit. Ne autem videatur soli Stephanæ gratificari, infert, « Et omni cooperanti et laboranti. » Ubi? Ad sanctorum ministerium : digni enim omnes tales honore. Sic enim fit ut laborem fortiter ferant.

VERS. 17. « Gaudeo autem in præsentia Stephani et Fortunati et Achaici, quoniam vestrum defectum hi repleverunt. » Isti sunt qui divo Paulo annuntiarunt de dissensione quæ erat apud Corinthios, deque aliis peccatis. Tum qui ex Chloes familia erant, per hos forsan hæc indicarunt. Quia igitur verisimile erat Corinthios adversum hos efferari, commendat eos, inquiens : « Vestrum illi defectum repleverunt, » hoc est, pro omnibus vobis venerunt, et propter vos tantam profectionem destinarunt ad me.

VERS. 18. « Refecerunt enim vestrum spiritum et meum. » Monstravit ipsis, quod ipsius recreatio ipsorum quoque sit. Quare cum ego refocillatus sum ab ipsis, et **236** vos inde lucrati estis illud ipsum, meam nempe refocillationem, nihil ingratum et triste adversus eos ostendatis.

« Agnoscite igitur tales. » Hoc est, honorate eos.

VERS. 19. « Salutant vos Ecclesiæ Asiæ. » Conglutinat membra Christi per salutationem, quemadmodum consuevit semper facere.

« Salutant vos in Domino multum Aquila et Priscilla, cum Ecclesia quæ est in domo ipsorum. » Apud ipsos enim manebat, tabernaculorum artifex cum esset et ipse. Observa autem ipsorum virtutem, quoniam domum suam Ecclesiam fecerunt, collectionem fidelium in ea facientes.

VERS. 20. « Salutant vos fratres omnes. Salutate vos mutuo in osculo sancto. » Hanc appendicem osculi sancti hic solum apponit, ob multas dissensiones. Quia ergo multum eos adhortatus erat ad unitatem, in unum deinceps eos jungit per osculum sanctum, hoc est, dolo carens et simulatione.

VERS. 21. « Salutatio mea manu Pauli. » Sua manu salutationem facit, ut ostendat quod plurimi fecerit epistolam.

πιστεῦσαι, ἢ ὅτι καὶ βίον ἄριστον εἶλον [9]. Ἡ γὰρ ἀπαρχὴ πάντοθεν τὸ ἐξαίρετον ὀφείλει ἔχειν ὧν ἐστιν ἀπαρχή. Ἀχαΐαν δὲ τὴν Ἑλλάδα καλεῖ.

« Καὶ εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτούς. » Εἰς τὸ ὑποδέχεσθαι τοὺς πιστοὺς πένητας, καὶ διακονεῖν αὐτοῖς, ἔταξαν ἑαυτοὺς καὶ ἀφώρισαν· οὐ παρ' ἄλλων καταστάντες ἀνάγκῃ, ἀλλ' ἐκουσίως παρ' ἑαυτῶν.

« Ἵνα καὶ ὑμεῖς ὑποτάσσησθε τοῖς τοιούτοις, καὶ παντὶ τῷ συνεργοῦντι καὶ κοπιῶντι. » Τουτέστι, Συναντιλαμβάνησθε καὶ ἐν δαπάνῃ χρημάτων, καὶ ἐν διακονίᾳ σωματικῇ. Καὶ οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, Συνεργῆτε, ἀλλ' ἐπιτεταμένην ὑπακοὴν δεικνύμενος, « Ὑποτάσσησθε. » Ἵνα δὲ μὴ δόξῃ τῷ Στεφανᾷ μόνῳ χαρίζεσθαι, ἐπάγει· « Καὶ παντὶ τῷ συνεργοῦντι καὶ κοπιῶντι. » Ποῦ [10]; Εἰς τὴν τῶν ἁγίων διακονίαν. Ἄξιοι γὰρ πάντες οἱ τοιοῦτοι τιμῆς· οὕτω γὰρ ἂν καὶ τὸν κόπον γενναίως [11] φέροιεν.

« Χαίρω δὲ ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ Στεφανᾶ, καὶ Φουρτουνάτου, καὶ Ἀχαϊκοῦ, ὅτι τὸ ὑμῶν ὑστέρημα οὗτοι ἀνεπλήρωσαν. » Οὗτοι ἦσαν οἱ ἀναγγείλαντες Παύλῳ περὶ τῆς ἐν Κορίνθῳ διχοστασίας καὶ τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων· καὶ οἱ τῆς Χλόης, διὰ τούτων ἴσως ἐδήλωσαν. Ἐπεὶ οὖν εἰκὸς ἦν τοὺς Κορινθίους ἐκτεθηριῶσθαι πρὸς τούτους, συνιστᾷ αὐτοὺς λέγων, ὅτι « Τὸ ὑμῶν ὑστέρημα ἀνεπλήρωσαν· » τουτέστιν, Ἀντὶ πάντων ὑμῶν ἦλθον, καὶ δι' ὑμᾶς τοσαύτην ἀποδημίαν ἐστείλαντο πρός με.

« Ἀνέπαυσαν γὰρ τὸ ἐμὸν πνεῦμα, καὶ τὸ ὑμῶν. » Ἔδειξεν αὐτοῖς ὅτι ἡ αὐτοῦ [12] ἀνάπαυσις αὐτῶν ἐστιν. Ὥστε ἐπεὶ ἐμοῦ ἀναπαυθέντος παρ' αὐτῶν, καὶ ὑμεῖς ἐκερδήσατε αὐτὸ τοῦτο, τὴν ἐμὴν ἀνάπαυσιν, μηδὲν ἄχαρι [13] πρὸς αὐτοὺς τούτους ἐνδείξησθε.

« Ἐπιγινώσκετε οὖν τοὺς τοιούτους. » Ἀντὶ τοῦ, Ἐν τιμῇ αὐτοὺς ἔχετε.

« Ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ Ἐκκλησίαι τῆς Ἀσίας. » Συγκολλᾷ τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ διὰ τοῦ ἀσπασμοῦ, ὥσπερ εἰώθει ἀεὶ ποιεῖν.

« Ἀσπάζονται ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ πολλὰ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα, σὺν τῇ κατ' οἶκον αὐτῶν Ἐκκλησίᾳ. » Παρ' αὐτοῖς γὰρ ἔμενε, σκηνοποιὸς ὢν καὶ αὐτός. Ὅρα δὲ αὐτῶν τὴν ἀρετήν, ὅτι τὸν οἶκον αὐτῶν Ἐκκλησίαν πεποιήκασιν, ἄθροισμα πιστῶν ἐν ταύτῃ ποιήσαντες.

« Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀδελφοὶ πάντες. Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. » Ταύτην τὴν προσθήκην τοῦ ἁγίου φιλήματος ὧδε μόνον προστίθησι, διὰ τὰς πολλὰς διχοστασίας. Ἐπεὶ οὖν πολλὰ αὐτοῖς περὶ τοῦ ἡνῶσθαι παρῄνεσεν, ἑνοῖ λοιπὸν αὐτοὺς καὶ διὰ τοῦ φιλήματος τοῦ ἁγίου, τουτέστι, τοῦ ἀδόλου, τοῦ ἀνυποκρίτου.

« Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου. » Ἰδιόχειρον ἐποίησε τὸν ἀσπασμόν, ἵνα δείξῃ, ὅτι περὶ πολλοῦ ἐποιήσατο τὴν Ἐπιστολήν [14].

Variæ lectiones.

[9] εἶχον o. [10] ποῦ δὲ m. [11] κούφως; o. [12] τοιαύτη o. [13] ἀχρεῖον o. [14] ὅτι περ ἄλλος ἐποίησε τ. ἐ. o.

Digitized by Google

« Εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, A ἤτω ἀνάθεμα. » Τῷ ἑνὶ τούτῳ λόγῳ πάντας ἐφόβησε, τοὺς πόρνους, τοὺς διχονοοῦντας, τοὺς τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίοντας, τοὺς τῇ ἀναστάσει ἀπιστοῦντας, καὶ πάντας ἁπλῶς τοὺς παρ' αὐτοῖς ἔξω τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας καὶ παραδόσεως διάγοντας. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι πάντες οὐ φιλοῦσι τὸν Κύριον.

« Μαραναθά. » Τουτέστιν, *ὁ Κύριος ἦλθε*. Τοῦτο δὲ εἶπεν, ἅμα μὲν τὸν τῆς οἰκονομίας λόγον βεβαιῶν, καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἀνάστασιν· ἅμα δὲ καὶ ἐντρέπων αὐτούς, ὅτι Ὁ Δεσπότης ὑπὲρ ἡμῶν πάντα κατεδέξατο· ὑμεῖς δὲ παροργίζετε αὐτόν, οἱ μὲν ἀπὸ ἀνθρώπων καλούμενοι, οἱ δὲ πράττοντες τὰ φαῦλα. Οὐκ ἐχρήσατο δὲ Ἑλληνίδι διαλέκτῳ, ἀλλ' Ἑβραΐδι, μᾶλλον δὲ τῇ Σύρων γλώττῃ, ἐπειδὴ πρὸς Κορινθίους ἔλεγε, τοὺς ἐπὶ τῇ ἔξω σοφίᾳ μέγα φρονοῦντας, καὶ τῇ κομψείᾳ τῆς Ἑλληνίδος διαλέκτου, δεικνὺς ὅτι τοσοῦτον οὐ δεῖται αὐτὸς ταύτης, ἀλλὰ τῇ ἰδιωτείᾳ ἐγκαυχᾶται, ὥστε καὶ βαρβάρῳ γλώττῃ φθέγγεται [15]. B

« Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν. » Τοῦτο διδασκάλου, τὸ μὴ μόνον παραινεῖν, ἀλλὰ καὶ εὔχεσθαι, καὶ διπλῇ στηρίζειν, τῇ τε διδασκαλίᾳ, καὶ τῇ τῆς ἄνωθεν βοηθείας διὰ τῶν εὐχῶν ἐπιχορηγίᾳ.

« Ἡ ἀγάπη μου μετὰ πάντων ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν. » Ἐπειδὴ διεστήκει τῷ τόπῳ, ὡσανεὶ δεξιᾶς τινος ἐκτάσει, ταῖς τῆς ἀγάπης χερσὶ περιλαμβάνει αὐτοὺς, λέγων· « Ἡ ἀγάπη μου μεθ' ὑμῶν· » ὅ ἐστι, Μετὰ πάντων ὑμῶν ἐγώ· οὐκ ἀπειμι γάρ, εἰ καὶ τῷ τόπῳ διέστηκα. Διὰ τούτων δὲ δείκνυσιν, ὅτι οὐ θυμοῦ, οὐδὲ ὀργῆς ἦσαν τὰ γραφέντα, ἀλλ' ἀγάπης καὶ κηδεμονίας, εἰ καὶ πικρίαν ἐνέφαινον [ƒ. — φαινον]. Ἵνα δὲ μὴ νομίσωσιν, ὅτι κολακεύων αὐτοὺς ταῦτα λέγει, φησίν· « ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· » τουτέστιν, Οὐδὲν ἀνθρώπινον, ἢ σαρκικὸν ἡ ἀγάπη μου ἔχει, ἀλλὰ πνευματική ἐστι καὶ ἐν Χριστῷ. Εὐξώμεθα οὖν καὶ ἡμεῖς ἵνα ἀλλήλους ἐν Χριστῷ ἀγαπῶντες, μηδὲν τῆς κοσμικῆς ἀγάπης ἐν ἑαυτοῖς περιφέρωμεν, ἥτις ἔχθρα ἐστὶν εἰς τὸν Θεόν. Οὕτω γὰρ καὶ τῶν ἀγαπητῶν τοῦ Θεοῦ [16] σκηνωμάτων καταξιωθησόμεθα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν ἀγαπήσαντι ἡμᾶς· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Vers. 22. « Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, anathema sit. » Uno hoc verbo cunctos terruit, fornicatores, dissidiorum excitatores, idolothyta manducantes, resurrectioni non credentes, adeoque omnes simpliciter, qui apud eos extra ipsius institutionem et traditionem agebant : hujusmodi enim omnes non amant Dominum.

« Maranatha. » Hoc est, Dominus venit. Hoc autem dixit, partim ut stabiliat dispensationis et incarnationis verbum, ac per hoc resurrectionem ; partim ut pudefaciat eos, quoniam Dominus pro nobis omnia pertulit ac suscepit. Vos autem provocatis eum, alii quidem ab hominibus vocati, alii vero mala perpetrantes. Non usus est autem Græca dialecto, sed Hebræa, imo Syrorum potius lingua ; quia scilicet ad Corinthios verba faceret, qui ob externam sapientiam et Græcæ linguæ elegantiam multum superbirent, ostendens quod adeo non indigeat ipse sapientia hac, ut et de vulgari et vili lingua glorietur, adeo ut et barbara lingua loquatur.

Vers. 23. « Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. » Doctoris officium hoc est, non solum adhortari, verum etiam orare, ac bifariam fulcire, tum doctrina tum superni auxilii per orationes suppeditatione.

Vers. 24. « Dilectio mea cum omnibus vobis in Christo Jesu. Amen. » Quia loco distabat, ceu dexteræ cujuspiam extensione, **237** charitatis manibus eos complectitur, inquiens : « Dilectio mea vobiscum : » quod est, Cum omnibus vobis ego sum. Non enim a vobis absum, etiamsi loco distem. Per hæc autem commonstrat quod hæc quæ scripta sunt, neque indignationis neque iracundiæ verba fuerint, sed charitatis et curæ, etiamsi amarulentiæ nonnihil præ se ferrent. Ne vero arbitrentur quod hæc ex adulatione loquatur, adjicit, « In Christo Jesu : » hoc est, Nihil humanum aut carnale charitas mea habet, sed spiritualis est, et in Christo. Precemur igitur et nos, ut nos mutuo inter nos diligentes in Christo, nihil mundanæ charitatis in nobis circumferamus, quæ inimica est Deo. Sic enim et amabilibus Dei tabernaculis digni judicabimur in Christo Jesu Domino nostro, qui dilexit nos : cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

C

Variæ lectiones.

[15] φθέγγεσθαι m. [16] Χριστοῦ o.

Digitized by Google

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ
ΤΗΣ
ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ
ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ
ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

—

THEOPHYLACTI
BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI
EPISTOLÆ II DIVI PAULI AD CORINTHIOS
EXPOSITIO.

—

ARGUMENTUM SECUNDÆ EPISTOLÆ AD CORINTHIOS.

239 *Secundam ad Corinthios Epistolam divus Paulus apponit, quia promiserat in priore sese venturum ad eos, cunctatus est autem, Spiritu nimirum eum ad alia magis necessaria occupante, tentationibusque adversus eum insurgentibus. Debuit igitur apologiam suæ diuturnæ moræ texere. Ideoque secundam hanc Epistolam conscribit, rationem reddens cur hactenus adventum suum distulerit. Simul autem ex priore Epistola meliores factos debuit approbare et laudare. Quemadmodum enim eos peccantes increpabat, sic jam in meliorem viam reductas effert laudibus decebat. Proinde non multum acris et vehemens est hæc Epistola,* **240** *nisi in paucis sub finem partibus : idque propter Judæos quosdam insolescentes, ipsumque tanquam indoctum ac nullo numero dignum calumniantes.*

Α ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

Δευτέραν πρὸς Κορινθίους προστίθησιν Ἐπιστολὴν ὁ μακάριος Παῦλος, διότι ἐν τῇ πρώτῃ μὲν ἐπηγγείλατο ἐλθεῖν πρὸς αὐτούς, ἐμέλλησε δὲ, ἅτε τοῦ Πνεύματος εἰς ἕτερα αὐτὸν ἀσχολοῦντος ἀναγκαιότερα, καὶ πειρασμῶν αὐτῷ ἐπιτεθέντων. Ἔδει τοίνυν ἀπολογήσασθαι περὶ τῆς βραδύτητος μακρᾶς γενομένης· καὶ διὰ τοῦτο δευτέραν ταύτην Ἐπιστολὴν συντίθησιν, ἀπολογούμενος ὑπὲρ ὧν ἐμέλλησεν· ἅμα δὲ καὶ βελτίους αὐτοὺς ἐκ τῆς πρώτης Ἐπιστολῆς γενομένους ἐχρῆν ἀποδέξασθαι, καὶ ἐπαινέσαι. Ὥσπερ γὰρ ἁμαρτάνουσιν ἐνεκάλει, οὕτω διορθωθέντας ἐπαινέσαι ἔδει. Διὸ οὐδὲ καταῤῥοικωτέρα ἐστὶν ἡ Ἐπιστολὴ, εἰ μὴ ἄρα ὀλίγα αὐτῆς μέρη τὰ πρὸς τῷ τέλει, καὶ ταῦτα διὰ τοὺς ἐξ Ἰουδαίων ἀλαζονευομένους, καὶ διαβάλλοντας αὐτὸν, ὡς ἰδιώτην καὶ οὐδενὸς ἄξιον λόγου.

Digitized by Google

THEOPHYLACTI COMMENTARIUS

IN EPISTOLAM II AD CORINTHIOS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

« Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφός. » Ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ πέμψας ἐκεῖ τὸν Τιμόθεον, εἶτα πάλιν ἀπολαβὼν αὐτὸν, εἰκότως ἑαυτῷ συνάπτει. Καὶ γὰρ καὶ πεῖραν τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἔδωκε Τιμόθεος Κορινθίοις, καὶ ὡς ἤδη γνώριμον αὐτοῖς γεγονότα, καὶ διορθώσαντα πολλὰ τῶν ἐν αὐτοῖς, προσλαμβάνεται αὐτὸν ἐν τῇ Ἐπιστολῇ. Ὅρα δὲ, ποτὲ μὲν τέκνον αὐτὸν καλεῖ· « Ὡς πατρὶ » γὰρ, φησὶ, « τέκνον, ἐδούλευσέ μοι· » ποτὲ δὲ συνεργόν· « Τὸ γὰρ ἔργον Κυρίου ἐργάζεται, ὡς κἀγώ· » νῦν δὲ, ἀδελφόν· πανταχόθεν αἰδέσιμον αὐτὸν ποιῶν.

« Τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ. » Πάλιν αὐτοὺς συνδέει, Ἐκκλησίαν εἰπών. Οἱ γὰρ διεσπασμένοι οὐκ εἰσὶν Ἐκκλησία.

« Σὺν τοῖς ἁγίοις πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ. » Πάντων τῶν ἐν Ἀχαΐᾳ μέμνηται, ἅμα μὲν καὶ τιμῶν τοὺς Κορινθίους, ὡς διὰ τῆς πρὸς αὐτοὺς Ἐπιστολῆς πάντας προσαγορεύων· ἅμα δὲ καὶ εἰς ὁμόνοιαν συνάγων ἅπαν τὸ ἔθνος. Καὶ πρός γε, διότι κοινῇ ἐσαλεύοντο, κοινὴν ποιεῖται καὶ τὴν θεραπείαν· ὃ καὶ πρὸς Γαλάτας καὶ πρὸς Ἑβραίους γράφων ποιεῖ. Ἁγίους δὲ καλέσας δείκνυσιν, ὅτι εἴ τις ἀκάθαρτος, οὐκ ἔστιν ἄξιος τῆς προσηγορίας καὶ προσρήσεως ταύτης.

« Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Τὴν συνήθη προσηγορίαν καὶ νῦν ποιεῖται. Εἴρηται δὲ ἐν ἄλλοις περὶ τούτων.

« Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Ἐπηγγείλατο ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ πρὸς αὐτοὺς ἐλθεῖν· εἶτα βραδύνας, σφόδρα ὑπώπτευσε λυπεῖσθαι αὐτοὺς, ὡς ἄλλων προτιμηθέντων αὐτῷ. Θέλων οὖν ἀπολογήσασθαι, καὶ δεῖξαι ὅτι πειρασμῶν πολλῶν αὐτῷ περιτεθέντων [17] κεκώλυται, εὐφυῶς ποιεῖται τὴν ἀπολογίαν. Εὐχαριστῶ γὰρ, φησὶ, τῷ Θεῷ δηλαδὴ, ὡς ῥυσαμένῳ με ἀπὸ κινδύνων· διὰ τῆς εὐχαριστίας αἰνιττόμενος, ὅτι μεγάλα τινὰ ἦσαν τὰ κωλύοντα αὐτὸν, ὧν ἐλευθερωθεὶς εὐχαριστεῖ. Στίξον δὲ εἰς τὸ, « Θεός· » εἶτα ἄρξαι· « Καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου. » Εἰ δὲ καὶ συναπτῶς νοήσεις τὸ, « Ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου, » οὐδὲν καινόν· καὶ γὰρ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς

CAPUT I.

241 Vers. 1. « Paulus apostolus Jesu Christi, per voluntatem Dei, et Timotheus frater. » Misso illuc in prima Epistola Timotheo, ac denuo recepto, non injuria sibi ipse eum connectit : nam et suæ virtutis experientiam Corinthiis dederat Timotheus. Assumit itaque eum in hac Epistola, ceu eum qui ipsis jam innotuerit, necnon pleraque correxerit apud eos. Observa autem quod ipsum nonnunquam filium appellat : « Tanquam patri » enim, inquit, « filius, servivit mihi [a] ; » nonnunquam autem cooperatorem; « Opus enim Domini operatur, quemadmodum ego [b] : » jam hunc vero fratrem, ex omni ipsum parte honore afficiens.

« Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi. » Rursus eos connectit, Ecclesiam dicens. Qui enim distracti sunt, non sunt Ecclesia.

« Cum omnibus sanctis qui sunt in universa Achaia. » Omnium in Achaia meminit, partim ut Corinthios honoret, veluti omnibus per litteras hasce ad eos perscriptas salutem impertiens : partim ut ad concordiam congreget universam gentem. Præterea, quia communiter concutiebantur omnes, communem adhibet curam, adeoque medicinam : quod et ad Galatas et ad Hebræos scribens facit. Sanctos vero eos appellans, ostendit quod si quis sit impurus, non sit dignus salutatione et appellatione hac.

Vers. 2. « Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. » Consueta etiamnum salutatione utitur : in aliis autem de his dictum est.

Vers. 3. « Benedictus Deus, et Pater Domini nostri Jesu Christi. » Promiserat in prima Epistola se ad eos venturum : deinde quia distulerat, suspicabatur eos valde mœrore confici, ceu alii antelati ipsis essent. Volens igitur defendere se, et commonstrare, quod haud paucis tentationibus se invadentibus fuerit impeditus, scite facit apologiam. « Gratias, » inquit, « ago, » nempe Deo, qui me liberaverit e periculis : per gratiarum actionem **242** clanculum indicans, quod magna fuerint quæ ipsum inhibuerint, a quibus liberatus, gratias agit. Adjice autem comma ad, « Deus : » postea incipe, « et Pater Domini. » Sin conjunctim intelligas, « Deus et Pater Domini, » nihil novum est. Est enim ejus-

[a] Philipp. II, 22. [b] I Cor. XVI, 10.

Variæ lectiones.

[17] ἐπιτεθ. o.

Digitized by Google

dem et unius Christi, secundum humanitatem quidem Deus; secundum vero divinitatem, Pater.

« Pater misericordiarum, » ac Deus totius consolationis. » Hoc est, qui tot tantasque miserationes exhibuit, ut ex ipsis nos mortis portis reduxerit, ac dignatus sit nos omni consolatione in afflictionibus. Consuetudo autem erat sanctis, Deum ex beneficiis quæ ab eo accipiebant, nominare : pro victoria quidem in bello, « Diligam te, » inquit, « Domine, robur meum [c] : » et, « Dominus protector meus [d]. » Cum vero a caligine et obscuratione rationis, et a mœrore erepti fuerint : « Dominus illuminatio mea [e]. » Haud dissimili ratione nunc quoque Paulus « Patrem miserationum, » ac « Deum consolationis » ipsum nominat, ab accidente scilicet. Vide autem ejus humilitatem. Siquidem ereptus a tentationibus quibus ob Evangelii prædicationem excipiebatur, non dicit, Pro dignitate liberatus sum, cæterum per miserationes Dei.

VERS. 4. « Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. » Non dixit, Qui non sinit nos affligi, sed, « Qui consolatur nos in afflictione. » Sinit enim nos affligi, ut per patientiam mercedem habeamus : et quando nos labantes viderit, consolatur nos : idque semper facit. Ideoque Paulus non dixit, Qui consolatus est semel, sed, « Qui consolatur, » hoc est, semper. Non in hac vel illa afflictione, sed, « in omni. »

« Ut possimus nos consolari eos qui sunt in omni afflictione, per consolationem qua nosipsos consolatur Deus. » Non quod digni simus, inquit, consolationem accipere, propterea consolatur nos Deus : verum ut ab exemplo consolationis quæ mihi obvenit, alios etiam consolari valeam, si quando in tentationibus fuerint. Proinde et vos conspicientes me adeo confortatum, in afflictionibus vestris animo ne concidatis. Per hoc autem apostolorum opus indicat, nempe, quod constituti sunt ut alios ad certamen veluti inungant et excitent : et quod non, perinde ac pseudapostoli, deliciis studeant, ac domi desidentes, negligant eos qui consolatione et excitatione opus habent.

VERS. 5. « Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita per Christum abundat et consolatio nostra. » Ne despondeas animum quisquis audis afflictiones et mala, inquit : quanto enim ista exuberant, tanto exuberant consolationes. Non simpliciter autem dixit, « passiones, » sed, « Christi : » ut vel inde animum Corinthiis **243** addat. Christi enim, inquit, passiones sunt istæ quas nos patimur, nosque efficimur participes afflictionum ipsius. Quare, summo istud sit tibi solatio, quod Christi afflictiones sustineas : imo vero non illas solas, verum etiam plures. « Abundant » enim, inquit, « passiones Christi in nobis, » hoc est, plures perferimus, quam Christus pertulerit. Sentiens autem quantum et quam magnum dixerat, rursus illud reprimit, « Sic, »

[c] Psal. XVII, 1. [d] Psal. XXVI, 2. [e] Psal. XXVI, 1.

A Χριστοῦ, κατὰ μὲν τὸ ἀνθρώπινον, Θεός· κατὰ δὲ τὴν θεότητα, Πατήρ.

« Ὁ Πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως. » Τουτέστιν, ὁ οἰκτιρμοὺς τοσούτους ἐπιδειξάμενος, ὡς ἐξ αὐτῶν τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν ἡμᾶς ἀναγαγεῖν, καὶ παρακλήσεως πάσης ἀξιῶσαι ἐν ταῖς θλίψεσιν. Ἔθος δὲ τοῖς ἁγίοις, ἐκ τῶν εἰς αὐτοὺς εὐεργεσιῶν ὀνομάζειν τὸν Θεόν· ἐπὶ μὲν νίκης πολέμων, « Ἀγαπήσω σε, Κύριε, ἡ ἰσχύς μου, » φησί· καὶ, « Ὁ Κύριος ὑπερασπιστής μου· » ὅταν δὲ ζόφου, καὶ σκοτώσεως λογισμοῦ, καὶ λύπης λυτρωθῶσι· « Κύριος φωτισμός μου. » Οὕτως οὖν καὶ νῦν ὁ Παῦλος Πατέρα οἰκτιρμῶν καὶ Θεὸν παρακλήσεως αὐτὸν ὀνομάζει, ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος. Ὅρα δὲ ταπεινοφροσύνην. Λυτρωθεὶς γὰρ τῶν B διὰ τὸ κήρυγμα πειρασμῶν, οὐ λέγει, ὅτι Κατ' ἀξίαν ἐρρύσθην, ἀλλὰ, Διὰ τοὺς οἰκτιρμοὺς τοῦ Θεοῦ.

« Ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν. » Οὐκ εἶπεν, Ὁ μὴ ἐῶν ἡμᾶς θλιβῆναι, ἀλλ', Ὁ ἐν τῷ θλίβεσθαι παρακαλῶν. Ἐξ γὰρ ἡμᾶς θλιβῆναι, ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς μισθὸν σχοίημεν· κἂν παιδὰν ὀκλάζοντας ἴδῃ, παρακαλεῖ· καὶ ἀεὶ τοῦτο ποιεῖ. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος οὐκ εἶπεν, ὅτι ὁ ἅπαξ παρακαλέσας, ἀλλ', « Ὁ παρακαλῶν, » τουτέστιν, ἀεί. Καὶ οὐκ ἐν τῇδε ἢ τῇδε τῇ θλίψει, ἀλλ', « Ἐν πάσῃ. »

« Εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς παρακαλεῖν τοὺς ἐν πάσῃ C θλίψει, διὰ τῆς παρακλήσεως ἧς παρακαλούμεθα αὐτοὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. » Οὐχ ὅτι, φησὶν, ἄξιοί ἐσμεν παρακαλεῖσθαι, διὰ τοῦτο παρακαλεῖ ἡμᾶς ὁ Θεός· ἀλλ' ἵνα ἐκ τοῦ ὑποδείγματος τῆς εἰς ἐμὲ παρακλήσεως καὶ ἄλλους δυνηθῶ παρακαλέσαι ἐν πειρασμοῖς ὄντας. Ὥστε καὶ ὑμεῖς ἐμὲ ὁρῶντες οὕτω παρακληθέντα, μὴ καταπίπτετε ἐν θλίψεσιν ὄντες. Διὰ τούτου δὲ δείκνυσι καὶ τὸ ἔργον τῶν ἀποστόλων, καὶ ὅτι εἰς τὸ ἑτέρους ἀλείφειν τε καὶ διεγείρειν κεῖνται· καὶ οὐχ ὥσπερ οἱ ψευδαπόστολοι, τρυφῶσι, καὶ οἶκοι καθήμενοι περιορῶσι τοὺς δεομένους παρακλήσεως καὶ διεγερμοῦ.

« Ὅτι καθὼς περισσεύει τὰ τοῦ Χριστοῦ παθήματα εἰς ἡμᾶς, οὕτω διὰ τοῦ Χριστοῦ περισσεύει D καὶ ἡ παράκλησις ἡμῶν. » Μὴ καταπέσῃς, φησὶν, ὦ ἀκροατά, θλίψεις καὶ πάθη ἀκούων. Ὅσῳ γὰρ περισσεύουσι ταῦτα, τοσούτῳ περισσεύουσι καὶ αἱ παρακλήσεις. Οὐχ ἁπλῶς δὲ εἶπε, Παθήματα, ἀλλὰ, « Τοῦ Χριστοῦ, » ἵνα καὶ αὐτόθεν παραμυθήσηται. Τοῦ Χριστοῦ γάρ ἐστι παθήματα ταῦτα ἃ ἡμεῖς πάσχομεν, καὶ κοινωνοὶ αὐτῷ γινόμεθα τῶν παθημάτων· ὥστε μεγίστη σοι ἔστω παράκλησις καὶ αὐτὸ τοῦτο, ὅτι τὰς τοῦ Χριστοῦ θλίψεις ὑφίστασαι· μᾶλλον δὲ, οὐκ ἐκείνας μόνας, ἀλλὰ καὶ πλείους. « Περισσεύει » γὰρ, φησὶ, « τὰ τοῦ Χριστοῦ παθήματα εἰς ἡμᾶς· » τουτέστι, Πλείονα ὧν ἔπαθεν ὁ Χριστὸς, πάσχομεν. Αἰσθόμενος δὲ ἡλίκον ἐφθέγξατο,

Digitized by Google

καὶ ὅτι μέγα, πάλιν συστέλλει [18] αὐτὸ, λέγων· « Οὕτω διὰ τοῦ Χριστοῦ περισσεύει καὶ ἡ παράκλησις ἡμῶν. » Τὸ πᾶν γὰρ αὐτῷ ἀνατίθησι. Καὶ οὐ λέγει, ὅτι ἰσόμετρος ταῖς θλίψεσιν ἡ παράκλησις, ἀλλὰ, « Περισσεύει, » καὶ πολλῷ μείζων αὕτη ἐστὶ τῶν θλίψεων.

A inquiens, « per Christum abundat consolatio nostra. » Ipsi enim totum refert. Nec dicit quod consolatio afflictiones æquiparet, verum, exuberat et longe major est ipsis afflictionibus.

« Εἴτε θλιβόμεθα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας. » Διὰ τοῦτο, φησὶν, οὐ δεῖ ὑμᾶς θορυβεῖσθαι ἐπὶ ταῖς θλίψεσί μου, διότι ὑπὲρ τῆς ὑμῶν σωτηρίας καὶ παρακλήσεως θλιβόμεθα. Ἐξῆν γὰρ ἡμῖν ἐν ἀσφαλείᾳ διάγειν μὴ κηρύσσουσι· νῦν δὲ κηρύσσοντες, ἵνα πάντως ὑμᾶς σώσωμεν, καὶ παρακαλέσωμεν τὰς ψυχὰς ὑμῶν διὰ τοῦ κηρύγματος, καὶ τῶν ἐντεῦθεν γινομένων ἀγαθῶν, θλίψεσι περιπίπτομεν. Οὐκοῦν τὰς θλίψεις ὑπομένομεν ὑπὲρ τῆς ὑμῶν σωτηρίας· καὶ λοιπὸν οὐ δεῖ ὑμᾶς ταράττεσθαι.

Vers. 6. « Sive autem tribulamur, pro vestra consolatione ac salute. » Propterea, inquit, non oportet vos turbari ob meam afflictionem : nam pro vestra consolatione et salute affligimur. Potuissemus enim nos in tuto agere, si non prædicaremus : nunc autem cum prædicamus, ut omnino vos salvos faciamus, consolemurque animas vestras per prædicationem, et per inde nascentia bona, in tribulationes incidimus. Itaque afflictiones sustinemus pro vestra salute. Proinde non est quod in posterum turbemini.

« Τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων, ὧν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν. » Ἐνεργεῖται, φησὶν, ἡ σωτηρία αὕτη, οὐ μόνον διὰ τῆς ἡμετέρας ὑπομονῆς, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς ὑμετέρας· τουτέστιν, Οὐκ ἐμοῦ μόνου ἔργον ἡ ὑμετέρα σωτηρία, ἀλλὰ καὶ ὑμῶν αὐτῶν. Ὥσπερ γὰρ ἐγὼ κηρύττων θλίβομαι, οὕτω καὶ ὑμεῖς δεχόμενοι τὸ κήρυγμα, τὰ αὐτὰ παθήματα ὑπομένετε ἃ καὶ ἐγώ. Πολλὴν δὲ ἀρετὴν αὐτοῖς προσμαρτυρεῖ, ὅτι μετὰ πειρασμῶν ἐδέχοντο τὸ κήρυγμα.

« Quæ efficitur in patientia earumdem passionum quas et nos patimur. » Efficitur, inquit, salus ista non tantum per nostram patientiam, sed etiam per vestram : hoc est, non mei solius opus est salus vestra, sed et vestri ipsorum. Ut enim ego prædicans verbum affligor, sic et vos prædicationem suscipientes, easdem tribulationes sustinetis quas et ego. Haud exiguæ autem ipsorum virtuti testimonium dicit, quod cum tentationibus prædicationem reciperent.

« Καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν. » Τουτέστι, Θαῤῥοῦμεν ἐφ' ὑμῖν βεβαίως, ὅτι οὐ περιτραπήσεσθε ὑπὸ τῶν προσπιπτόντων ὑμῖν πειρασμῶν· πολλῷ οὖν μᾶλλον οὐ ταραχθήσεσθε ἐφ' οἷς ὁρᾶτε ἡμᾶς πάσχοντας.

« Et spes nostra firma est pro vobis. » Hoc est, firmiter de vobis confidimus, quod ob afflictiones adversum vos ingruentes, non immutabimini : multo igitur minus turbabimini ob ea quæ nos pati cernitis.

« Εἴτε παρακαλούμεθα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας. » Εἰπὼν ἀνωτέρω, ὅτι Δι' ὑμᾶς θλιβόμεθα [19], ἵνα μὴ δόξῃ βαρύ τι εἰπεῖν, λέγει νῦν, ὅτι Καὶ δι' ὑμᾶς παρακαλούμεθα· τουτέστιν, Ἡ ἡμετέρα παράκλησις ὑμετέρα παραψυχὴ γίνεται. Ἐὰν γὰρ μικρὸν ἀναπνεύσωμεν ἡμεῖς, ἀρκεῖ τοῦτο εἰς παραμυθίαν ὑμῖν. Κοινωνεῖτε γὰρ ἡμῖν τῆς ἡδονῆς.

« Sive consolationem accipimus, pro vestra consolatione et salute. » Quia dixerat supra, Propter vos affligimur, ne videatur grave quiddam dicere, ait jam, Et propter vos consolationem accipimus, id est, nostra consolatio vestra est refocillatio. Si enim parum nos respiraverimus, satis hoc est ad consolationem vobis. Voluptatem enim nobiscum participatis.

« Εἰδότες ὅτι ὥσπερ κοινωνοί ἐστε τῶν παθημάτων, οὕτω καὶ τῆς παρακλήσεως ἡμῶν. » Ὥσπερ, φησὶ, διωκομένων ἡμῶν ἀλγεῖτε, ὡς αὐτοὶ πάσχοντες τοῦτο· οὕτως ἴσμεν, ὅτι καὶ παρακαλουμένων, αὐτοὶ τῆς παρακλήσεως ἀπολαύειν νομίζετε.

Vers. 7. « Scientes quod quemadmodum estis participes afflictionum, sic et consolationis nostræ. » Quemadmodum, inquit, dum nos persecutionem patimur, vos doletis, tanquam istud vos ipsi pateremini : sic scimus, quod cum consolationem accipiamus, vos eam consolationem vestram esse ducitis.

« Οὐ γὰρ θέλομεν ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὑπὲρ τῆς θλίψεως τῆς γενομένης ἡμῖν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρύνθημεν ὑπὲρ δύναμιν, ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν. » Ἐπειδὴ ἀπροσδιορίστως θλίψεως ἐμέμνητο, νῦν λέγει [20], ποίας. Διὰ τούτου δὲ καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς ἀγάπην δείκνυσιν. Ἀγάπης γὰρ τὸ τὰ συμπίπτοντα ἀλλήλοις ἀπογυμνοῦν· καὶ ἅμα καὶ ἀπολογίαν ὑφαίνει ὑπὲρ τῆς βραδύτητος. Ἐν τῇ Ἀσίᾳ δέ φησιν αὐτῷ γενέσθαι

244 Vers. 8. « Non enim volumus vos ignorare, fratres, de tribulatione quæ nobis facta est in Asia : quoniam supra modum gravati sumus et supra vires, ita ut nos desperaverimus etiam de vita. » Quia indefinite afflictionis meminerat, speciatim jam qualis fuerit explicat. Charitatem autem suam per hoc indicat. Charitatis enim est, ea quæ acciderint, mutuo patefacere. Simul autem apologiam texit pro tarditate sua. In Asia autem obtigisse

Variæ lectiones.

[18] ἀναστέλλει o. [19] θλίβομαι o. [20] μνημονεύει, o.

Digitized by Google

sibi afflictionem ait, de qua et in priori Epistola locutus est : « Janua mihi aperta est ingens, adversariique multi [f]. » Videtur autem idem dicere, cum ait : « Supra modum, » et, « supra vires : » sed non ita est. Quod autem ait, est hujusmodi : Supra modum erat tentatio, id est magna. Deinde, quandoquidem magna possit esse tentatio, et interim fortiter etiam bajulari a potenti quopiam; dicit, quod non solum magna erat, verum etiam vires nostras excedebat : hoc est et ingens erat, et plane intolerabilis, ac tanta, « ita ut nos desperaverimus etiam de vita, » hoc est non exspectaremus porro vivere. Talem autem tentationem David portas inferni nominat, ac dolores parturientis, tanquam quæ mortem pariat, umbramque mortis.

A τὴν θλῖψιν, περὶ ἧς καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ Ἐπιστολῇ εἶπεν, ὅτι « Θύρα μοι ἀνέῳκται μεγάλη, καὶ οἱ ἀντικείμενοι πολλοί. » Δοκεῖ δὲ τὸ αὐτὸ λέγειν, « καθ' ὑπερβολήν, » καὶ « ὑπὲρ δύναμιν · » ἀλλ' οὐκ ἔστιν· ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Καθ' ὑπερβολὴν ἦν ὁ πειρασμὸς, τουτέστι, μέγας. Εἶτα, ἐπειδὴ ἔστι καὶ μέγαν εἶναι πειρασμὸν, βαστάζεσθαι δὲ γενναίως ὑπό τινος δυνατοῦ, φησὶν, ὅτι Οὐ μόνον μέγας ἦν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τὴν ἡμετέραν δύναμιν· τουτέστι, καὶ μέγας, καὶ ἀβάστακτος, καὶ τοσοῦτος, « ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν· » τουτέστι, Μηδὲ προσδοκῆσαι ἡμᾶς ἔτι ζῆν. Τὸν δὲ τοιοῦτον ὁ Δαυὶδ πύλας ᾅδου καλεῖ, καὶ ὠδῖνας ὡς θάνατον τίκτοντα, καὶ σκιὰν θανάτου.

B

Vers. 9. Sed ipsi in nobisipsis responsum mortis habuimus. » Judicium, suffragium, sententiam quam dabant res tantum non vocem edentes : hoc est, suspicionem adusque nostram perstabat mortis exspectatio, et responsum quod rerum natura edebat; non autem ulterius progrediebatur.

« Ἀλλ' αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν. » Τὴν κρίσιν, τὴν ψῆφον, τὴν ἀπόφασιν ἦν ἐδίδου τὰ πράγματα μονονουχὶ φωνὴν ἀφιέντα· τουτέστι, Μέχρι τῆς ὑπονοίας τῆς ἡμετέρας ἔστη ἡ τοῦ θανάτου προσδοκία, καὶ ἡ ἀπόκρισις, ἣν ἡ τῶν πραγμάτων φύσις ἐποιεῖτο [21] · περαιτέρω δὲ οὐ προέβη.

« Ut non simus fidentes in nobis, sed in solo Deo. » Cur autem hoc factum est, inquit? Ut discamus confidere non in nobis ipsis, sed in solo Deo. Hoc autem dicit Paulus, non tanquam ipse istud nunc discere opus habeat, (quis enim eo melius et plenius norat, quod in solum Deum nos confidere oporteat?) verum alios componens per hæc quæ de seipso loquitur, simul etiam ut doceat nos non alta spirare.

« Ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ μόνῳ. » Διὰ τί δὲ τοῦτο ἐγένετο; φησίν. Ἵνα μάθωμεν μὴ θαρρεῖν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ μόνῳ τῷ Θεῷ. Τοῦτο δὲ λέγει Παῦλος, οὐχ ὡς αὐτὸς τοῦτο δεόμενος μαθεῖν νῦν (τίς γὰρ πλέον αὐτοῦ τοῦτο ἠπίστατο, ὅτι ἐπὶ τῷ Θεῷ δεῖ θαρρεῖν;), ἀλλὰ τοὺς ἄλλους ῥυθμίζων, ἐν οἷς περὶ ἑαυτοῦ λέγει· ἅμα δὲ καὶ ταπεινοφρονεῖν διδάσκων [22].

Vers. 9, 10. « Qui suscitat mortuos, qui ex tali tantaque morte eripuit nos et eripit. » Rursus eos commonefacit sermonis de resurrectione, de qua tot in præcedenti Epistola dixit, stabiliens eam etiam a præsentibus. Hinc etiam intulit, « Qui ex tali morte eripuit. » Non enim dixit, E periculo, sed, Morte. Quia enim resurrectio res futura erat et incerta, monstrat quod in singulos dies id fiat. Cum enim hominem qui ad portas usque inferni pervenerit, retraxerit Deus, nihil aliud quam resurrectio indicatur : unde et consuevimus de talibus dicere, quod mortuorum resurrectionem viderimus.

« Τῷ ἐγείραντι τοὺς νεκρούς. Ὃς ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐῤῥύσατο ἡμᾶς καὶ ῥύεται. » Πάλιν τοῦ περὶ ἀναστάσεως αὐτοὺς ὑπομιμνήσκει λόγου, ὑπὲρ οὗ τοσαῦτα εἶπεν ἐν τῇ προτέρᾳ Ἐπιστολῇ, βεβαιῶν αὐτὴν καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων. Διὸ καὶ ἐπήγαγεν· « Ὃς ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐῤῥύσατο. » Οὐ γὰρ εἶπε, Κινδύνου, ἀλλὰ, « Θανάτου. » Ἐπειδὴ γὰρ ἡ ἀνάστασις μέλλον [23] πρᾶγμα ἦν καὶ ἄδηλον, δείκνυσιν ὅτι καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοῦτο γίνεται. Ὅταν γὰρ ἄνθρωπον πρὸς αὐτὰς τὰς τοῦ ᾅδου πύλας ἐλθόντα ἀνελκύσῃ ὁ Θεὸς, οὐδὲν ἕτερον ἢ ἀνάστασιν ἐπιδείκνυται· ὅθεν καὶ εἰώθαμεν ἐπὶ τῶν τοιούτων λέγειν· Ἀνάστασιν νεκρῶν ἑωράκαμεν [24].

« Speravimus autem quod et adhuc eripiet. » Hinc discimus, quod perpetuo **245** in certamine vitam nostram constitutam esse oporteat. Quod enim ait, « Eripiet, » multarum tentationum agmen prænuntiat.

« Ἠλπίκαμεν δὲ ὅτι καὶ ἔτι ῥύσεται. » Ἐντεῦθεν μανθάνομεν, ὅτι ἐν ἀγῶνι ἀεὶ χρὴ εἶναι τὸν ἡμέτερον βίον· τὸ γὰρ, « Ῥύσεται, » εἰπὼν, πολλῶν πειρασμῶν νιφάδας προαναφωνεῖ.

Vers. 11. « Adjuvantibus et vobis per orationem pro nobis. » Quia illud, « Ut non simus fidentes in nobisipsis, » communis quædam accusatio quibusdam videbatur, illosque subnotaret; lenit jam dictum, et orationes eorum magni præsidii loco im-

« Συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ δεήσει. » Ἐπειδὴ τὸ, « Ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, » κατηγορία κοινὴ ἐδόκει ἐνίοις, καὶ ἐκείνους αἰνιττομένη, παραμυθεῖται τὸ ῥητὸν, τὰς εὐχὰς αὐτῶν ἀντὶ προστασίας μεγάλης καλῶν. Διδασκόμεθα

[f] 1 Cor. xvi, 9.

Variæ lectiones.

[21] περιεποιεῖτο θ. [22] σπουδάζων ο. [23] μέγα ο. [24] ἑωρακέναι ο.

Digitized by Google

δὲ ἐντεῦθεν καὶ ταπεινοφροσύνην, εἴ γε Παῦλος τῆς τῶν Κορινθίων εὐχῆς ἐδεῖτο· καὶ τὴν δύναμιν αὐτῆς τῆς εὐχῆς. Πολλὴ γὰρ δύναται ἡ παρὰ τῆς Ἐκκλησίας, ὡς δεῖ, γινομένη, ὡς καὶ Παῦλον ταύτης χρῄζειν.

« Ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν. » — « Ἐρρύσατο, » φησὶν, « ὁ Θεὸς ἡμᾶς, καὶ ῥύσεται » διὰ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν, ἵνα τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα, τὸ διὰ πολλῶν· τουτέστιν, ἡ εἰς ἐμὲ γενομένη χάρις διὰ πολλῶν· τουτέστιν, ὑμῶν ὑπερευξαμένων μου, ἐκ πολλῶν προσώπων εὐχαριστηθῇ, ἤγουν, ὑμῶν. Τὴν σωτηρίαν γὰρ τὴν ἐμὴν διὰ τῶν εὐχῶν ὑμῶν γινομένην πᾶσιν ὑμῖν ἐχαρίσατο, ἵνα πολλὰ πρόσωπα αὐτῷ εὐχαριστήσῃ ὑπὲρ ὑμῶν. Μανθάνομεν δὲ ἐντεῦθεν, οὐ μόνον ὑπὲρ ἀλλήλων εὔχεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἀλλήλων εὐχαριστεῖν. Ὅρα δὲ, πῶς ἀρχόμενος μὲν, διὰ τοὺς οἰκτιρμοὺς τοῦ Θεοῦ σωθῆναί φησι· νῦν δὲ ταῖς εὐχαῖς τούτων τὴν σωτηρίαν ἐπιγράφεται. Δεῖ γὰρ μετὰ τοῦ θείου ἐλέους καὶ τὰ παρ' ἡμῶν συνεισφέρειν [25]. Καὶ ἐνταῦθα δὲ ὁ Παῦλος οὔτε τὸ πᾶν τοῦ κατορθώματος τοῖς Κορινθίοις ἔδωκεν, ἵνα μὴ αὐτοὺς ἐπάρῃ· οὔτε πάντη ἠλλοτρίωσεν αὐτοὺς τούτου, ἵνα μὴ ῥᾳθυμοτέρους ἐργάσηται. « Ῥύσεται » γὰρ, φησὶν, « ὁ Θεὸς καὶ ὑμῶν συνυπουργούντων τῇ δεήσει· » τουτέστι, τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφερόντων.

« Ἡ γὰρ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστὶ, τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως ἡμῶν. » Καὶ τοῦτο, φησὶ, παραμυθία; ἡμῖν ἀφορμή ἐστιν, ἡ συνείδησις ἡμῶν μαρτυροῦσα ἡμῖν, ὅτι οὐχ ὡς ἐπὶ πονηροῖς πράγμασιν ἁλόντες ἐλαυνόμεθα καὶ διωκόμεθα, ἀλλὰ δι' ἀρετὴν καὶ τὴν τῶν πολλῶν σωτηρίαν. Ἡ μὲν οὖν προτέρα παράκλησις ἐκ Θεοῦ ἦν· αὕτη δὲ, ἐκ τῆς τοῦ συνειδότος μου καθαρότητος, φησί· διὸ καὶ καύχησιν αὐτὴν ὀνομάζει, τὴν πολλὴν δεικνύων πεποίθησιν, ἣν εἶχεν ἐπὶ τῷ καθαρῷ συνειδότι.

« Ὅτι ἐν ἁπλότητι καὶ εἰλικρινείᾳ Θεοῦ. » Τί, φησὶ, μαρτυρεῖ ἡμῖν τὸ συνειδός; καὶ διὰ τί καυχώμεθα; « Ὅτι ἐν ἁπλότητι, » τουτέστιν, ἐν ἀπονήρῳ γνώμῃ· « καὶ εἰλικρινείᾳ, » τουτέστι, καθαρότητι διανοίας καὶ ἀδολότητι, οὐδὲν ἐχούσῃ συνεσκιασμένον καὶ ὕπουλον, οἷαν ὁ Θεὸς ἀποδέχεται. Ταῦτα δὲ λέγει διὰ τοὺς δολίους ψευδαποστόλους.

« Οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ. » Τουτέστιν, ἐν δεινότητι λόγων καὶ πλοκῇ σοφισμάτων. Αὕτη γὰρ ἡ σαρκικὴ σοφία, ἐφ' ᾗ ἐκείνων ἀλαζονευομένων, αὐτὸς ταύτην ἀρνεῖται καὶ διωθεῖται.

« Ἀλλ' ἐν χάριτι Θεοῦ ἀνεστράφημεν ἐν τῷ κόσμῳ. » Τουτέστιν, ἐν τῇ παρ' αὐτοῦ χαρισθείσῃ σοφίᾳ καὶ ἐν τοῖς σημείοις καὶ τέρασιν, ἃ χάρις Θεοῦ ἦσαν. Μεγίστη δὲ παράκλησις, τὸ συνειδέναι τινὰ ἑαυτῷ, ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνῃ δυνάμει, ἀλλὰ θείᾳ χάριτι πάντα [26] ποιεῖ. Καὶ οὐκ ἐν Κορίνθῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ.

« Περισσοτέρως δὲ πρὸς ὑμᾶς. » Πῶς; Ὅτι μετὰ τῶν σημείων, ἔτι καὶ ἀδάπανον παρ' αὐτοῖς τὸ Εὐαγ-

A ploranis. Docemur autem hinc et humilitatem, siquidem Paulus Corinthiorum precibus indigebat, et ipsius orationis vim. Multum enim valet precatio Ecclesiæ, si fiat ut oportet, adeo ut vel Paulus isthac opus habeat.

« Ut ex multis personis, pro dono in nos collato, per multos gratiæ agantur pro nobis. » — « Eripuit, » inquit, « nos Deus, et eripiet » per vestras precationes, ut donum in nos collatum, « per multos, » hoc est, vobis pro me orantibus, ex multis personis gratum fiat, nimirum vestris. Salutem enim meam per orationes vestras factam, omnibus vobis donavit, ut multæ personæ ipsi gratias agant pro nobis. Hinc autem discimus non modo ut alter pro altero intercedat, verum etiam ut alter pro altero gratias B agat. Observa autem quomodo in exordio, per miserationes Dei se servatum esse dixerit : nunc vero eorum orationibus salutem ascribit. Oportet enim ut una cum divina misericordia nostra pariter conferamus. Atque hic Paulus neque totum beneficium Corinthiis tribuit, ne ipsos efferat : neque omnino eos privavit hoc, ne segniores reddat. Eripiet enim, inquit, Deus, vobis etiam cooperantibus per precationem, hoc est, vestra etiam afferentibus.

Vers. 12. « Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. » Et hoc, inquit, solatii nobis est occasio, conscientia nostra testimonium nobis exhibens, quod non tanquam in pravis rebus C deprehensi agitamur et persecutionem patimur, sed virtutis multorumque salutis causa. Prior itaque consolatio ex Deo erat; hæc vero ex conscientiæ meæ puritate, inquit. Eam ob rem et gloriationem ipsam nominat, multam ostendens fiduciam quam in pura conscientia habebat.

« Quod in simplicitate et sinceritate Dei. » Quid testatur, inquit, nobis conscientia? et cur gloriamur? « Quoniam in simplicitate, » hoc est, sententia minime prava, « Et sinceritate, » hoc est, puritate mentis et candore fallaciæ experte, quæ nihil habet obscuratum, aut ulcerosum, qualem Deus recipit. Hæc autem dicit ob fallaces pseudapostolos.

« Non in sapientia carnali. » Hoc est in potentia et virtute verborum, ac nexu **246** sophismatum. D Hæc enim carnalis est sapientia, cujus causa cum ipsi efferrentur, eamdem ipse negat atque repellit.

« Sed in gratia Dei conversati sumus in mundo. » Hoc est in sapientia quæ mihi per ipsum est donata, et in signis et prodigiis quæ gratia Dei fuerunt. Maxima autem consolatio est, quempiam sibi conscium esse, quod omnia non humana virtute, sed divina gratia faciat. Et non apud Corinthios tantum, verum etiam in toto mundo.

« Abundantius autem ad vos. » Quomodo? Quoniam cum signis, atque etiam citra sumptum Evan-

Variæ lectiones.

[25] ἡμῖν προσφέρειν o. [26] ταῦτα o.

Digitized by Google

gelium eis prædicavit. Observa autem, quod suum opus gratiæ Dei ascribit.

Vers. 13. « Non enim alia scribimus vobis, quam quæ legitis, aut et agnoscitis. » Quia de seipso magna visus est dicere, ne quis dicat hanc verbosam esse jactantiam, ait, Illa scribimus vobis quæ legitis in litteris hisce, agnoscitis autem et vos prævenientes. Non enim adversatur litteris meis vestra cognitio, quam prius conceptam de me habebatis. Quidam vero hoc ita intellexerunt : nempe illa scribimus vobis quæ legitis, hoc est, quorum memoria vobis renovatur. Lectio enim est suggestio, vel superior quædam cognitio. Et quid dico, inquit, quorum memoria vobis renovatur, cum agnoscatis nostri esse propria, neque opus habere suggestione, eo quod sint perspicua?

Vers. 13, 14. « Spero autem quod ad finem usque agnoscetis; quemadmodum agnovistis nos ex parte. » Totum Deo acceptum refert. « Spero » enim, inquit, in Deum videlicet, quod tales nos agnoscetis, quales et epistolæ nostræ indicant, ac præterita nostra vita spondet. « Ex parte namque nos agnovistis, » hoc est, experti estis, cum nos ex parte vobis demonstravimus quædam vitæ virtute transactæ indicia. Istud autem ex animo modesto locutus est.

« Quia gloria vestra sumus, sicut et vos nostra, in die Domini Jesu Christi. » Quid agnoscetis? Quod gloria vestra sum, hoc est talis sum, qui vobis occasionem de me gloriandi præbere possum, quod talem habetis doctorem, qui nihil vos humanum, nil simulatum, nil subdolum docuerit. Deinde ne istud de se jactabunde dixisse videatur, communem facit gloriationem, inquiens : Vos etiam mea eritis gloriatio. Gloriabor enim quod hujusmodi nactus sim discipulos, qui neque concutiantur, neque decipiantur a pseudapostolis. Quando vero inter nos mutuo gloriabimur? Etiamnum quidem, sed potissimum in die illa. Hodie namque haud pauci convicia et opprobria quæ nos sustinemus, vident, ac fortasse calumniantur nos : tum vero, ubi cuncta revelata fuerint, videbor et **247** ego, quod non sim talis, qualem pseudapostoli calumniantur. Vos autem gloriatio nostra eritis, quod impostoribus non conjuncti fuistis.

Vers. 15. « Et hac fiducia volui prius venire ad vos. » Quali, quæso, fiducia? Quod nihil mihi mali conscius sim, quod gloriatio vestra sim, quod in carnali sapientia non sim versatus, sed in gratia Dei, quodque vos horum omnium testes habeam. Propter hæc igitur, inquit, « volui venire ad vos. »

« Ut secundam gratiam haberetis. » Hæc est, duplex gaudium, tum id quod contigit per priorem Epistolam, tum illud quod accepturi estis per adventum meum.

A γέλιον ἐκήρυξεν. Ὅρα δὲ, ὅτι ὅπερ ἦν αὐτοῦ τὸ κατόρθωμα, τοῦτο τῇ τοῦ Θεοῦ ἀνατίθησι χάριτι.

« Οὐ γὰρ ἄλλα γράφομεν ὑμῖν, ἀλλ' ἢ ἃ ἀναγινώσκετε, ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε. » Ἐπειδὴ μεγάλα ἔδοξε λέγειν περὶ ἑαυτοῦ, ἵνα μή τις εἴπῃ κόμπον ῥημάτων εἶναι ταῦτα, φησὶν, ὅτι Ἐκεῖνα γράφομεν ὑμῖν, ἃ ἀναγινώσκετε μὲν ἐν τοῖς γράμμασι τούτοις, γινώσκετε δὲ προφθάσαντες καὶ ὑμεῖς. Οὐ γὰρ ἐναντιοῦται τοῖς γράμμασί μου ἡ ὑμετέρα γνῶσις, ἣν ἔχετε προλαβόντες περὶ ἐμοῦ. Τινὲς δὲ οὕτως ἐνόησαν τοῦτο, ὅτι Ἐκεῖνα γράφομεν ὑμῖν, ἃ ἀναγινώσκετε· τουτέστιν, ὑπομιμνήσκεσθε· ἀνάγνωσις γάρ ἐστιν ἡ ὑπόμνησις, ἢ ἄνωθεν γνῶσις. Καὶ τί λέγω, φησὶν, ἅτινα ὑπομιμνήσκεσθε ; ἅτινα μὲν οὖν ἐπιγινώσκετε εἶναι ἡμῖν ἴδια, μηδὲ ὑπομνήσεως B δεόμενα, διὰ τὸ πρόδηλα εἶναι.

« Ἐλπίζω δὲ ὅτι καὶ ἕως τέλους ἐπιγνώσεσθε, καθὼς καὶ ἐπέγνωτε ἡμᾶς ἀπὸ μέρους. » Τῷ Θεῷ τὸ πᾶν ἀνατίθησιν. « Ἐλπίζω » γὰρ, φησὶν, εἰς τὸν Θεὸν δηλαδὴ, ὅτι τοιούτους ἡμᾶς ἐπιγνώσεσθε, οἵους καὶ αἱ ἐπιστολαὶ ἡμῶν δηλοῦσι, καὶ ὁ παρελθὼν βίος ἐγγυᾶται. « Ἐκ μέρους » γὰρ « ἐπέγνωτε ἡμᾶς· » τουτέστιν, Ἐπειράθητε, ἡμῶν ἐπιδειξαμένων ὑμῖν ἐκ μέρους τινὰ ἐναρέτου βίου τεκμήρια. Μετριοφρονῶν δὲ τοῦτο εἶπεν.

« Ὅτι καύχημα ὑμῶν ἐσμεν, καθάπερ καὶ ὑμεῖς ἡμῶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου [ἡμῶν] Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Τί ἐπιγνώσεσθε ; Ὅτι καύχημα ὑμῶν εἰμι· τουτέστι, Τοιοῦτός εἰμι, οἷος διδόναι ὑμῖν ἀφορμὴν C καυχήσεως ἐπ' ἐμοὶ, ὅτι τοιοῦτον ἔχετε διδάσκαλον, οὐδὲν ἀνθρώπινον διδάξαντα, οὐχ ὕπουλον, οὐ δολερόν. Εἶτα ἵνα μὴ δόξῃ περὶ ἑαυτοῦ λέγειν μεγαλαυχῶν [27], κοινοποιεῖται τὸ καύχημα, καί φησιν, ὅτι Καὶ ὑμεῖς καύχημα ἔσεσθε ἐμόν. Καυχήσομαι γὰρ, ὅτι τοιούτων ἔτυχον μαθητῶν, μὴ σαλευομένων, μηδὲ παρελογιζομένων ὑπὸ τῶν ψευδαποστόλων. Πότε δὲ ἐπ' ἀλλήλοις καυχησόμεθα ; Καὶ νῦν μὲν, μάλιστα δὲ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Νῦν μὲν γὰρ οἱ πολλοὶ τὰ ὀνείδη καὶ τὰ σκώμματα, ἃ ὑφιστάμεθα ἡμεῖς, ὁρῶσι, καὶ ἴσως διαβάλλουσιν ἡμᾶς· τότε δὲ, πάντων ἀνακαλυφθέντων, φανήσομαι καὶ ἐγὼ, ὅτι οὐ τοιοῦτος, οἷον οἱ ψευδαπόστολοι διαβάλλουσι· καὶ ὑμεῖς δὲ καύχημα ἡμῶν ἔσεσθε, ὅτι οὐ τοῖς ἀπατεῶσι προσετέθητε. D

« Καὶ ταύτῃ τῇ πεποιθήσει ἐβουλόμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς τὸ πρότερον. » Ποίᾳ πεποιθήσει ; Τῷ μηδὲν ἐμαυτῷ συνειδέναι πονηρὸν, τῷ καύχημα ὑμῶν εἶναι, τῷ μηδὲ ἐν σαρκικῇ ἀναστραφῆναι σοφίᾳ, ἀλλὰ ἐν χάριτι τοῦ Θεοῦ, καὶ ὑμᾶς μάρτυρας ἔχειν τούτων πάντων. Διὰ ταῦτα οὖν, φησὶν, « ἐβουλόμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. »

« Ἵνα δευτέραν χάριν ἔχητε. » Τουτέστι, διπλῆν χαρὰν, τήν τε διὰ τῆς προτέρας Ἐπιστολῆς, καὶ τὴν διὰ τῆς παρουσίας μου.

Variæ lectiones.

[27] ἀλαζὼν περὶ ἑαυτοῦ μεγαλαυχῶν ο.

Digitized by Google

« Καὶ δι' ὑμῶν διελθεῖν εἰς Μακεδονίαν. » Καίτοι ἐν τῇ προτέρᾳ Ἐπιστολῇ εἰρήκει· « Ἐλεύσομαι δὲ πρὸς ὑμᾶς, ὅταν Μακεδονίαν διέλθω· » ἐνταῦθα δέ φησιν, ὅτι « Ἐβουλόμην πρότερον ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. » Τί οὖν; ἑαυτῷ ἐναντιοῦται; Μὴ γένοιτο! Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι Ἔγραψα δι' ὑμῶν ἀπελθεῖν εἰς Μακεδονίαν, ἀλλ', « Ἐβουλόμην. » Εἰ γὰρ καὶ οὐχ οὕτως ἔγραψα, φησὶν, ὅμως ἐσπούδαζον καὶ ἐβουλόμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς καὶ πρὶν Μακεδονίαν ἰδω· τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ ῥᾳθυμῆσαι ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ὑστερῆσαι τῆς ὑποσχέσεως, ὥστε καὶ προφθάσαι αὐτὴν ἠθέλησα.

« Καὶ πάλιν ἀπὸ Μακεδονίας ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι εἰς τὴν Ἰουδαίαν. » Ἐν τῇ προτέρᾳ Ἐπιστολῇ ἀδιορίστως εἶπεν· « Ἵνα ὑμεῖς με προπέμψητε οὗ ἐὰν πορεύσωμαι· » δεδοικὼς μήπως εἰπών, ὅτι Εἰς τὴν Ἰουδαίαν, εἶτα ὑπὸ B τοῦ Πνεύματος ἑτέρωθι ἀναγκασθεὶς ἀπελθεῖν, φανῇ ψεύστης. Νῦν δὲ ἐπειδὴ ἀπέτυχε τοῦ πρὸς αὐτοὺς ἐλθεῖν, θαῤῥῶν λέγει λοιπὸν, ὅτι Εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἤθελον προπεμφθῆναι ὑφ' ὑμῶν· ἀλλ' ὁ Θεὸς οὔτε εἰς ὑμᾶς ὅλως ἐλθεῖν εὐδόκησεν, οὔτε εἰς τὴν Ἰουδαίαν ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι. Ἄκουε οὖν καὶ τῶν ἑξῆς·

« Τοῦτο οὖν βουλόμενος, μήτι ἄρα τῇ ἐλαφρίᾳ ἐχρησάμην; Ἢ ἃ βουλεύομαι, κατὰ σάρκα βουλεύομαι, ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ οὒ, οὔ; » Ἐνταῦθα ἐκδηλότερον ἀπολογεῖται ὑπὲρ τῆς βραδύτητος, καὶ φησιν, ὅτι Βουλόμενος ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, τίνος ἕνεκεν οὐκ ἦλθον; ἄρα ὡς ἐλαφρὸς καὶ εὐρίπιστος, καὶ ἄλλοτε ἄλλα φρονῶν; Οὐδαμῶς. Ἄρα δὲ κατὰ σάρκα, τουτέστιν, ἀνθρωπίνως βουλεύομαι, καὶ C οἰκεία γνώμῃ διοικοῦμαι, ὥστε ὃ ἀφορίσω παρ' ἐμαυτῷ, τοῦτο καὶ πληρῶ, κἂν τε ναὶ, κἂν τε οὔ; Οὐκ ἔστιν οὐδὲ τοῦτο. Ἀλλὰ τῷ Πνεύματι ἄγομαι, καὶ οὐκ ἔχω ἐξουσίαν ὅπου θέλω ἀπιέναι, ἀλλ' ὅπου ἐκεῖνο προστάξει. Ὥστε πολλάκις παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ οὐκ ἔστι ναὶ, διὰ τὸ μὴ καὶ τῷ Πνεύματι δόξαι τοῦτο· οὐδὲ τὸ οὔ, οὔ, διότι ὅπερ ἐγὼ ἀπαναίνομαι, τοῦτο κελεύει τὸ Πνεῦμα. Ὅρα δὲ σοφίαν, πῶς ὅπερ οἱ διαβάλλοντες πρόφασιν λοιδορίας ἐποιοῦντο, τὸ μὴ ἐλθεῖν ὑποσχόμενον, τοῦτο αὐτὸς ἐν ἐγκωμίου μοίρᾳ τάττει, τὸ μὴ ἐξουσιάζειν ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἄγεσθαι ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ὅπου ἂν ἐκείνῳ δοκῇ. Τί δέ; ἐκεῖνα ἃ ὑπισχνεῖτο, οὐ μετὰ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐνεργείας ὑπισχνεῖτο, ἀλλ' ἠγνόει τὸ μέλλον; Ἠγνόει· οὐ γὰρ πάντα ἐπίστατο· ὥστε [24] καὶ ἀσύμφορα ηὔχετο, ὡς D ἐπὶ τοῦ σκόλοπος. Καὶ ἐν ταῖς Πράξεσι δὲ εὑρίσκεται βουλόμενος ἀπελθεῖν ἀλλαχοῦ, καὶ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος κωλυόμενος. Τοῦτο δὲ συμφερόντως ὁ Θεὸς ἐποίει, ἵνα μὴ ὡς θεοῖς αὐτοῖς προσέχωσιν οἱ ἄνθρωποι· ὅπερ οἱ Λυκάονες ἔπαθον.

« Πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς, ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἐγένετο [25] ναὶ, καὶ οὔ. » Ἀντίθεσιν ἀνακύπτουσαν λύει. Εἰκὸς γὰρ εἰπεῖν τινα· Εἰ ἅπερ λέγεις οὐκ

Vers. 16. « Ac per vos transire in Macedoniam. » Atqui in priore Epistola dixerat [g], « Veniam ad vos ubi Macedoniam transiero: » hic vero ait, « Volui prius venire ad vos. » Quid igitur? secum ipse pugnat? Haudquaquam. Non enim dixit, Scripsi per vos me abiturum in Macedoniam, sed, « Volui. » Etiamsi enim non sic scripsi, inquit, studebam tamen et volebam venire ad vos priusquam Macedoniam inviserem: tantum abest ut ex socordia intermiserim quominus ad vos venirem, ac non starem promissioni, ut et prævenire illam voluerim.

« Et iterum a Macedonia venire ad vos, et a vobis deduci in Judæam. » In priore Epistola indefinite dixit, « Ut vos me deducatis quocunque iero, » veritus ne si dixisset, in Judæam, et a Spiritu alio coactus fuisset proficisci, mendax esse videretur. Jam nunc vero quandoquidem ad eos proficisci non contigit, ideo audacter dicit, quod in Judæam volui a vobis deduci: at Deo visum est, ut neque omnino ad vos venirem, neque a vobis in Judæam deducerer. Audi igitur quæ sequuntur.

Vers. 17. « Cum ergo hoc voluissem, numquid levitate usus sum? Aut quæ cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me, næ, næ, et non, non? » Hic clarius rationem reddit tarditatis suæ, inquiens, Cum ad vos venire decrevissem, cujus causa non veni? Num quia levis et inconstans sim, et qui alias alia sentiat? Nequaquam. Num igitur secundum carnem, id est, humano more delibero, et propria voluntate gubernor, ut quod constituero apud meipsum, idem et impleam, sive sit næ, sive sit non? Haud sic istud habet. Sed Spiritu agor, nec mihi copia est facta, ut quo velim proficiscar, sed quo ille injunxerit. Itaque sæpenumero apud me næ non est næ, propterea quod non etiam Spiritui hoc placeat: neque non apud me sit non, **248** quandoquidem id quod ego renuo, Spiritus jubet. Observa autem ejus sapientiam, quomodo quod calumniatores occasionem convicii faciebant, quia non venisset, cum promisisset tamen, hoc ipse encomii loco ponit, nempe, quod sui potestatem non habeat, cæterum quod a Spiritu agatur quorsum is voluerit. Quid vero? Illa quæ promittebat, nonne cum Spiritus operatione promittebat, sed ignorabat quid futurum esset? Ignorabat. Non enim omnia norat. Itaque pro iis orabat, quæ inutilia erant, ut cum de stimulo a se auferendo oraret. In Actis etiam invenitur quod voluerit alio abire, sed a Spiritu sit prohibitus [h]. Id vero commode faciebat Deus, ne homines illis ut diis essent intenti, id quod Lycaonibus accidit [i].

Vers. 18. « Fidelis autem Deus, quia sermo noster qui fuit apud vos, non fuit næ et non. » Objectionem emergentem diluit. Verisimile enim erat

[g] I Cor. xvi, 15. [h] Act. xvi, 6. [i] Act. xiv, 10.

Variæ lectiones

[24] ὅς γε o. [25] ἔστι o.

Digitized by Google

dicturum quempiam, Si quæ dicis non sunt firma, sed sæpe dicis næ, et invenitur non, metuimus ne quo modo et sermo tuus et prædicatio talis sit, nempe næ et non, hoc est, inconstans et instabilis. Hunc igitur dissolvens, Quod promiseram, inquit, venire ad vos, meum erat, unde et a proposito decidi. Prædicatio autem Dei est, et quæ Dei sunt fallere non possunt : propterea etiam inquit, « Fidelis est Deus, » hoc est, verus. Proinde, quia verus est, neque verbum ipsius erga vos, quod nos prædicavimus, inconstans et instabile erit, ut alias quidem sit næ, alias vero non.

A εἰσὶ βέβαια, ἀλλὰ πολλάκις λέγεις ναὶ, καὶ εὑρίσκεται οὗ, δεδοίκαμεν μήπως καὶ ὁ λόγος σου καὶ τὸ κήρυγμα τοιοῦτόν ἐστι, ναὶ καὶ οὔ· τουτέστιν ἄστατον καὶ ἀβέβαιον. Φησὶν οὖν λύων ταύτην, ὅτι τὸ μὲν ἐπαγγείλασθαι ἐλθεῖν ἐμὸν ἦν, διὸ καὶ ἀπέτυχον· τὸ δὲ κήρυγμα τοῦ Θεοῦ ἐστι, καὶ ἀμήχανον διαψεύσασθαι τὰ τοῦ Θεοῦ· διὸ καὶ ἔφη· « Πιστὸς ὁ Θεὸς, » τουτέστιν, ἀληθής. Ὥστε, ἐπεὶ ἀληθής ἐστιν, οὐδὲ ὁ λόγος αὐτοῦ ὁ πρὸς ὑμᾶς, ὃν ἡμεῖς ἐκηρύξαμεν, ἄστατός ἐστι καὶ ἀβέβαιος, καὶ ποτὲ μὲν, ναὶ, ποτὲ δὲ, οὔ.

Vers. 19. « Dei enim Filius Jesus Christus, qui in vobis est per nos prædicatus, per me et Silvanum et Timotheum, non fuit næ et non, sed næ in eo fuit. » Deinceps dicit qualis sermo non fuerit næ et non. « Qui in vobis prædicatus est, non fuit næ et non, » hoc est, non hoc quidem nunc prædicabatur, nunc vero aliud : verum næ fuit, hoc est, firmiter et inconcusse prædicatus est. Recenset autem et multitudinem eorum qui prædicaverunt, testimonium fide dignum faciens, ac humilitatem docens, cum suos discipulos condoctores faciat.

« Ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ἐν ὑμῖν δι' ἡμῶν κηρυχθεὶς, δι' ἐμοῦ καὶ Σιλουανοῦ καὶ Τιμοθέου, οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ, ἀλλὰ ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν. » Λοιπὸν λέγει ποῖος λόγος· οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ [39]. « Ὁ ἐν ὑμῖν κηρυχθεὶς οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ· τουτέστιν, οὐ νῦν μὲν τοῦτο ἐκηρύττετο, νῦν δὲ τοῦτο· ἀλλὰ ναὶ ἐγένετο, τουτέστι, βεβαίως [41] καὶ ἀπαρασαλεύτως ἐκηρύχθη. Καταλέγει δὲ καὶ τὸ τῶν κηρυξάντων πλῆθος, ἀξιόπιστόν τε τὴν μαρτυρίαν ποιῶν, καὶ ταπεινοφροσύνην διδάσκων, ὅτι τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς συνδιδασκάλους ποιεῖται.

Vers. 20. « Quotquot enim sunt promissiones Dei, in ipso sunt næ, et in ipso Amen, Deo ad gloriam per nos. » In prædicatione multa sunt quæ promittuntur, resurrectio mortuorum, filiorum adoptio, ac simpliciter spes futuri sæculi. Ait ergo quod non solum verbi ministerium adeoque prædicatio similiter habeat, ac firmiter prædicata sit, verum etiam quæ in ipsa sunt promissiones. Dei enim sunt : quæcunque autem promisit Deus, « in ipso næ, et Amen » habent, id est, robur et stabilitatem. Non enim in homine quopiam complentur, sed in ipso Deo. Stabiles **249** itaque sunt. Quinetiam ad gloriam ejus faciunt. Etiamsi enim ob nihil aliud prorsus, ob suam tamen ipsius gloriam Deus promissiones suas complebit. Quomodo vero complebit eas? « Per nos, » hoc est, per beneficia quæ in nos ille confert. Nos enim ipsi sumus occasio sua implendi promissa, qui promissa accipimus. Quod si promissiones Dei firmæ sunt, multo magis ipse, et qui de ipso est sermo, erit firmus. Vel, « per nos, » aliter est accipiendum, hoc est, ad gloriam Dei, quæ per nos ipsi est oblata : per nos enim glorificatur.

« Ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι Θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ ναὶ, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ Ἀμὴν, τῷ Θεῷ πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν. » Ἐν τῷ κηρύγματι πολλά ἐστι τὰ ἐπαγγελλόμενα, ἀνάστασις νεκρῶν, υἱοθεσία, καὶ ἁπλῶς, ἐλπίδες τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Φησὶν οὖν, ὅτι οὐ μόνον τὸ κήρυγμα ἀεὶ ὡσαύτως ἔχει, καὶ βεβαίως ἐκηρύχθη, ἀλλὰ καὶ αἱ ἐν αὐτῷ ἐπαγγελίαι· τοῦ Θεοῦ γάρ εἰσιν. Ὅσα δὲ ὑπέσχετο ὁ Θεὸς, « ἐν αὐτῷ τὸ ναὶ, καὶ τὸ Ἀμὴν » ἔχουσι· τουτέστι, τὸ βέβαιον. Οὐ γὰρ ἔν τινι τῶν ἀνθρώπων πληροῦνται, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ· ὥστε βέβαιά εἰσιν. Ἀλλὰ καὶ πρὸς δόξαν αὐτοῦ εἰσι· καὶ πάντως, εἰ καὶ μὴ διά τι ἄλλο, διὰ γοῦν τὴν οἰκείαν δόξαν ὁ Θεὸς τὰς αὐτοῦ ἐπαγγελίας πληρώσει [39]. Πῶς δὲ πληρώσει ταύτας; « Δι' ἡμῶν· » τουτέστι, διὰ τῶν πρὸς ἡμᾶς εὐεργεσιῶν. Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν αὐτῷ πρόφασις τοῦ πληροῦν τὰς ἐπαγγελίας, οἱ δεχόμενοι τὰ ἐπαγγελλόμενα. Εἰ τοίνυν αἱ ἐπαγγελίαι τοῦ Θεοῦ βέβαιαί εἰσι, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς καὶ ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος ἔσται βέβαιος. Ἢ τὸ, « Δι' ἡμῶν, » καὶ ἄλλως ἐκληπτέον· τουτέστι, πρὸς δόξαν Θεοῦ, τὴν δι' ἡμῶν αὐτῷ προσαγομένην [38]· δι' ἡμῶν γὰρ δοξάζεται.

Vers. 21, 22. « Qui autem confirmat nos vobiscum in Christum, et qui unxit nos, Deus est : qui et signavit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. » Supra dixit quod Deus impleat promissiones : jam confirmat hoc, Quod vos, inquiens, et ego doctor vester, firmiter stemus in fide erga Christum, ipse dedit, qui et unxit nos et signavit : hoc est, prophetas, sacerdotes et reges nos fecit. Talis enim est unusquisque qui baptizatus est : nempe propheta, quippe qui viderit quæ oculus non

« Ὁ δὲ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς Χριστὸν, καὶ χρίσας ἡμᾶς, Θεός· ὁ καὶ σφραγισάμενος ἡμᾶς, καὶ δοὺς τὸν ἀρραβῶνα τοῦ Πνεύματος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. » Εἰπὼν ἀνωτέρω, ὅτι αὐτὸς πληροῖ τὰς ἐπαγγελίας, κατασκευάζει νῦν τοῦτο, καὶ φησιν, ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ βεβαίως ἑστάναι ἐν τῇ πίστει τῇ εἰς Χριστὸν ὑμᾶς, καὶ ἐμὲ αὐτὸν τὸν διδάσκαλον ὑμῶν, αὐτὸς δίδωσι, καὶ αὐτὸς ἔχρισεν ἡμᾶς καὶ ἐσφράγισε· τουτέστι, προφήτας, καὶ βασιλεῖς, καὶ ἱερεῖς εἰργάσατο. Τοιοῦτος γὰρ πᾶς βαπτισθεὶς· προφήτης, ὡς

Variæ lectiones.

[39] ναὶ καὶ οὔ· ὁ γὰρ Υἱὸς φησὶ, τοῦ Θεοῦ, ὁ ἐν m. [41] γενναίως o. [38] ἐκπληρώσει m. [39] προσγινομένην m.

Digitized by Google

ἰδὼν ἡ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν· ἱερεῖς, ὡς ὀφείλων ἑαυτὸν προσάγειν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ· καὶ βασιλεὺς, ὡς Θεοῦ τοῦ παμβασιλέως υἱὸς γεγονὼς, καὶ τῆς μελλούσης κληρονόμος βασιλείας, καὶ ὡς νῦν βασιλεύων τῶν ἀτόπων λογισμῶν, καὶ τοῦ κόσμου παντὸς ὑπερκείμενος. Ὥσπερ οὖν τὸ παλαιὸν οἱ ἱερεῖς καὶ βασιλεῖς ἐχρίοντο τῷ ἐλαίῳ· οὕτω καὶ νῦν ἡμεῖς τῷ Πνεύματι ἐχρίσθημεν, δόντος τοῦ Θεοῦ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν τὸν ἀρραβῶνα τοῦ Πνεύματος· εἰ δὲ τὸν ἀρραβῶνα ἔδωκε, καὶ τὸ πᾶν δώσει πάντως. Ἀρραβῶνα δὲ λέγει τὰ νῦν χαρίσματα τοῦ Πνεύματος. Ἐκ μέρους γὰρ γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν· τότε δὲ τὸ τέλειον [35] ἀπολῃψόμεθα, ὅτε φανερωθήσεται ὁ Χριστὸς ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. Μὴ τοίνυν νομίζετε, ὅτι ἡμεῖς ἐσμεν οἱ ἐπαγγελλόμενοι ὑμῖν, καὶ ἴσως ψευσόμεθα. Οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ ἡμεῖς ἐσμεν οἱ στηρίζοντες ὑμᾶς, ἀλλ' ὁ Θεὸς καὶ ἐπαγγέλλεται, καὶ στηρίζει, καὶ ἐμὲ, καὶ ὑμᾶς. Αὐτὸς οὖν μέλλει τὰ πάντα πληροῦν. Ἔξωθεν γὰρ ὀφείλεις συνυπακοῦσαι, ὅτι Ὃ τάδε καὶ τάδε ποιήσας Θεὸς, αὐτὸς πληροῖ τὰς οἰκείας ὑποσχέσεις.

« Ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦμαι ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν, ὅτι φειδόμενος ὑμῶν, οὐκέτι ἦλθον εἰς Κόρινθον. » Καὶ μὴν ἀνωτέρω εἶπεν, ὅτι Διὰ τοῦτο οὐκ ἦλθον, ὅτι οὐκ εἶχον ἐξουσίαν ἐμαυτοῦ, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἐκωλύθην. Πῶς οὖν νῦν λέγει, ὅτι Διὰ τὸ φείδεσθαι ὑμῶν οὐκ ἦλθον; Ἢ καὶ τοῦτο αὐτὸ τοῦ Πνεύματος ἦν. Τὸ γὰρ Πνεῦμα ὑπέβαλεν αὐτῷ μὴ παραγενέσθαι, τὴν φειδὼ τὴν αὐτῶν προβαλλόμενον. Ἢ ὅτι κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν τὸ Πνεῦμα ἐκώλυεν, ὕστερον δὲ καὶ αὐτὸς ἐπιλογισάμενος, ὅτι τοῦτο βέλτιον, ἔμεινεν. Ὅρα δὲ τὴν σοφίαν αὐτοῦ· Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι ἔλεγον, ὅτι Διὰ τοῦτο οὐκ ἦλθες, διότι, ὡς ἔοικεν, ἐμίσησας ἡμᾶς· αὐτὸς τοὐναντίον φησὶν, ὅτι Διὰ τοῦτο οὐκ ἦλθον, ὅτι φείδομαι ὑμῶν. Τοῦτο δὲ λέγει, διότι ἦσάν τινες παρ' αὐτοῖς ἁμαρτάνοντες [36], καὶ μὴ μετανοήσαντες, οἷς [36a] ἐπεξῆλθεν ἄν, εἰ παρεγένετο, καὶ εὗρεν ἀδιορθώτους. Περιέμενεν οὖν, ἵνα ὅταν διορθώσωνται, τότε ἔλθῃ, καὶ μὴ εὕρῃ κολάσεως ἀφορμήν.

« Οὐχ ὅτι κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως, ἀλλὰ συνεργοί ἐσμεν τῆς χαρᾶς ὑμῶν. » Ἐπειδὴ αὐθεντικώτερον ἐδόκει ὃ εἶπεν (ἐκείνων γάρ τι; φείδεται, οὓς κολάσαι κύριός ἐστι), θεραπεύει τὸ τοῦ λόγου τραχὺ, καὶ φησιν, ὅτι Εἶπον, φείδεσθαι ὑμῶν, οὐ διὰ τὸ ἐξουσίαν ἔχειν τῆς πίστεως ὑμῶν (προαιρέσεως [36b] γάρ ἐστιν ἡ πίστις, καὶ οὐδεὶς ἀναγκάζει πιστεῦσαι τὸν μὴ βουλόμενον), ἀλλὰ διότι ἡ ὑμετέρα χαρά ἐμή ἐστιν, οὐκ ἦλθον, ἵνα μὴ ἐμβάλω ὑμᾶς εἰς λύπην, καὶ λυπηθῶ κἀγώ. Πάντα γὰρ ἐργάζομαι ὑπὲρ τῆς χαρᾶς ὑμῶν, καὶ διὰ τοῦτο ἔμεινα· ἵνα διορθωθέντας ἀπὸ τῆς ἀπειλῆς μόνης εὑρὼν, ἀλύπους ὑμᾶς διατηρήσω.

A vidit, nec auris audivit. Sacerdos etiam, ut qui debeat seipsum offerre hostiam viventem, sanctam, beneplacentem Deo. Tum rex, ceu Dei summi regis et imperatoris filius factus, futurique regni hæres, et qui nunc regnet domineturque in omnes absurdas cogitationes, constitutusque sit supra universum mundum. Perinde igitur ut apud priscos, sacerdotes et reges inungebantur oleo : ita etiamnum nos Spiritu inuncti sumus dante Deo arrhabonem Spiritus in cordibus nostris. Quod si arrhabonem dedit, totum omnino etiam dabit. Arrhabonem autem appellat quæ nunc dantur charismata Spiritus. Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus : tum vero perfectum absolutumque percipiemus, quando manifestabitur Christus in gloria sua.
B Ne igitur arbitremini nos esse qui polliceamur, deinceps forsan mendaces inveniendi. Minime enim gentium nos sumus qui fulcimus vos : verum Deus est, qui et promittit, et firmat cum me tum vos. Ipse enim omnia adimplebit. Subaudire enim te oportet, quod Deus hæc et illa faciens, ipse etiam complet proprias promissiones.

Vers. 23. « Ego autem testem Deum invoco in animam meam, quod parcens vobis, nondum venerim Corinthum. » Atqui supra dixit, Propterea non veni, quia non habuerim mei ipsius potestatem, sed a Spiritu sim prohibitus. Qui igitur nunc ait, Ut parcerem vobis non veni? Vel hoc ipsum a Spiritu erat : Spiritus enim ei suggessit ne veniret, proponens nimirum et consulens quo eis parcat : vel quia
C Spiritus primum inhibuerit, post vero **250** et ipse secum reputaverit sic melius esse, ideoque manserit. Sapientiam hic ipsius animadverte. Cum enim illi dicerent, Propterea non venisti, quod, ut videtur, oderis nos, ipse contrarium ait, Eam ob causam non veni ad vos, quod vobis parcerem. Hoc autem refert, quia nonnulli apud eos fuerint peccantes et impœnitentes, de quibus supplicium sumpsisset, si non reformatos invenisset. Exspectavit igitur tantisper dum correxerint mores suos, ac tum veniat, nec puniendi occasionem inveniat.

Vers. 24. « Non quod dominemur fidei vestræ, sed adjutores sumus gaudii vestri. » Quia videbatur majoris auctoritatis quod dixerat (illis enim
D quispiam parcit, in quos puniendi jus habet), asperitatem jam orationis curat et mitigat : Non dixi, inquiens, me vobis parcere, eo quod sit mihi jus in fidem vestram (liberæ namque voluntatis fides est, neque quisquam cogit nolentem credere); verum quia vestra lætitia mea est, non veni, ne conjiciam vos in mœrorem, ac simul vobiscum mœream. Omnia enim facio pro gaudio vestro, eamque ob causam adventum meum distuli, ut per solas minas vos ad meliorem statum translatos inveniens, mœroris expertes conservem.

Variæ lectiones.

[35] συνάλλαγμα o. [36] ἁμαρτόντες o. [36a] οὓς o. [36b] προαίρεσις o.

Digitized by Google

« Nam fide statis. » Submisse cum eis disserit, propterea quod non parum eos percusserat in priore Epistola. Quod autem ait, est hujusmodi : In his quæ ad fidem attinent, statis : non potui igitur quidquam hoc nomine de vobis conqueri. In aliis vero concussi eratis, et vacillabatis : quæ qui non emendassent, incessissem eos, meritoque mœrore affecissem, quandoquidem et ipse contristatus essem.

A

CAPUT II.

Vers. 1. « Statui autem hoc apud meipsum, ne iterum in tristitia venirem ad vos. » Cum « iterum » ait, indicat se antehac quoque mœrore affectum fuisse. Non autem aperte dixit, Alias etiam mœrore affecistis me : sed aliter, Ea de re non veni ad vos, ne iterum vos contristem : quod eumdem quidem sensum habet. Ideo enim ille eos mœrore affecit objurgationibus, quandoquidem et ipsum contristaverant delictis. Attamen non peræque ferit.

B

Vers. 2. « Si enim ego vos contristo, ecquis est qui me lætificet, nisi qui ex me contristatur? » Etsi contristem vos, cum vos increpo et aversor, ex hoc tamen exhilaror, quia video me plurimi apud vos fieri, adeo ut mordeat vos, si quando vos averser vel objurgem. Nemo enim, inquit, me adeo exhilarat ac is qui contristatur, cum conspiciat me ira percitum. Indicat enim quod non contemnit **251** me. Unde cum melioris vitæ spem præbeat, exhilarat me.

Vers. 3. « Et scripsi vobis hoc ipsum. » Quale? Quod parcens vobis non veni. Ubi autem scripsi? In hac ipsa Epistola.

C

« Ne cum venero, tristiam habeam propter quos oportebat me gaudere. » Propter hoc ipsum, inquit, nunc scripsi vobis, ut corrigamini, ne impœnitentibus ac non emendatis assistens, mœrore afficiar propter vos, quos oportebat lætitiæ ansam mihi præbere.

« Confidens de omnibus vobis, quod gaudium meum omnium vestrum est. » Scripsi, inquit, confidens quod emendaturi sitis vos, atque ita me gaudio affecturi. « Meum autem gaudium omnium vestrum est. » Ea de causa dixi, « ut non contrister, » non meum, sed, vestrum potius commodum spectans. Novi enim quod si conspexeritis me lætantem, lætemini et vos : sin dolentem, et vos doleatis.

D

Vers. 4. « Nam ex multa afflictione et anxietate cordis scripsi vobis per multas lacrymas. » Cum supra dixerat, « Qui contristatur, exhilarat me, » ne dicant, Eo niteris in mœrorem conjicere nos, ut ipse exhilareris, Propterea, inquit, vehementer etiam mihi dolet, plus quam vobis peccantibus. Non enim simpliciter ex afflictione, sed, « ex multa : » neque per lacrymas simpliciter, sed, « per multas, » et anxietate cordis scripsi ; » hoc est, sufficienter.

« Τῇ γὰρ πίστει ἑστήκατε. » Ὑπεσταλμένως αὐτοῖς διαλέγεται, διὰ τὸ πολλὰ αὐτοὺς πλῆξαι ἐν τῇ πρωτέρᾳ Ἐπιστολῇ. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐν μὲν τοῖς κατὰ πίστιν ἑστήκατε. Οὐκ οὖν ἐν τούτοις εἶχόν τι μέμψασθαι ὑμᾶς· ἐν ἄλλοις δὲ ἐσαλεύεσθε· ἃ μὴ διορθωσαμένοις ἐπεξῆλθον ἄν, καὶ εἰκότως ἐλύπησα ἄν, ὡς καὶ αὐτὸς λυπηθείς.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

« Ἔκρινα δὲ ἐν ἐμαυτῷ τοῦτο, τὸ μὴ πάλιν ἐν λύπῃ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. » Τὸ, « Πάλιν, » δείκνυσιν αὐτὸν καὶ ἄλλοτε λυπηθέντα. Οὐκ εἶπε δὲ φανερῶς, ὅτι Ἐλυπήσατέ με καὶ ἄλλοτε· ἀλλ' ἑτέρως, ὅτι Διὰ τοῦτο οὐκ ἦλθον, ἵνα μὴ πάλιν λυπήσω ὑμᾶς· ὁ τὴν αὐτὴν μὲν διάνοιαν ἔχει (διὰ τοῦτο γὰρ πάντως καὶ αὐτὸς ἐλύπει αὐτοὺς τοῖς ἐπιτιμίοις, ὅτι αὐτοὶ ἐλύπουν αὐτὸν τοῖς ἁμαρτήμασι), πλὴν οὐχ ὁμοίως ἐστὶ πληκτικόν.

Vers. 7. « Unusquisque prout destinat in corde suo, non ex tristitia aut necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. » In sermone de promptitudine in dando immoratur, compertum habens Macedonum exemplum sufficere ad hoc, ut excitet eos quo plura dent, utque pudefaciat eos, si inferiores illis appareant. Ipsorum autem mentem sanat, ut sit etiam virtus quod ab ipsis fit. Nam si involuntarium est, non est virtus. Ideo ceu verus præceptor, discipulos suos omnino vult pro virtutis ratione facere quod faciunt. Simul autem ut et merces ipsis tota contingat, voluntario faciunt bonum : nam involuntarium mercedem minuit. Ob eam causam, inquit, « Unusquisque ut in corde suo destinat » sive prædeliberat, « et non ex mœrore, aut necessitate. » Testimonium præterea ex Solomone producit. Atqui sermo sapienti de largitate dictus est, ipse vero intellexit eum de promptitudine in dando : aut si malis, ad utraque retulit.

Vers. 8. « Potens est autem Deus omnem gratiam exuberantem facere erga vos. » Hisce verbis cogitationem subvertit quam multi habemus dicentes : Si multa dedero, metuo ne ad paupertatem redigar. Ait igitur : Deus potest adeo vos rerum copia affluentes facere, ut et omnem gratiam, hoc est eleemosynam, possitis cum exuberantia facere. Date igitur largiter, ut eleemosyna vestra magis magisque exuberet.

« Ut in omni re omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum. » Viden'? non opes ipsis exoptat, sed sufficientiam. Hoc autem dicens, indicat quod neque adigat, neque compellat eos ex inopia dare : neque enim sufficientiam deinceps haberent. Simul autem docet ubinam oporteat donis Dei uti. « Ut abundetis » enim, inquit, « ad omne opus bonum. » Siquidem in carnalibus vobis sufficientiam exopto : in spiritualibus autem (hoc enim est quod ait, « ad omne opus bonum ») abundantiam etiam vobis **292** imprecor, ut nedum abunde misericordes sitis, verum etiam omne opus Deo placens liberaliter faciatis.

Vers. 9. « Sicut scriptum est : Dispersit, dedit

Digitized by Google

pauperibus, justitia ejus manet in sæculum [i]. » Dixit, « ut exuberetis. » Ad istius itaque confirmationem ex propheta testimonium protulit, videlicet, « Dispersit; » hæc enim dictio liberalitatem et exuberantiam indicat. Pecuniæ igitur et facultates non manent : justitia autem, hoc est humanitas (sic enim eam vocat, tanquam quæ hominem justificet, ac peccata solvat), ista scilicet perdurat in sæculum tum præsens tum futurum. Hinc enim est quod misericors ab omnibus, et progenies ejus a posteris diligitur.

VERS. 10. « Qui autem administrat semen seminanti, et panem ad manducandum præstet, et multiplicet semen vestrum, et crescere faciat germina justitiæ vestræ. » Sub eisdem verbis et corporalia et spiritualia illis exoptat, sermonique suo auctoritatem a sensibili agricultura conciliat. Si enim terræ semina mandantibus Deus impertit semen, ac si corpus alentibus alimoniam præbet : multo magis cœlum colentibus animamque alentibus. Dicens igitur, « Præstet et multiplicet semen vestrum, » de divitiis sensibilibus loquitur, quas vult spirituale semen effici, dum pauperibus erogantur. Hinc enim crescit omne bonum opus in nobis, atque adeo justitiæ manipuli augescunt : propterea infert, « Et crescere faciat germina justitiæ vestræ. » Illic autem nota, quod Deum non delicias, sed alimoniam impertientem introducat : « Panem » enim, inquit, « ad manducandum [i]. » Istud autem ex Isaia desumptum est.

VERS. 11. « In omnibus ditescentes ad omnem simplicitatem, quæ efficit per nos gratiarum actionem Deo. » Indicat hic rursus quomodo nos divitiis uti oporteat. Ait enim quod non sunt defoliendæ, cæterum ad omnem simplicitatem habendæ, hoc est cum liberalitate erogandæ. Quoniam vero haud parum multi in scorta et mimos simplicitatem ostendant, Talem, inquit, simplicitatem dico, quæ multam gratiarum actionem affert Deo : imo vero non solum gratiarum actionem, verum et multa alia quæ in progressu Epistolæ deinceps ponit, ut, sic ostendens multa illa bona ex simplicitate orta, proniores eos ad hanc efficiat.

VERS. 12-14. « Quoniam ministerium hujus officii non solum supplet ea quæ desunt sanctis, verum etiam abundat per multas gratiarum actiones Deo, per probationem ministerii hujus, glorificantes Deum in obedientia confessionis vestræ in Evangelium Christi, in simplicitate communicationis in **293** ipsos et in omnes : et ipsorum precatione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis. » Ministerium, inquit, illi est pecuniarum suppeditatio, multa perficit. Etenim non solum repletis indigentiam fratribus,

A πένησιν, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα. » Εἶπεν, ὅτι « Ἵνα περισσεύητε. » Κατασκευάζων τοίνυν τοῦτο ἀπὸ τοῦ προφήτου παρήνεγκε [39] μαρτυρίαν, τὸ, « Ἐσκόρπισεν. » Ἡ λέξις γὰρ αὕτη τὴν δαψίλειαν καὶ περισσείαν ἐμφαίνει. Τὰ μὲν οὖν χρήματα οὐ μένει· ἡ δὲ δικαιοσύνη, τουτέστιν ἡ φιλανθρωπία (οὕτω γὰρ αὐτὴν καλεῖ, ὡς δικαιοῦσαν τὸν ἄνθρωπον καὶ διαλύουσαν τὰ ἁμαρτήματα), αὕτη γοῦν μένει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τὸν ἐνταῦθα, καὶ τὸν ἐκεῖ. Κἀντεῦθεν γὰρ ὁ ἐλεήμων ἀγαπητὸς πᾶσι, καὶ τοῖς ὀψιγόνοις οἱ ἀπόγονοι αὐτοῦ.

« Ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν ἐπιχορηγήσαι, καὶ πληθύναι τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ αὐξήσαι τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν. » Ἐπεύχεται αὐτοῖς ἐν ταὐτῷ καὶ
B σωματικὰ καὶ πνευματικά, καὶ ἀξιόπιστον ποιεῖται τὸν λόγον ἀπὸ τῆς αἰσθητῆς γεωργίας [40]. Εἰ γὰρ τοῖς τὴν γῆν σπείρουσι σπέρμα δίδωσιν ὁ Θεὸς, καὶ εἰ τοῖς τὸ σῶμα τρέφουσι παρέχει τροφήν· πολλῷ μᾶλλον τοῖς τὸν οὐρανὸν γεωργοῦσι, καὶ τὴν ψυχὴν τρέφουσιν. Εἰπὼν οὖν, « Χορηγήσαι καὶ πληθύναι τὸν σπόρον ὑμῶν, » περὶ τοῦ αἰσθητοῦ πλούτου λέγει, ὃν βούλεται σπόρον γενέσθαι πνευματικὸν τοῖς πένησι διδόμενον. Ἐκ τούτου γὰρ αὔξεται πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐν ἡμῖν, καὶ τὰ δράγματα τῆς δικαιοσύνης· διὸ καὶ ἐπάγει· « Καὶ αὐξήσαι τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν. » Σημείωσαι δὲ κἀνταῦθα, ὅτι οὐ τροφὴν, ἀλλὰ τροφὴν διδόντα ἡμῖν εἰσάγει τὸν Θεόν. « Ἄρτον » γὰρ, φησὶν, « εἰς βρῶσιν. »
C Τοῦτο δὲ τοῦ Ἱερεμίου ἐστίν.

« Ἐν παντὶ πλουτιζόμενοι εἰς πᾶσαν ἁπλότητα, ἥτις κατεργάζεται δι' ἡμῶν εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ. » Καὶ πάλιν δείκνυσι, πῶς τῷ πλούτῳ δεῖ χρᾶσθαι. Φησὶ γὰρ ὅτι οὐ κατορύττειν χρὴ, ἀλλ' εἰς πᾶσαν ἁπλότητα ἔχειν, τουτέστι, μετὰ δαψιλείας κενοῦν. Ἐπεὶ δὲ πολλοὶ εἰς πόρνας καὶ μίμους ἐνδείκνυνται τὴν ἁπλότητα, φησὶν, ὅτι Τοιαύτην ἁπλότητά φημι, ἥτις εὐχαριστίαν πολλὴν φέρει τῷ Θεῷ· μᾶλλον δὲ οὐκ εὐχαριστίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ, ἃ τίθησι προϊών· ἵνα δείξας πολλὰ τὰ ἀγαθὰ ἐκ τῆς ἁπλότητος [39] τικτόμενα, προθυμοτέρους εἰς ταύτην ἐργάσηται.

D « Ὅτι ἡ διακονία τῆς λειτουργίας ταύτης οὐ μόνον ἐστὶ προσαναπληροῦσα τὰ ὑστερήματα τῶν ἁγίων, ἀλλὰ καὶ περισσεύουσα διὰ πολλῶν εὐχαριστιῶν τῷ Θεῷ (διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης δοξάζοντες τὸν Θεὸν ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας ὑμῶν εἰς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἁπλότητι τῆς κοινωνίας εἰς αὐτοὺς καὶ εἰς πάντας)· καὶ αὐτῶν δεήσει ὑπὲρ ὑμῶν ἐπιποθούντων ὑμᾶς διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν χάριν τοῦ Θεοῦ ἐφ' ὑμῖν. » Ἡ διακονία, φησὶ, τουτέστιν, ἡ τῶν χρημάτων ἐπιχορηγία, πολλὰ κατορθοῖ. Καὶ γὰρ οὐ μόνον

[i] Psal. CXI, 9. [i] Isa. LV, 10.

Variæ lectiones.

[39] παρήγαγε o. [40] ἀπὸ τῆς θεωρίας o. [39] καὶ τῆς χρηστότητος.

Digitized by Google

πληροῦτε τὴν χρείαν τοῖς ἀδελφοῖς, ἀλλὰ καὶ περισσεύετε· τουτέστι, Πλέον τῆς χρείας αὐτοῖς παρέχετε, καὶ πολλαὶ εὐχαριστίαι γίνονται διὰ τῆς δοκίμου ταύτης καὶ μεμαρτυρημένης ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ διακονίας. Δοξάζουσι γὰρ τὸν Θεὸν, ὅτι οὕτως ὑπετάγητε τῷ Εὐαγγελίῳ, ὥστε τὰ προστάγματα αὐτοῦ μετὰ ἁπλότητος πληροῦν. Τὴν γὰρ ἐλεημοσύνην τὸ Εὐαγγέλιον διδάσκει. Καὶ δι' ἄλλο δοξάζουσι τὸν Θεὸν, ὅτι ἡ ἁπλότης καὶ ἡ ἀγαθότης ὑμῶν, οὐκ εἰς αὐτοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς πάντας τοὺς πιστοὺς πένητας ἐκχεῖται. Οὐ γὰρ ζηλοτυποῦσιν, ὡς οἱ λοιποὶ πτωχοὶ, ἀλλ' εὐχαριστοῦσι, καὶ ὑπὲρ ὧν ἑτέροις διδόατε. Ὁ μεγάλης ἀρετῆς αὐτῶν σημεῖον. Ὥστε δεῖ τοῖς τοιούτοις δαψιλέστερον διδόναι, τοῖς οὕτως ἀφθόνοις, τοῖς οὕτως ἐναρέτοις. Ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὑμῶν δέονται, ὡς ἂν ἀξιωθῶσιν ἰδεῖν ὑμᾶς· ἰδεῖν, οὐ διὰ τὰ χρήματα, ἀλλὰ διὰ τὴν δοθεῖσαν ὑμῖν ὑπερβολικῶς χάριν τοῦ Θεοῦ. Πάλιν δὲ χάριν τὸ τῆς ἐλεημοσύνης πρᾶγμα ἐκάλεσε, τὸ πᾶν τῷ Θεῷ ἀνατιθεὶς, ἵνα μὴ ἐπαίρωνται αὐτοί. Ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν, « Ὑπερβάλλουσαν χάριν τοῦ Θεοῦ, » διεγείρει αὐτοὺς, ἵνα δαψιλεστέραν τὴν φιλοτίμιαν ποιήσωνται, καὶ μὴ ὑπερβάλωσιν αὐτοὺς καὶ νικήσωσιν ἕτεροι.

« Χάρις δὲ τῷ Θεῷ ἐπὶ τῇ ἀνεκδιηγήτῳ αὐτοῦ δωρεᾷ. » Δωρεὰν λέγει τὰ διὰ τῆς ἐλεημοσύνης γινόμενα ἀγαθὰ καὶ τοῖς διδοῦσι, καὶ τοῖς λαμβάνουσιν· ἢ καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀναμιμνήσκει, ὧν ἠξιώθημεν διὰ τῆς σαρκώσεως τοῦ Χριστοῦ, ὡσανεὶ τοιαῦτα λέγων· Μηδὲν μέγα νομίσητε ὑμεῖς ποιεῖν· ἀνεκδιήγητα γάρ εἰσι τὰ ἀγαθὰ ἃ ἐλάβομεν παρὰ Θεοῦ· καὶ εἰ ὀλίγα καὶ φθαρτὰ δῶμεν, τί μέγα;

verum etiam exuberatis, hoc est, plus quam necessarium sit, ipsis exhibetis, multæque gratiarum actiones fiunt per probum hoc et comprobatum propter humanitatem ministerium. Glorificant enim Deum, quod sic subjecti sitis Evangelio, ut expleatis jussa ejus cum liberalitate. Eleemosynam enim Evangelium docet. Alia etiam ratione glorificant Deum, quia simplicitas et bonitas vestra non in ipsos solos, verum in omnes etiam fideles pauperes effunditur. Non enim invidiæ affectu laborant, reliquorum mendicorum instar, verum gratias agunt quod aliis etiam detis : quod maximæ virtutis eorum argumentum est. Quare hujusmodi hominibus largius dandum est, qui adeo invidia vacant, qui adeo virtutibus sunt præditi. Insuper pro vobis etiam apud Deum interpellant, ut digni judicentur videre vos ; videre, non ob pecuniam, verum ob excellentem Dei gratiam excellenter vobis datam. Rursus autem gratiam eleemosynæ negotium vocavit, omnia ita Deo accepta referens, ne ipsi attollantur. Cum autem dicit, « Excellentem gratiam Dei, » excitat eos, ut largiorem munificentiam faciant, ne exsuperentur aut vincantur ab aliis.

Vers. 15. « Gratia autem Deo super inenarrabili dono ejus. » Donum hic nominat bona ipsa quæ per eleemosynam fiunt tum dantibus tum accipientibus : vel bonorum commonefacit, quibus donati dignatique sumus per incarnationem Christi, perinde ac si dicat : Nihil arduum vos facere existimetis ; inenarrabilia enim sunt bona quæ accepimus a Deo. Quid igitur præclari est, si pauca caque corruptibilia demus?

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

« Αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος παρακαλῶ ὑμᾶς διὰ τῆς πραότητος καὶ ἐπιεικείας τοῦ Χριστοῦ. » Ἀπαρτίσας τοὺς περὶ ἐλεημοσύνης λόγους, νῦν ἄρχεται τῶν αὐστηροτέρων, κατά τε τῶν ψευδαποστόλων καὶ τῶν διαβαλλόντων αὐτὸν ὡς ἰδιώτην καὶ εἰκῇ [40] ἀλαζονευόμενον· καὶ μέλλει [41] συνιστάνειν ἑαυτὸν, ἀναγκασθεὶς, ἵνα μὴ τὸ κήρυγμα ἐξευτελισθῇ. Καταλέγει τοίνυν καὶ τὰ ἑαυτοῦ κατορθώματα, καὶ τὴν δοθεῖσαν χάριν τοῦ Θεοῦ. Ὥστε οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι, ἐγκώμιον τοῦ Παύλου ταύτην τὴν Ἐπιστολὴν εἰπών. Τέως δ' οὖν ἀρχομένῳ τοιαύτην τινὰ διάνοιαν ὁ λόγος ἐμφαίνει, πρὸς τοὺς ἀδύνατον αὐτὸν ἀποκαλοῦντας καὶ ἀλαζόνα, ὅτι « Παρακαλῶ ὑμᾶς αὐτὸς ἐγὼ ὁ Παῦλος, » ὁ διδάσκαλος τῆς οἰκουμένης (ἀξίωμα γὰρ ἐμφαίνει τὸ, « Αὐτὸς ἐγὼ ὁ Παῦλος, » ὥσπερ καὶ τὸ, Ἴδε ἐγὼ ὁ Παῦλος λέγω ὑμῖν καὶ δέομαι ὑμῶν, ἵνα μή με ἀναγκάσωσιν οἱ λοιδοροῦντές με, χρήσασθαι τῇ δυνάμει μου κατ' αὐτῶν. Μέγα μὲν οὖν καὶ τὸ αὐτὸν παρακαλεῖν. Ὁ δὲ καὶ τὴν πραότητα τοῦ Χριστοῦ εἰς μεσιτείαν ἄγει, ὡσανεὶ λέγων· Αἰδέσθητε τὴν ἐπιείκειαν τοῦ Χριστοῦ, δι' ἧς ὑμᾶς παρακαλῶ· ὁμοῦ δὲ ἐμφαίνει διὰ τί φείδεται αὐτῶν·

CAPUT X.

Vers. 1. « Ipse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem et clementiam Christi. » Confectis de eleemosyna sermonibus, austeriora nunc orditur adversum pseudapostolos, et eos qui calumniabantur ipsum ceu rudem et indoctum et temere sese jactantem. Atque seipsum commendare coactus est, ne ipsius prædicatio vilipendatur. Recenset igitur quæ a se gesta sunt, gratiamque Dei sibi datam. Itaque non aberraverit, qui hanc Epistolam Pauli encomium dixerit. Hactenus igitur ab exordio talem quemdam sensum præ se fert oratio contra eos qui illum impotentem et arrogantem vocabant ; nempe, Obsecro vos ipse ego Paulus, **294** terrarum orbis doctor (dignitatem enim et auctoritatem indicant hæc verba, « Ipse ego Paulus : » perinde ac illa, Ecce ego Paulus dico vobis et precor vos, ne me cogant conviciantes mihi uti potentia mea adversum ipsos). Magna autem res est Apostolum obsecrare. Ille vero mansuetudinem etiam Christi ad interpellationem adducit, perinde ac si dicat, Reveremini clementiam Christi, per quam vos obsecro : simul ostendens cur ejs parcat, nimirum ut imitetur man-

Variæ lectiones.

[40] εἰκουσιν υ. [41] μέλλειν ο.

Digitized by Google

suetudinem Servatoris Christi, non quia infirmus est. Ne igitur cogatis me deficere a mansuetudine hac, quam adeo cupio, ut et intercessionis loco eam vobis objiciam.

« Qui in facie quidem abjectus sum inter vos, absens autem confido vobis. » Vel per ironiam hæc dicit, calumniantium eum verbis usus. Dicebant enim illi, Cum adest, nullius est momenti, sed vilis atque contemptibilis : sin abfucrit, tumet et superbit, audetque adversum nos et interminatur. Vel vere hæc de seipso dicit : Ego, qui cum apud vos sim, humilis et mansuetus sum erga vos ; etiamsi nunc magna proloquar, non ex arrogantia istud ago, sed quia confidam vobis.

VERS. 2. « Rogo autem vos, ne præsens audeam per eam confidentiam, qua existimor audere in quosdam qui arbitrantur nos veluti secundum carnem ambulare. » Precor, inquit, ne me adigatis confidenter uti potentia mea (confidentiam enim potentiam suam vocat) quam cogito audere, hoc est, in animum induco, ratiocinor, aut conjicio, eo quod illi me compellant, adversum calumniantes nos, quasi hypocritæ et ostentatores simus : hoc enim est, « secundum carnem ambulare. » Observa autem quomodo audaciam appellat, quod omnino se de quibusdam ulcisci velit, etiamsi non propter seipsum, sed ob verbum a se prædicatum hoc facturus erat. Attamen magis interest præceptoris, in suppliciis cunctari, nec protenus ad illa insilire.

VERS. 3. « In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. » Hoc est, carne amicti, carnalibus armis haud utimur. De prædicatione enim disputat, ostendens quod non sit humana, neque humanæ opis indiga. Cum autem dicit, « Militamus, » prælium et pugnam nos suscepisse indicat.

VERS. 4. « Nam arma militiæ nostræ non sunt carnalia. » Hoc est, non opes, non gloria, non eloquentia, non adulationes, non hypocrisis : talia enim carnalia sunt arma.

« Sed potentia Deo, ad destructionem munitionum. » Non dixit, sed Spiritualia (hoc enim omnino debuisset dicere, ut carnali opponeretur), sed, « potentia, » subindicans ita eorum res esse imbecilles et impotentes. Considera autem demissum in eo **295** spiritum : non dixit enim, Nos potentes sumus, sed, « Arma potentia Deo, » hoc est, Deus ipsa potentia effecit. Quia enim agebantur et flagris cædebantur, infirmitatis autem hæc esse videbantur : Deo (inquit) potentia sunt hæc. Dei namque robur per hæc maxime apparet, ac ille est qui operatur et bellum gerit, etiamsi nos illis amiciamur. Ubi autem sunt potentia? Ad demolitionem munitionum. Quænam autem sint istæ munitiones, subinfert.

« Ratiocinationes destruentes. » Græcorum syllogismos, inquit, et fastum eorum demolimur hisce

A ὅτι διὰ τὸ μιμεῖσθαι τὴν πραότητα τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ οὐ διὰ τὸ ἀσθενὴς εἶναι. Μὴ τοίνυν με ἀναγκάσητε ἐκστῆναι ταύτης· ἣν οὕτω ποθῶ, ὥστε καὶ μεσίτην ταύτην ὑμῖν προβάλλομαι.

« Ὡς κατὰ πρόσωπον μὲν ταπεινὸς ἐν ὑμῖν, ἀπὼν δὲ θαρρῶ εἰς ὑμᾶς. » Ἢ κατ' εἰρωνείαν τοῦτό φησι, τοῖς τῶν διαβαλλόντων αὐτὸν λόγοις χρησάμενος· ἔλεγον δὲ ἐκεῖνοι, ὅτι ὅταν μὲν παρῇ, οὐδενός ἐστιν ἄξιος λόγου, ἀλλὰ ταπεινὸς, εὐκαταφρόνητος· ὅταν δὲ ἀπῇ, φυσᾷ τε καὶ κομπάζει, καὶ καταθαρρεῖ ἡμῶν καὶ ἀπειλεῖ. Ἢ ἀληθῶς ταῦτά φησι περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι Ἐγὼ ὁ ἐν τῷ παρεῖναι, ταπεινὸς καὶ πρᾶος εἰς ὑμᾶς, νῦν εἰ καὶ μεγάλα φθέγγομαι, οὐκ ἐξ ἀπονοίας τοῦτο ποιῶ, ἀλλ' ἐκ τοῦ θαρρεῖν ὑμῖν.

B « Δέομαι δὲ τὸ μὴ παρὼν θαρρῆσαι τῇ πεποιθήσει, ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι ἐπί τινας τοὺς λογιζομένους ἡμᾶς ὡς κατὰ σάρκα περιπατοῦντας. » —« Δέομαι, » φησὶν, ἵνα μή με ἀναγκάσητε θαρρούντως [52] χρήσασθαι τῇ δυνάμει (πεποίθησιν γὰρ τὴν δύναμιν αὐτοῦ καλεῖ) « ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι, » τουτέστιν, ὑπολαμβάνω καὶ λογίζομαι, ᾗ στοχάζομαι ἀφ' ὧν ἐκεῖνοί [53] με ἀναγκάζουσι κατὰ τῶν διαβαλλόντων ἡμᾶς ὡς ὑποκριτὰς καὶ ἀλαζόνας· τοῦτο γὰρ τὸ, « Κατὰ σάρκα περιπατοῦντας. » Ὅρα δὲ, πῶς τόλμαν καλεῖ, τὸ δῆλως ἀμύνασθαί τινας, καίτοι γε οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος τοῦτο ἐμελλε ποιῆσαι. Ἀλλ' ὅμως τῷ διδασκάλῳ οἰκειότερον τὸ ἐν ταῖς τιμωρίαις μέλλειν ἀεὶ, καὶ μὴ ταχέως ταύταις ἐπιπηδᾷν.

C « Ἐν σαρκὶ γὰρ περιπατοῦντες, οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα. » Τουτέστι, σάρκα περικείμενοι, οὐ σαρκικοῖς ὅπλοις χρώμεθα. Περὶ γὰρ τοῦ κηρύγματος διαλέγεται, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνθρώπινον, οὐδὲ τῆς κάτωθεν δεόμενον βοηθείας. « Στρατευόμεθα » δὲ, εἰπὼν, ἔδειξεν ὅτι πόλεμον καὶ μάχην ἀνεδεξάμεθα.

« Τὰ γὰρ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικά. » Τουτέστιν, οὐ πλοῦτος, οὐ δόξα, οὐκ εὐγλωττία, οὐ κολακεῖαι, οὐχ ὑποκρίσεις· τοιαῦτα γὰρ τὰ σαρκικὰ ὅπλα.

D « Ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ, πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων. » Οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἀλλὰ πνευματικὰ (τοῦτο γὰρ πάντως ὤφειλεν εἰπεῖν πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ σαρκικοῦ), ἀλλὰ, « Δυνατά· » αἰνιττόμενος, ὅτι τὰ ἐκείνων ἀσθενῆ καὶ ἀδύνατα. Καὶ σκόπει τὸ ἄτυφον· οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἡμεῖς δυνατοὶ, ἀλλὰ, « Τὰ ὅπλα δυνατὰ τῷ Θεῷ, » τουτέστιν, ὁ Θεὸς αὐτὰ δυνατὰ κατεσκεύασεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἠλαύνοντο καὶ ἐμαστίζοντο, ἀσθενείας δὲ ταῦτα ἐδόκουν, φησὶν ὅτι δυνατά εἰσι ταῦτα τῷ Θεῷ. Ἡ γὰρ τοῦ Θεοῦ ἰσχὺς διὰ τούτων μάλιστα φαίνεται, κἀκεῖνός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν καὶ πολεμῶν, εἰ καὶ ἡμεῖς αὐτὰ περικείμεθα. Ποῦ δέ εἰσι δυνατά; « Εἰς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων· » καὶ τίνα τὰ ὀχυρώματα, ἐπιφέρει.

« Λογισμοὺς καθαιροῦντες. » Τοὺς τῶν Ἑλλήνων συλλογισμοὺς, φησὶ, καὶ τὸν τοῦτον αὐτῶν καθαιροῦ-

Variæ lectiones.

[52] θαρροῦντος o. [53] κἀκεῖνοι o.

Digitized by Google

μεν διὰ τούτων τῶν ὅπλων· ἢ, ὅτι Αὐτοὺς τοὺς λογισμοὺς αὐτῶν καὶ τὰς ψυχὰς καταβάλλομεν ἐκ τῆς πλάνης, ᾗ κεκράτηνται, καὶ ὑποτάσσομεν [46] τῇ ἀληθείᾳ. Ὁ γὰρ τοῦ Ἀρεοπαγίτου λογισμὸς, καὶ ἡ μεγαλόνοια, καθῃρέθη μὲν ἀπὸ τῆς ἀσεβείας, ὑπεκλίθη δὲ τῇ εὐσεβείᾳ. Ὅρα δὲ, οὐκ εἶπεν, ὅτι Μηγανήματα προσάγομεν, ἀλλ', Εὐθὺς καθαιροῦμεν· τὸ εὔκολον τῆς νίκης καὶ τὸ δυνατὸν τῶν βελῶν [48] δηλῶν.

« Καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. » Ἐπιμένει τῇ τροπῇ, ἵνα ἐναργέστερον [46] δηλώσῃ ὃ βούλεται. Φησὶν οὖν, ὅτι Κἂν ὕψωμα ἐκπῇς, τουτέστι πύργωμα, ἢ φρούριον ἀνθιστάμενον τῇ γνώσει τοῦ Θεοῦ, ἤτοι τῷ Εὐαγγελίῳ, καὶ τοῦτο καθαιροῦμεν.

« Καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ. » Τὸ τῆς αἰχμαλωσίας ὄνομα δύο δηλοῖ· καὶ τὴν ἔκπτωσιν τῆς ἐλευθερίας, καὶ τὴν τελείαν ἅλωσιν, ὥστε μὴ ἀντιστῆναι πάλιν. Κατὰ γοῦν τὸ δεύτερον σημαινόμενον, εἶπεν ὁ Παῦλος νῦν τὸ, « Αἰχμαλωτίζοντες. » Οὐ γὰρ περιγινόμεθα, φησὶ, μόνον, καὶ νικῶμεν πᾶσαν ἀνθρωπίνην διάνοιαν, ἀλλὰ καὶ αἰχμαλωτίζομεν· ὅπερ ἐστὶν ἡ τελειοτέρα νίκη. Εἶτα ἐπεὶ τὸ τῆς αἰχμαλωσίας ὄνομα βαρὺ, φησὶν· « Εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ· τουτέστιν, Εἰς δουλείαν αὐτοῦ ὑπάγομεν, πάσης ἐλευθερίας τιμιωτέραν· ἀπὸ γὰρ ἀπωλείας εἰς σωτηρίαν, καὶ ἀπὸ θανάτου εἰς ζωὴν, ὑποτάττοντες αὐτοὺς τῷ Χριστῷ. Ἔννόησον οὖν τοὺς ἐν Ἐφέσῳ τὰς μαγικὰς αὐτῶν βίβλους κατακαύσαντας, καὶ νοήσεις πῶς ᾐχμαλώτευσε Παῦλος.

« Καὶ ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοὴν, ὅταν πληρωθῇ ὑμῶν ἡ ὑπακοή. » Ἐνταῦθα καὶ τούτους ἐφόβησεν. Ὑμᾶς γὰρ, φησὶν, ἀναμένομεν, ἵν' ὅταν διὰ τῆς παραινέσεως διορθώσωμεν ὑμᾶς καὶ ἀποστήσωμεν ἐκείνων, τότε ἐκείνοις μόνοις, ἀπολειφθεῖσιν ἀνιάτοις [47], τὴν τομὴν ἐπενέγκωμεν. « Ἐν ἑτοίμῳ » οὖν ἔχομεν τὴν τιμωρίαν, ἀλλ' ἀναμιξ ὄντων ὑμῶν, κωλυόμεθα, ἵνα μὴ καὶ ὑμῶν ἅψηται ἡ πληγή. Διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, « Ὅταν πληρωθῇ ὑμῶν ἡ ὑπακοὴ, » αἰνίττεται ὑπακούοντας μὲν καὶ νῦν, ἀλλ' οὐ τελείως. Ταῦτα δὲ ἀπειλεῖ, ἵνα καὶ οὗτοι κἀκεῖνοι διορθωθῶσι, καὶ μηδένα πλήξῃ. Πρότερον δὲ ἐν ἡμῖν λογισμοὶ συνίστανται, παλαιόντων τῶν χειρόνων πρὸς τοὺς κρείττονας· εἶτα γίνονται ὑψώματα, νικώντων δηλαδὴ, ὅτε καὶ ἐπαίρωνται κατὰ τῆς θείας γνώσεως, καὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ εἰς τὴν τοῦ νοήματος [48] τάξιν ἀνατρέχειν, οἷον λεγόμενοι ἐνθουσιασμοί. Ἔστι γὰρ νόησις, ἁπλῆ καὶ ἀσυλλόγιστος ἐπιβολὴ [49] τοῦ νοῦ, αὐτὰ δεικνῦσα τὰ πράγματα κρειττόνως ἢ ἡ ἀπόδειξις. Εἰσὶν οὖν καὶ ἐν τοῖς ὑπὸ δαιμόνων ἀπατωμένοις τοιαῦται δοκοῦσαι νοήσεις, ἃς ὁ Παῦλος, καὶ εἴ τις κατὰ τοῦτον, αἰχμαλωτίζει εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ.

A armis, vel quia ratiocinationes sive cogitationes eorum et animas dejicimus ex errore quo detentæ fuere, ac veritati subjicimus. Areopagitæ enim ratio et magna mens sublata est ab impietate et pietati subdita. Animadverte autem quod non dixerit, Machinas admovemus, sed, statim demolimur, cum victoriæ facilitatem, tum armorum potentiam indicans.

VERS. 5. « Et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei. « Perseverat in tropo, ut quod velit clarius explicet. Si, inquit, altitudo fuerit, hoc est, turrita munitio vel propugnaculum resistens scientiæ Dei, adeoque Evangelio, id quoque demolimur.

B « Et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. « Captivitatis vocabulum duo significat : et ex libertate lapsum, et perfectam captionem, qua quis ita capitur, ut ne resistere quidem possit. Juxta secundam igitur significationem nunc Paulus dixit, « captivantes. » Non enim tantum, inquit, superiores sumus, et victoriam obtinemus de omni humana cogitatione et intellectu, sed in captivitatem etiam redigimus, quæ est consummatior victoria. Deinde, quia captivitatis vocabulum grave est, addit, « ad obsequium Christi, » hoc est, ad servitutem ejus redigimus omni libertate pretiosiorem : ab interitu nimirum ad salutem, a morte ad vitam subjiciendo eos Christo. Animo igitur revolve eos qui magicæ artis libros Ephesi combusserunt [k-l], et videbis quomodo Paulus captivos duxerit.

C VERS. 6. « Et in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. « Hic illos etiam terruit. Vos, inquit, etiam exspectamus, ut postquam per admonitionem nostram correxerimus vos et ab illis defecere fecerimus, tum illis solis incurabilibus relictis sectionem afferamus. In promptu igitur habemus pœnam et ultionem, cæterum cum vos illis misti sitis, prohibemur adhuc, ne et vos plaga contingat. Per hoc autem quod ait, « Cum completa fuerit obedientia vestra, » tacite indicat 296 eos quidem etiamnum obedire, sed imperfecte. Hæc autem interminatur, ut et hi et illi meliorem vitam induant, et ut neminem feriat. Prius autem in nobis conficiuntur ratiocinationes, pejoribus adversum potiores luctantibus; deinde fiunt exaltationes vel altitudines, victoriam videlicet obtinentibus, quando contra divinam cognitionem eriguntur, adeoque ut vel intellectus locum occupent, quales sunt qui dicuntur furores, sive numinis afflatus. Est enim intellectus simplex et ratiocinatione vacans mentis actio impetusve ipsa opera melius ostendens quam demonstratio. Sunt igitur et in iis quibus a dæmonibus imponitur, tales, ut videtur, intellectus, quos Paulus, et si quis alius Pauli spiritu ductus, captivos ducit ad obedientiam Christi.

D

[k-l] Act. XIX, 19.

Variæ lectiones.

[46] ὑποταπεινοῦμεν G. [48] ὅπλων O. [46] μὲν ἀργέστερον O. [47] ἀνιάτως O, [48] νοσήματος O. [49] μεταβολὴ O.

Digitized by Google

Vers. 7. « Quæ ad faciem sunt videte. » Non solos deceptores perterrefacit, verum etiam deceptos increpat. Propterea dicit, Ex iis quæ apparent judicate, si quis superbit, si quis locuples est, si quis virtutis imagine vestitus est.

« Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc rursum apud sese cogitet, quod sicut ipse Christi est, ita et nos. » Pseudapostoli enim gloriabantur et superbiebant, quod Christi essent, et quod Christum ipsi viderint forsan. « Apud seipsum » autem dixit, pro, Non exspectet nostram adversus ipsum objurgationem, sed intelligat quod secundum hoc ipsum quod Christi est, nihil nobis sit superior. Non enim ille quidem Christi, ego vero alterius cujuspiam sum. Verum hoc se submittendo dixit, quandoquidem deinceps in sequentibus ostendit quantum ipse excellat.

Vers. 8. « Nam si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate quam dedit mihi Dominus ad ædificationem, et non ad destructionem, non erubescam. » Non dixit, Est mihi potestas puniendi et occidendi, quæ illis non est, sed longe submissius, « amplius quiddam. » Nec dixit, Si glorier, verum, « Si gloriatus fuero, » hoc est, si gloriari voluero de potestate quam dedit mihi Dominus, rursus ipsi totum ascribens. Accepi autem hanc potestatem a Deo, ut ad fidem ædificem, beneficia impertiens, non ut puniam. Quare igitur dixisti, « cogitationes destruentes? « Quoniam hoc ipsum maxime est ædificatio, marcida demoliri, obstaculaque dejicere. Quomodo igitur ipsis interminaris, si non in destructionem accepisti potestatem? Præcipue quidem ad ædificationem accepi : sin quisquam fuerit incurabilis, demolitione utemur. Si igitur voluero, inquit, gloriari quod Deus aliquid amplius mihi dederit, ut potestatem habeam benefaciendi imprimis, et quando cogar, etiam puniendi, « non erubescam, » hoc est, non monstrabor esse mendax aut arrogans.

297 Vers. 9-11. « Ut non existimer tanquam terrere vos per epistolas. Quoniam quidem epistolæ, inquit, graves sunt et fortes, præsentia autem corporis infirma, et sermo contemptibilis. Hoc autem cogitet qui ejusmodi est, quod quales sumus sermone per epistolas absentes, tales etiam sumus præsentes opere. » Quod ait est hujusmodi : Potuissem equidem gloriari, sed ne videar terrere vos per litteras, quemadmodum dicunt qui me calumniantur : In epistolis grandis est, et horrenda scribit : ubi autem advenerit, despicabilis et contemptibilis est, arguiturque non esse talis qualis est in scriptis suis. Verum agnoscat quisquis est qui talia dicit, quod non solum grandia interminamur, verum etiam cum præsentes fuerimus, minas ad effectum perducere possumus.

Vers. 12. « Non enim audemus inserere aut com-

A « Τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε. » Οὐ μόνους τοὺς ἀπατῶντας ἐκφοβεῖ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπατωμένους ἐπιτιμᾷ· διό φησιν· Ἀπὸ τῶν φαινομένων κρίνετε [50], εἴ τις μεγαλαυχεῖ, εἴ τις πλουτεῖ, εἴ τις ἀρετῆς προσωπεῖον περίκειται.

« Εἴτις πέποιθεν ἑαυτῷ Χριστοῦ εἶναι, τοῦτο λογιζέσθω πάλιν ἀφ' ἑαυτοῦ, ὅτι καθὼς αὐτὸς Χριστοῦ, οὕτω καὶ ἡμεῖς. » Οἱ γὰρ ψευδαπόστολοι ἐμεγαλαύχουν ὡς Χριστοῦ ὄντες, καὶ τάχα αὐτόπται. Τὸ δέ, « Ἀφ' ἑαυτοῦ, » εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, Μὴ ἀναμενέτω [51] τὴν ἡμετέραν κατ' αὐτοῦ ἐπιτίμησιν, ἀλλ' ἐννοείτω, ὅτι κατ' αὐτὸ τοῦτο τὸ εἶναι Χριστοῦ, οὐδὲν πλέον ἔχει ἡμῶν. Οὐ γὰρ ἐκεῖνος μὲν Χριστοῦ, ἐγὼ δὲ ἄλλου τινός. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν συγκαταβατικῶς εἶπεν, ἐπεὶ προϊὼν δείκνυσι πόσον αὐτὸς ὑπερέχει.

B « Ἐὰν γὰρ καὶ περισσόν τι καυχήσομαι [*vulg.* καυχήσωμ.] περὶ τῆς ἐξουσίας ἧς ἔδωκέ μοι ὁ Κύριος εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν, οὐκ αἰσχυνθήσομαι. » Οὐκ εἶπε, Κολάζειν ἔχω ἐξουσίαν καὶ ἀποτινύναι ἐγὼ, ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἔχουσιν· ἀλλ' ὑπεσταλμένως, « Περισσόν τι. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐὰν καυχῶμαι, ἀλλ', « Ἐὰν καυχήσωμαι, » τουτέστιν, Ἐὰν βουληθῶ « περὶ τῆς ἐξουσίας, φησὶν, ἧς δέδωκέ μοι ὁ Κύριος· » πάλιν τὸ πᾶν αὐτῷ ἀνατιθείς. Ἔλαβον [52] δὲ ταύτην παρὰ Θεοῦ, ἵνα εἰς τὴν πίστιν οἰκοδομῶ εὐεργετῶν, οὐχ ἵνα κολάζω [53]. Πῶς οὖν εἶπε, « Λογισμοὺς καθαιροῦντες; Ὅτι αὐτὸ τοῦτο μάλιστα οἰκοδομή, τὸ [πάντα] τὰ σαθρὰ καθαιρεῖν, καὶ τὰ κωλύματα καταβάλλειν. Πῶς οὖν αὐτοῖς ἀπειλεῖς, εἰ οὐκ ἔλαβε, εἰς καθαίρεσιν τὴν ἐξουσίαν; Προηγουμένως μὲν εἰς οἰκοδομὴν ἔλαβον· ἐὰν δέ τις ἀνίατος ᾖ, καὶ τῇ καθαιρέσει χρησόμεθα. Ἐὰν οὖν θελήσω, φησὶ, καυχήσασθαι ὅτι ὁ Θεὸς πλέον τι δέδωκέ μοι, ὥστε ἐξουσίαν ἔχειν με καὶ εὐεργετεῖν προηγουμένως, καὶ ὅταν ἐκβιασθῶ, κολάζειν, « οὐκ αἰσχυνθήσομαι· » τουτέστιν, Οὐ δειχθήσομαι ψεύστης ἢ ἀλαζών.

C « Ἵνα μὴ δόξω ὡς ἂν ἐκφοβεῖν ὑμᾶς διὰ τῶν ἐπιστολῶν. Ὅτι αἱ μὲν ἐπιστολαὶ, φησὶ, βαρεῖαι καὶ ἰσχυραί· ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενὴς, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος. Τοῦτο δὲ λογιζέσθω ὁ τοιοῦτος, ὅτι οἷοί ἐσμεν τῷ λόγῳ δι' ἐπιστολῶν ἀπόντες, τοιοῦτοι καὶ παρόντες τῷ ἔργῳ. » Ὃ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἠδυνάμην καυχήσασθαι, ἀλλ' ἵνα μὴ δόξω ὅτι ἐκφοβῶ ὑμᾶς διὰ τῶν γραμμάτων, οἷα δὴ λέγουσιν οἱ διαβάλλοντές με, ὅτι Κομπάζει ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς, καὶ φοβερὰ ἐπιστέλλει· παραγενόμενος δὲ, εὐκαταφρόνητός ἐστι, καὶ ἐλέγχεται μὴ ὢν οἷος γράφει· ἀλλὰ γινωσκέτω, φησὶν, ὅστις [54] ἂν ᾖ ὁ ταῦτα λέγων, ὅτι οὐ μόνον ἀπειλοῦμεν βαρέα, ἀλλὰ καὶ δυνάμεθα παρόντες εἰς ἔργον τὰς ἀπειλὰς ἐξενεγκεῖν.

« Οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι ἑαυ-

Variæ lectiones.

[50] αἰνίττεται ο. [51] λαμβανέτω ο. [52] ἐλάβομεν ο. [53] οἰκοδομῶμεν εὐεργετοῦντες, οὐχ ἵνα κολάζωμεν ο. [54] οἷος ο.

Digitized by Google

τούς τισι τῶν ἑαυτοὺς συνιστανόντων. » Ἐνταῦθα ἀλαζόνας δείκνυσιν ὄντας ἐκείνους, καὶ μεγάλα περὶ ἑαυτῶν καυχωμένους. Φησὶν οὖν, ὅτι « Οὐ τολμῶμεν ἡμεῖς ἐγκρῖναι ἑαυτοὺς, » τουτέστι, συναριθμῆσαι· « ἢ συγκρῖναι, » τουτέστιν [55], ἀντιπαραθεῖναι ἑαυτοὺς τισὶ τούτων τῶν ἑαυτοὺς ἐπαινούντων.

A parare nos quibusdam qui seipsos commendant. » Hic illos arrogantes esse ostendit, ac multa adeoque magna de seipsis jactantes. Dicit igitur : « Nos non audemus inserere nosipsos, » hoc est, connumerare, « vel comparare, » hoc est, opponere nos quibusdam eorum qui seipsos prædicant.

« Ἀλλ' αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες, καὶ συγκρίνοντες ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς, οὐ συνιοῦσιν. » Ἐκεῖνοι, φησὶν, οὐκ ἀξιοῦσι πρός τινας ἄλλων ἀνθρώπων συγκριθῆναι, ἀλλ' αὐτοὶ ἑαυτοῖς συγκρίνονται καὶ ἀμιλλῶνται πρὸς ἀλλήλους, καὶ οὐκ αἰσθάνονται πῶς εἰσι καταγέλαστοι τοιαῦτα ἀλαζονευόμενοι. Ἕκαστος γὰρ ἑαυτὸν κρείττω λέγων, τὸν ἕτερον καταβάλλει· καὶ οὕτω πάντες δι' ἀλλήλων εὐδόκιμοι φαίνονται· ὅπερ γελοῖον ὂν οὐ συνιοῦσιν αὐτοί.

« Sed ipsi in seipsis seipsos metientes, et comparantes seipsos sibiipsis, non intelligunt. « Illi, inquit, ad quempiam aliorum conferri non dignantur, sed ipsi sibiipsis conferuntur, secumque ipsi certant erga se mutuo, nec sentiunt quam sint ridiculi ita sese ostentantes. Unusquisque enim seipsum meliorem dicens, alterum dejicit, sicque omnes inter se mutuo insignes videntur. Quod quam ridiculum sit, ipsi non intelligunt.

B

« Ἡμεῖς δὲ οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχησόμεθα. » Ἐκεῖνοι γὰρ τυχὸν κομπάζοντες ἔλεγον, ὅτι Πρὸς τὰ πέρατα τῆς γῆς ἀφικόμεθα, καὶ τὴν οἰκουμένην ἐπεστρέψαμεν. Ἀλλ' ἡμεῖς οὐχ οὕτω, φησίν.

VERS. 13. « Nos autem non in immensum gloriabimur. » Illi enim fortasse gloriantes dicebant, Ad fines terræ accessimus, orbemque terrarum convertimus. At nos non sic, inquit.

« Ἀλλὰ κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, οὗ ἐμέρισεν [56] ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρου, ἐφικέσθαι ἄχρι καὶ ὑμῶν. » Ὥσπερ γεωργοῖς ἀμπελῶνα διαιρῶν ὁ Θεὸς, οὕτω καὶ ἡμῖν τοῖς ἀποστόλοις τὴν οἰκουμένην ἀφώρισεν. Κατὰ οὖν τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς, καυχησόμεθα. Ποῖον δέ ἐστι τὸ μέτρον; Τὸ, « Ἄχρις ὑμῶν ἀφικέσθαι. » Ἐπεὶ οὖν τοῦτό ἐστιν ἡμῶν τὸ μέτρον, ἄχρι καὶ ὑμῶν καυχώμεθα.

« Sed juxta mensuram regulæ qua nobis Deus partitus est mensuram, pertingendi usque ad vos. » Quemadmodum colonis vineam Deus dividit, hunc ad modum nobis apostolis suis terrarum orbem segregavit. Secundum igitur mensuram regulæ quam partitus est nobis Deus, gloriabimur. Qualis est autem mensura? « Ut perveniam adusque vos. » Postquam igitur hæc nostra pars est, ad vos etiam usque gloriamur.

« Οὐ γὰρ ὡς μὴ ἀφικνούμενοι εἰς ὑμᾶς; ὑπερεκτείνομεν ἑαυτούς· μέχρι γὰρ καὶ ὑμῶν ἐφθάσαμεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ. » Εἰκὸς ἦν τοὺς ψευδαποστόλους καὶ ἄνευ κηρύξαι [57] παραγενομένους ὁπουδήποτε, ἐκ τῆς ψιλῆς ἐπιδημίας κομπάζειν, καὶ τὸ πᾶν ἑαυτοῖς λογίζεσθαι. Φησὶν οὖν ὁ Ἀπόστολος, ὅτι Οὐχ ὡς μὴ φθάσαντες εἰς ὑμᾶς, ὑπερεκτείνομεν ἑαυτούς. « Ἐφθάσαμεν γάρ, » οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ', « ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ : » τουτέστιν, οὐχὶ ψιλῶς ἐπιδημήσαντες, ὡς ἐκεῖνοι, ἀλλὰ καὶ μετὰ τοῦ τὸ Εὐαγγέλιον κηρύττειν.

C

VERS. 14. « Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos : usque ad vos enim pervenimus in Evangelio Christi. » Verisimile erat pseudapostolos vel sine prædicatione aliquo usque profectos, ex nuda et simplici profectione elatos esse, ac totum sibi imputare. Ait ergo Apostolus : Non tanquam ad vos non pervenerimus, nosipsos extendimus : 298 « Pervenimus » enim, non simpliciter, sed « in Evangelio Christi : » hoc est non nude et simpliciter peregrinantes, ut illi, verum etiam cum Evangelii prædicatione.

« Οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχώμενοι ἐν ἀλλοτρίοις κόποις, ἐλπίδα δὲ ἔχοντες, αὐξανομένης τῆς πίστεως ὑμῶν, ἐν ὑμῖν μεγαλυνθῆναι κατὰ τὸν κανόνα ἡμῶν εἰς περισσείαν· εἰς τὰ ὑπερεπέκεινα ὑμῶν εὐαγγελίζεσθαι, οὐκ ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι, εἰς τὰ ἕτοιμα καυχήσασθαι. » Ἐμφαίνει ἐκείνους καλλωπιζομένους τοῖς τῶν ἀποστόλων κόποις, καὶ εἰς τὰ ἄμετρα καυχωμένους· τουτέστιν, ὑπερβολικῶς καὶ ἐν ἀλλοτρίοις κόποις. Ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς οὕτως· ἀλλ' ἕως ὑμῶν φθάσαντες, μέχρις ὑμῶν παῤῥησιαζόμεθα. Ἐλπίζομεν δὲ, εἰς τὸν Θεὸν δηλαδὴ (οὐ γὰρ ἀποφαίνεσθαι εἴωθεν ὁ Παῦλος), ὅτι ἱκανῶς ὑμᾶς διδάξαντες, καὶ αὐξήσαντες τὴν πίστιν ὑμῶν, ὥστε μεγαλυνθῆναι μεν ὑμῖν. Τότε γὰρ μεγαλύνεται ὁ διδάσκαλος, ὅταν αὐξάνῃ τὰ τῶν μαθητῶν, καὶ ὁ κανὼν αὐτοῦ εἰς περισσείαν [58] προβαίνῃ·

D

VERS. 15, 16. « Non in immensum gloriantes in alienis laboribus, spem autem habentes crescente fide vestra, in vobis magni fieri secundum regulam nostram ad abundantiam : ut etiam in illa quæ ultra vos sunt Evangelium prædicemus, non in aliena regula, ut de his quæ parata sunt gloriemur. » Indicat illos apostolorum laboribus extolli, et supra modum et mensuram gloriari, hoc est ad excessum usque et in alienis laboribus. At nos non sic, sed ad vos usque pervenientes, ad vos usque libertate nostra utimur. Speramus autem, in Deum videlicet (non solet enim explicare Paulus), quod abunde vos docentes et augentes fidem vestram inveniamur, ut adeo magni fiam ego in vobis. Tunc enim magni fit præceptor, cum res discipulorum creverint, ac regula ejus « ad abundantiam » processerit : hoc est,

Variæ lectiones.

[55] ἤγουν o. [56] ἐμέτρησεν o. [57] τοῦ κηρύξαι m. [58] μεσιτείαν o.

Digitized by Google

mensuram quam accepit, abunde promoverit. Quid igitur speramus? quod et ultra vos Evangelium prædicabimus, ac forsan etiam propterea gloriabimur, siquidem ipsis profuerimus. Canonem autem ubique et mensuram vocat, tanquam orbis terrarum fabricator et architectus : et ut indicet, quod Dei sit universum hoc, qui canonem dedit et mensuram, propterea infert :

« Qui autem gloriatur, in Domino glorietur. » Habentes enim talia tantaque opera, non superbimus, neque nobisipsis quidquam imputamus : sed Deo universum, etiam ipsam ad quam pervenimus mensuram, tribuimus. Oportebat igitur et illos in hoc gloriari.

« Non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Dominus commendat. » Non dixit, Nos sumus probati : sed, « Quem Dominus commendat, » hoc est, quem veritas laboris et operis cum Dei gratia probatum ostendit.

CAPUT XI.

Vers. 1. « Utinam sustineretis modicum me in insipientia mea, sed et sustinetis me. » Proprias laudes aggressurus, multis usus est præcorrectionibus, defugiens id quod onerosum et molestum videtur in sui ipsius commendatione. Huc autem eum necessitas perpulit, et metus, ne in discipulorum damnum vergeret, si ipse vilipenderetur, pseudapostoli vero in pretio haberentur. Quod enim ex multa necessitate, et ob discipulorum suorum commodum huc pervenerit, vel admodum insensatis planum esse queat. Qui enim priorum peccatorum meminit, a quibus per baptisma liberatus erat, atque **299** se apostoli nomine indignum censet, quomodo citra necessitatem de se magna prædicaret! Ait ergo, Utinam sustineretis me in paucis quibusdam ineptientem : imo vero et sustinetis. Confide enim quod dilegatis me, et omnia mea sustineatis.

Vers. 2. « Æmulor enim vos Dei æmulatione. » Non dixit, Diligo, sed quod multo vehementius erat, « Æmulor. » Zelotypia enim inter ardenter amantes nascitur. Deinde ne existiment quod humani cujusquam, veluti pecuniarum aut gloriæ causa, eos æmuletur, infert, « Dei zelo. » Nam et Deus æmulari dicitur, eo quod nimia nos dilectione prosequatur, non quod aliquid inde commodi lucretur, sed ut nos servet, ad seipsum colligendo, sibique agglutinando. Hujusmodi igitur et meus erga vos zelus est, non ut inde quid mihi lucri accedat, verum ut vos non corrumpamini.

« Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo. » Despondi vos, inquit, Christo : pro illo igitur æmulor, non pro meipso. Non enim ego sponsus, sed paranymphus. Observa autem quomodo non dixerit, Præceptor vester sum, propterea debetis me sustinere : verum illos sponsæ loco posuit, seipsum autem pronubæ vice collocat,

τουτέστι, τὸ μέτρον ὃ ἔλαχε, περισσῶς προκόπτῃ. Τί οὖν ἐλπίζομεν; Ὅτι καὶ εἰς τὰ ὑπερεπεκεινα ὑμῶν εὐαγγελισόμεθα, καὶ τυχὸν καὶ ἐπ' ἐκείνοις καυχησόμεθα, εἴ γε ὠφελήσομεν αὐτούς. Κανόνα δὲ πανταχοῦ καλεῖ καὶ μέτρον, ὡς οἰκοδόμος τῆς οἰκουμένης καὶ ἀρχιτέκτων, καὶ ἵνα δείξῃ ὅτι τοῦ Θεοῦ τὸ πᾶν, τοῦ τὸν κανόνα δόντος καὶ τὸ μέτρον· διὸ ἐπάγει·

« Ὁ δὲ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω. » Ἔχοντες γὰρ τοιαῦτα ἔργα, οὐ κομπάζομεν, οὐδὲ ἑαυτοῖς τι λογιζόμεθα· ἀλλὰ τῷ Θεῷ τὸ πᾶν, καὶ αὐτὸ ὃ ἐφθάσαμεν μέτρον. Ἔδει οὖν κἀκείνους ἐν τούτῳ καυχᾶσθαι.

« Οὐ γὰρ ὁ ἑαυτὸν συνιστῶν ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος, ἀλλ' ὃν ὁ Κύριος συνίστησιν. » Οὐκ εἶπεν, Ἡμεῖς ἐσμεν δόκιμοι, ἀλλ' « Ὃν ὁ Κύριος συνίστησι· » τουτέστιν, ὃν ἡ ἀλήθεια τοῦ ἔργου καὶ τοῦ κόπου μετὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ ἀποδεικνύει δόκιμον.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

« Ὤφελον ἠνείχεσθέ μου μικρόν τι τῆς ἀφροσύνης· ἀλλὰ καὶ ἀνέχεσθέ μου. » Μέλλων ἐμβαίνειν εἰς τοὺς οἰκείους ἐπαίνους, πολλαῖς κέχρηται ταῖς προδιορθώσεσι, τὸ φορτικὸν τοῦ δοκεῖν ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀποφεύγων. Εἰς τοῦτο δὲ ἠνεγκεν[59] αὐτὸν ἡ ἀνάγκη, καὶ τὸ δεδιέναι μὴ εἰς βλάβην τῶν μαθητῶν γένηται τὸ αὐτὸν μὲν ἐξευτελίζεσθαι, τοὺς δὲ ψευδαποστόλους δοκεῖν εἶναί τι. Ὅτι γὰρ ὑπὸ πολλῆς ἀνάγκης, καὶ διὰ τὴν ὠφέλειαν τῶν μαθητῶν εἰς τοῦτο ἦλθε, δῆλον καὶ τοῖς σφόδρα ἀνοήτοις. Ὁ γὰρ τῶν πρότερον ἁμαρτημάτων μεμνημένος, ὧν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἠλευθέρωται, καὶ ἀνάξιον ἑαυτὸν ἀποκαλῶν τῆς τοῦ ἀποστόλου προσηγορίας, πῶς ἂν χωρὶς ἀνάγκης ἐμεγαληγόρει περὶ ἑαυτοῦ; Φησὶν οὖν· Εἴθε ἠνείχεσθέ μου μικρά τινα ἀνοηταίνοντος· μᾶλλον δὲ καὶ ἀνέχεσθε. Θαῤῥῶ γὰρ ὅτι ἀγαπᾶτέ με, καὶ πάντα μου ἀνέχεσθε.

« Ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς Θεοῦ ζήλῳ. » Οὐκ εἶπεν, Ἀγαπῶ, ἀλλ' ὃ πολλῷ σφοδρότερον ἦν, « Ζηλῶ. » ἡ γὰρ ζηλοτυπία ἐπὶ τῶν διακαῶς ἐρώντων τίκτεται. Εἶτα ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι διά τι ἀνθρώπινον, οἷον χρήματα, ἢ δόξαν, αὐτοὺς ζηλοῖ, φησί[60], « Θεοῦ ζήλῳ· » καὶ γὰρ καὶ ὁ Θεὸς ζηλοῦν λέγεται, διὰ τὸ ἄγαν ἡμᾶς ἀγαπᾷν, οὐχ ἵνα αὐτός τι κερδάνῃ, ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς σώσῃ, πρὸς ἑαυτὸν συνάγων, καὶ ἑαυτῷ συγκολλῶν. Τοιοῦτος οὖν, φησὶ, καὶ ὁ ἐμὸς πρὸς ὑμᾶς ζῆλος, οὐχ ἵνα ἐγὼ κερδάνω, ἀλλ' ἵνα ὑμεῖς μὴ διαφθαρῆτε.

« Ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. » Προεμνηστευσάμην ὑμᾶς, φησὶ, τῷ Χριστῷ. Οὐκοῦν ὑπὲρ ἐκείνου ζηλῶ, οὐχ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ. Οὐ γὰρ ἐγὼ ἀνὴρ, ἀλλὰ νυμφαγωγός. Ὅρα δὲ, πῶς οὐκ εἶπεν, ὅτι διδάσκαλος ὑμῶν εἰμι, καὶ διὰ τοῦτο ὀφείλετέ μου ἀνέχεσθαι, ἀλλ' ἐκείνους μὲν ἐν τάξει νύμφης, ἑαυτὸν δὲ ἐν

Variæ lectiones.

[59] ἤγαγεν o. [60] ἐπάγει o.

Digitized by Google

χώρᾳ προμνηστρίας τάττει, σεμνύνων αὐτούς. Ξένον δὲ τὸ ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας συμβαῖνον· ἐπὶ γὰρ τοῦ κόσμου μετὰ τὸν γάμον οὐκέτι παρθένοι μένουσιν· ἐνταῦθα δὲ, καὶ οἱ μὴ ὄντες παρθένοι πρὸ τούτου, μετὰ τὸν γάμον τοῦτον [61] παρθένοι γίνονται. Οὕτω πᾶσα ἡ Ἐκκλησία παρθένος ἐστί. Πρὸς γὰρ πάντας ταῦτα λέγει Παῦλος, καὶ τοὺς γεγαμηκότας, καὶ τὰς γεγαμημένας. Ποῖα δὲ ἕδνα φέρων ἡρμόσατο; Τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Τούτου τύπος ἦν τὰ ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ, ὅτε τὸν οἰκέτην ἔπεμψε μνηστευσόμενον κόρην ἐθνικήν. Καὶ ἐνταῦθα γὰρ ὁ Θεὸς ἔπεμψε τοὺς δούλους αὐτοῦ τοὺς προφήτας, μνηστευσομένους τῷ παιδὶ αὐτοῦ Χριστῷ τὴν Ἐκκλησίαν· ὡς τὸν Δαυὶδ λέγοντα· « Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου· » καὶ τοὺς ἀποστόλους, ὡς τὸν Παῦλον λέγοντα· « Ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν. » Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς μνηστείας ἐστίν· ὁ δὲ μέλλων τῶν γάμων, ὅτε κραυγὴ γίνεται· « Ἰδοὺ ὁ νυμφίος. »

« Φοβοῦμαι δὲ μήπως ὡς ὁ ὄφις Εὔαν ἐξηπάτησεν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ, οὕτω φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς Χριστόν. » Εἰ γὰρ καὶ ἡ ἀπώλεια ὑμετέρα, ἀλλ' ὁ φόβος [62] ἐμός. Οὐκ ἀποφαίνεται δὲ, ὅτι Διεφθάρητε, καίτοι ἦσαν διεφθαρμένοι, ἀλλ' ἀμφιβόλως αὐτὸ τέθεικε· « Μήπως ὡς ὁ ὄφις Εὔαν ἐξηπάτησε. » Καὶ γὰρ κἀκεῖνος μείζονα ἐπαγγειλάμενος, ἠπάτησε· καὶ οἱ ψευδαπόστολοι δὲ κομπάζοντες, καὶ μεγάλα τινὰ ὑμῖν λέγοντες, ἐξαπατῶσιν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν. Ἀλλ' ὥσπερ οὔτε ἡ πανουργία [63] τοῦ ὄφεως, οὔτε ἡ ἁπλότης τῆς Εὔας ἦρκεσεν αὐτῇ εἰς συγγνώμην, οὕτως οὐδὲ ὑμῖν ταῦτα προσέσεται [64]. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι ὁ Ἀδὰμ ἠπατήθη, ἵνα δείξῃ γυναικῶδες τὸ ἀπατᾶσθαι. Καὶ οὐκ εἶπε, Μὴ ἀπατηθῆτε, ἀλλὰ, « Μὴ φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν, » ἐπιμένων τῇ τροπῇ· ἡ γὰρ φθορὰ ἐπὶ τῶν παρθένων λέγεται. Μήπως φθαρῇ ἀπὸ τῆς ἁφελείας ὑμῶν ἣν ἔχετε εἰς Χριστόν. Τουτέστι, Μὴ ἀπατηθῆτε ἀπὸ τῆς ἁφελείας ὑμῶν. Τινὲς δὲ οὕτω· Μὴ μετενεχθῆτε ἀπὸ τῆς ἁπλῆς πίστεως εἰς τὴν τῶν ἔξω δεινότητα· αὕτη γὰρ ἡ μεγίστη φθορά.

« Εἰ μὲν γὰρ ὁ ἐρχόμενος ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει, ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν, ἢ Πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε, ὃ οὐκ ἐλάβετε, ἢ Εὐαγγέλιον ἕτερον ὃ οὐκ ἐδέξασθε, καλῶς ἠνείχεσθε. » Τί λέγεις, ὦ Παῦλε; ὁ Γαλάταις γράφων· « Ἐάν τις εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω· » νῦν λέγεις, ὅτι Ἐὰν ἄλλον Ἰησοῦν ἐκήρυττον ἐκεῖνοι, καλῶς ἠνείχεσθε; Ἄκουε τοίνυν· Ἐκόμπαζον οἱ ψευδαπόστολοι, ὡς πλέον τι τῶν ἀποστόλων εἰσφέροντες. Ἐπεὶ οὖν πολλὰ [65] ἐφλυάρουν ἀνόητα, τῇ ἔξωθεν σοφίᾳ χρώμενοι, φησὶν, ὅτι Εἰ μὲν ἐκήρυττον ἕτερον Χριστὸν, ὃν κηρυχθῆναι ἔδει, ἡμεῖς δὲ παρελείπομεν, καλῶς ἠνείχεσθε. Διὰ γὰρ τοῦτο προσέθηκεν·

honore ipsos afficiens. Mirum autem hic quiddam in Ecclesia contingit. In mundo enim post nuptias non porro virgines manent : hic autem qui ante virgines non fuerunt, post nuptias hasce efficiuntur virgines. Hac ratione universa Ecclesia virgo est : ad omnes enim Paulus hæc loquitur, et maritos et uxores. Quales autem dotes afferens desponsit? Regnum cœlorum. Hujus figura erant quæ sub Abrahamo contigerunt, quando servum misit ut ethnicam puellam filio desponderet [m]. Hic etiam Deus misit servos suos prophetas desponsaturos Filio suo Christo Ecclesiam, veluti Davidem, cum dicit : « Audi, filia, et vide, et obliviscere populi tui, et domus patris tui [n]. » Tum apostolos, ut Paulum, ubi ait : « Christi nomine legatione fungimur [o]. » Præsens itaque tempus desponsationis est, futurum autem nuptiarum erit, cum clamor factus fuerit, « Ecce sponsus [p]. »

Vers. 3. « Timeo autem, ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri a simplicitate quæ est in Christum. » Etsi enim interius vester est, metus tamen meus est. Non autem palam pronuntiat, Corrupti estis, etiamsi corrupti fuerunt; verum ambigue hoc posuit, « Ne quo modo ut serpens Evam decepit. » Nam et ille majora promittendo, decepit. Hunc ad rationem pseudapostoli sese jactantes, ac magna quædam 300 vobis narrantes, callidilate sua vobis imponunt. At perinde ut neque astutia serpentis, neque simplicitas Evæ satis fuit ipsi ad veniam, sic neque vobis hæc proderunt. Non dixit autem quod Adam deceptus sit : ut ostendat, quod decipi, muliebre sit. Neque dixit, Ne decipiamini, verum, « Ne corrumpantur sensus vestri, » in cœpto tropo seu metaphora perseverans : corruptio enim de virginibus dicitur. Ne corrumpantur a simplicitate vestra, quam habetis in Christo, hoc est, Ne a simplicitate vestra decipiamini. Quidam autem sic : Ne transferamini a simplici fide ad infidelium in dicendo potestatem : hæc enim est maxima corruptio.

Vers. 4. « Nam si is qui venit, alium Jesum prædicaverit, quem non prædicavimus : aut Spiritum alium accipitis, quem non accepistis, aut Evangelium aliud quod non recepistis, recte sustineretis. » Quid ais, Paule? Galatis scribens, « Si quis evangelizaverit, inquis, præterquam quod accepistis, anathema sit [q] : » nunc vero dicis, Si alium Jesum prædicarent illi, recte sustineretis? » Audi igitur : pseudapostoli fastu inturgescebant, quasi plus quam veri apostoli afferrent. Quia igitur stulta quamplurima nugabantur, externa sapientia utentes : Si, inquit, alium prædicarent Christum, prætermissum a nobis, quem prædicari conveniebat, recte susti-

[m] Gen. XXIV, 4. [n] Psal. XLIV, 11. [o] 1 Cor. V, 20. [p] Matth. XXV, 6. [q] Galat. I, 8.

Variæ lectiones.

[61] τότε o. [62] ἀλλ' ὅμως ὁ φόβος m. [63] κακουργία o. [64] προσθήσεται, καὶ, προστήσεται o. [65] πολλοὶ o

Digitized by Google

mississetis; propter hoc enim adjecit, « Quem non prædicavimus. » Sin vero eadem fidei capita sunt, in quo nobis illi superiores sunt? Observa porro, non dixit, Si is, qui venit, quiddam amplius prædicaverit (nam quiddam amplius magna cum auctoritate, multaque verborum elegantia dicebant, sed, « Alium Jesum prædicaverit, quem non prædicavimus, » ad quod non est necessaria sermonis elegantia. « Aut Spiritum alium accipitis, » hoc est, si opulentiores vos faceret in spiritualibus donis, quod ipsum orationis venustate non indiget. « Vel Evangelium aliud : » neque ad hoc opus habebat orationis cultu. Ubique autem indicat, quod non simpliciter, si quid excellentius dicant, attendere oporteat, sed si quid dicant quod dicendum esset, et a nobis prætermissum fuerit. Observa enim : « Alium, » inquit, « Jesum, quem non prædicavimus : Spiritum alium, quem non accepistis : Evangelium aliud, quod non accepistis. » Cum itaque eadem dicant, quid in eos inhiatis? Postquam ergo eadem prædicant, o Paule, quid eos prohibes? Quia hypocrisi utentes, alia dogmata introducunt.

A « Ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν. » Εἰ δὲ τὰ αὐτὰ κεφάλαια τῆς πίστεως, τί τὸ πλέον ἐκείνοις [66]; Καὶ ὅρα, οὐκ εἶπεν, ὅτι Εἰ ὁ ἐρχόμενος πλέον τι κηρύσσει· καὶ γὰρ πλέον τι ἔλεγον μετὰ πλείονος αὐθεντείας καὶ πολλοῦ τοῦ κάλλους τῶν ῥημάτων· ἀλλ', « Ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει, ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν· » ὅπερ οὐ χρείαν ἔχει καλλιεπείας. « Ἢ πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε· » τουτέστιν, Εἰ πλουσιωτέρους ὑμᾶς ἐποίει ἐν τοῖς πνευματικοῖς χαρίσμασιν· ὅπερ οὐδὲ τοῦτο δεῖται κομψείας λόγων. « Ἢ Εὐαγγέλιον ἕτερον· » ὃ οὐδὲ τοῦτο λόγων δεῖται. Πανταχοῦ δὲ δηλοῖ, ὅτι οὐχ ἁπλῶς εἴ τι πλέον λέγουσι, προσέχειν δεῖ, ἀλλ' εἴ τι λέγουσιν ὃ λεχθῆναι [67] ἔδει, καὶ παρ' ἡμῶν παρελείφθη. « Ὅρα γάρ· « Ἄλλον Ἰησοῦν ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν· Πνεῦμα ἕτερον, ὃ οὐκ ἐλάβετε· Εὐαγγέλιον ἕτερον, ὃ οὐκ ἐδέξασθε. » Ὥστε ἐπεὶ τὰ αὐτὰ λέγουσι, τί πρὸς αὐτοὺς κεχήνατε; Καὶ ἐπειδὴ τὰ αὐτὰ λέγουσιν, ὦ Παῦλε, τί αὐτοὺς κωλύεις; Ὅτι ; τῇ ὑποκρίσει χρώμενοι ἕτερα εἰσάγουσι δόγματα.

B

Vers. 5. « Existimo enim me nihil esse inferiorem iis qui magni admodum sunt apostoli. » Deinceps Petri sectatoribus sese confert, hoc indicare volens : Si me plura norunt, etiam et illis; ad absurdum **301** ducens. Observa autem ejus humilitatem. « Existimo, » inquit, id est puto, arbitror : et nihil enuntiat et decernit. Non simpliciter autem dicit, Reliquis apostolis, sed, « Iis qui sunt eximii apostoli, » Petrum, Jacobum, Joannem innuens. Atque hoc dicit, quia jam necessitas istud postulabat, cum tamen alibi dicat : « Qui non sum dignus vocari apostolus [r]. »

« Λογίζομαι γὰρ μηδὲν ὑστερηκέναι τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων. » Λοιπὸν τοῖς περὶ Πέτρον συγκρίνει ἑαυτὸν, τοῦτο δεῖξαι θέλων, ὅτι Εἰ ἐμοῦ τι πλέον ἴσασι, καὶ ἐκείνων· εἰς ἄτοπον ἀπάγων τὸν λόγον. Ὅρα δὲ ταπεινοφροσύνην· « Λογίζομαι, » φησὶν, οἷον, Ἡγοῦμαι, νομίζω, καὶ οὐδὲν ἀποφαντικόν. Οὐχ ἁπλῶς δὲ λέγει, Τῶν ἀποστόλων, ἀλλὰ, « Τῶν ὑπὲρ λίαν, » Πέτρον, καὶ Ἰωάννην, καὶ Ἰάκωβον αἰνιττόμενος. Τοῦτο δέ φησιν, ἐπειδὴ τούτου νῦν χρεία ἦν, ἐπεὶ ἀλλαχοῦ φησιν· « Ὃς οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος.

C

Vers. 6. « Nam etsi imperitus sermone, sed non scientia. « Quandoquidem in hoc sibi placebant pseudapostoli, quod non essent indocti, ostendit quod non inficietur sese imperitum esse, atque hoc sibi gloriæ ducit. Nec dicit, Etiamsi indoctus ac rudis sim, commune hoc mihi cum cæteris est apostolis, ne videatur una criminari ipsos : sed exterioris sapientiæ ipsum negotium tollit, æque atque in priori Epistola monstravit eam non solum esse inutilem, verum gloriam potius crucis subruere ac devastare. Sermone igitur indoctus sum, scientia haudquaquam. Per hoc autem illos innuit, quod quo magis illi eloquentia gloriantur, eo cognitione Dei ipsos magis esse orbatos, et quatenus ad ipsam attinet, eos esse idiotas et indoctos.

« Εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει. » Ἐπειδὴ ἐν τούτῳ ἐκαλλωπίζοντο οἱ ψευδαπόστολοι, τῷ μὴ εἶναι ἰδιῶται, δείκνυσιν αὐτὸς, ὅτι οὐ φεύγει τὴν ἰδιωτείαν, ἀλλὰ καὶ σεμνύνεται ἐπ' αὐτῇ. Καὶ οὐ λέγει, ὅτι Εἰ καὶ ἰδιώτης εἰμὶ, ἀλλὰ καὶ οἱ ἀπόστολοι, ἵνα μὴ δόξῃ συνδιαβάλλειν αὐτούς· ἀλλ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα τῆς ἔξωθεν σοφίας καθαιρεῖ, ὡς καὶ ἐν προτέρᾳ ἔδειξεν αὐτὸ οὐ μόνον ἀνόνητον, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ λυμαινόμενον τῇ δόξῃ τοῦ σταυροῦ. Τῷ λόγῳ οὖν εἰμι ἰδιώτης, οὐ τῇ γνώσει. Διὰ τούτου δὲ αἰνίττεται ἐκείνους, ὅτι ὅσον τῇ εὐγλωττίᾳ κομπάζουσι, τοσοῦτον ἐστερημένους τῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως, καὶ ἰδιώτας ὄντας κατ' αὐτήν.

D

« Sed in quavis re manifesti sumus in omnibus erga vos. » Non quemadmodum pseudapostoli, aliud sumus, et aliud apparemus : verum in omnibus quæ facimus et dicimus, manifesti sumus erga vos; neque ulla est in nobis duplicitas vel hypocrisis,

« Ἀλλ' ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς. » Οὐχ ὥσπερ οἱ ψευδαπόστολοι ἄλλο ὄντες ἄλλο φαινόμεθα, ἀλλ' ἐν πᾶσιν, οἷς ποιοῦμεν καὶ λέγομεν, φανεροί ἐσμεν εἰς ὑμᾶς· οὐδεμία διπλόη, ἢ ὑπόκρισις ἐν ἡμῖν, ὥσπερ ἐκείνοις, εὐλαβείας προ-

[r] I Cor. xv, 9.

Variæ lectiones.

[66] ἐνίκων o. [67] δεχθῆναι o.

Digitized by Google

σωπεῖον μόνον περικειμένοις, καὶ πάντα τὰ χείριστα ποιοῦσιν. A ut in illis qui sola pietatis persona sunt amicti, deterrima quæque patrantes.

« Ἢ ἁμαρτίαν ἐποίησα, ἐμαυτὸν ταπεινῶν ἵνα ὑμεῖς ὑψωθῆτε, ὅτι δωρεὰν τὸ τοῦ Θεοῦ Εὐαγγέλιον εὐηγγελισάμην ὑμῖν ; » Τοῦτο, φησὶν, ἥμαρτον, καὶ διὰ τοῦτό μοι ἐγκαλεῖν ἔχετε καὶ κατεπαίρεσθαί μου, ὅτι ἐταπείνωσα ἐμαυτὸν, προσαιτῶν καὶ λιμώττων, « ἵνα ὑμεῖς ὑψωθῆτε, » τουτέστιν, οἰκοδομηθῆτε πρὸς τὴν πίστιν ; Οὐκ ἐσκανδαλίζοντο γὰρ λοιπὸν (ὃ καὶ μεγίστη αὐτῶν κατηγορία), ὅτι οὐκ ᾠκοδομοῦντο ἄλλως; εἰ μὴ αὐτὸς ἐλιμαγχονεῖτο. Ἐπειδὴ δὲ διέβαλλον αὐτὸν, ὅτι παρὼν μὲν, ταπεινὸς, ἀπὼν δὲ, κομπάζει· ὡς ὑπὲρ τούτου ἀπολογούμενος νῦν, πλήττει αὐτοὺς, ὅτι Ταπεινὸς γέγονα, ἀλλ' ὑμεῖς [68] ὑψώθητε ἐκ τούτου.

« Καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον (εἴτε ἐν σώματι, οὐκ οἶδα, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα· ὁ Θεὸς οἶδεν), ὅτι ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον, καὶ ἤκουσεν ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. » Ἀπὸ τοῦ τρίτου, φησὶν, οὐρανοῦ αὖθις ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον. Ἡρπάγη μὲν οὖν, ἵνα μηδὲ ἐν τούτῳ ἧττον ἔχῃ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων τῶν συγγεγονότων τῷ Χριστῷ. Καὶ « εἰς τὸν παράδεισον » δὲ, ἐπειδὴ πολὺ τὸ ὄνομα τοῦ χωρίου τούτου ἐφημίζετο· ὅθεν καὶ τῷ λῃστῇ τοῦτον ὁ Κύριος ἐπηγγείλατο. « Ἄῤῥητα » δὲ « ῥήματα ἤκουσεν, » ἃ τοῖς κατὰ ἄνθρωπον φρονοῦσι, καὶ μηδὲν πνευματικὸν ἔχουσιν οὐκ ἔξεστι λαλῆσαι. Ἐντεῦθεν δὲ δῆλον, ὅτι ἡ λεγομένη Παύλου Ἀποκάλυψις, ψευδεπίγραφος· πῶς γὰρ οὔ, εἴ γε ἄῤῥητα ἦσαν ἐκεῖνα; Κατὰ μὲν οὖν τὸ ῥητὸν, ἕτερος τόπος ὁ τρίτος οὐρανὸς, καὶ ἕτερος ὁ παράδεισος· κατὰ δὲ τὴν ἀναγωγὴν, τάχα μὲν ὁ αὐτὸς, τάχα δὲ οὐχ ὁ αὐτός. Πολλῶν γὰρ ὄντων τῶν ἀναγωγικῶς [97] λεχθησομένων, ὀλίγα ἐροῦμεν καὶ εὐληπτότερα. Ἔστι γὰρ πρῶτος οὐρανὸς, τὸ πέρας καὶ ὁ ὅρος τῆς ἠθικῆς [98], ὅταν τις τὰ ἤθη ἑαυτοῦ ῥυθμίσῃ. Εἶτα ἡ φυσικὴ, δεύτερος οὐρανὸς, ὅταν τις τὴν γνῶσιν τῆς τοῦ παντὸς φύσεως [99], ὡς ἐφικτὸν, περιορίσῃ. Εἶτα ἡ θεολογικὴ, τρίτος οὐρανὸς, ὅταν τις τὸ ἐφικτὸν τέως αὐτῷ μέτρον [1] τῆς τῶν θειοτέρων καὶ ὑπὲρ γνῶσιν καταλήψεως φθάσῃ διὰ θεωρίας. Καὶ ὁ Παῦλος τοίνυν ἐν τοῖς περὶ τὴν Τριάδα τόποις ἐγένετο ἁρπαγεὶς πάντως, τουτέστιν, ὑπερβὰς πάντα τὰ γεγονότα· καὶ οὔτε ἐν σώματι ὢν (οὐδὲ γὰρ ἐνήργει κατὰ τὰς σωματικὰς αἰσθήσεις), οὔτε ἐκτὸς τοῦ σώματος· ἤργησε γὰρ αὐτῷ καὶ ἡ νόησις [2]. Ἐν γὰρ τοῖς θείοις ἀργεῖ πᾶσα ἡ ἀνθρωπίνη νόησις, ἁρπαζομένου τοῦ ἀνθρώπου [3], καὶ λαμβανομένου ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὥστε καὶ ὑπ' ἐκείνου φέρεσθαι καὶ ἐνεργεῖσθαι. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν τοῖς τῆς θεολογίας τόποις ἀναβάσεις εἰσὶ, διὰ τοῦτο ἁρπάζεται αὖθις εἰς τὸν παράδεισον, τοῖς μυστικωτέροις τῆς θεότητος ἐν-

adjunctum, ut discas quod cum quatuordecim annos conticuisset, ne nunc protulisset quidem, ni necessitate compulsus fuisset. Ac si talibus ante quatuordecim annos dignatus est, quantus nunc est post tot tantaque pro Christo pericula!

« Sive in corpore, nescio : sive extra corpus, nescio (Deus novit) raptum hujusmodi usque ad tertium cœlum. » Vide ejus modestiam, uti fatetur se ignorare num in corpore fuerit, an extra corpus, **310** quando raptus est. « Tertium » autem « cœlum » sic intelligas licet : Scriptura aerem vocat cœlum, ut, « Volucres cœli, » et, « Ros cœli : » en illud unum cœlum. Nec non firmamentum cœlum vocat. « Vocavit » enim « firmamentum cœlum [v] : » en cœlum istud secundum. Illud etiam in principio cum terra creatum, cœlum vocat : ecce cœlum tertium

Vers. 3, 4. « Et scio hujusmodi hominem (sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit), quod raptus sit in paradisum, et audiverit arcana verba, quæ non licet homini loqui. » A tertio cœlo, inquit, rursus raptus est in paradisum. Raptus est ergo, ut ne in hoc quidem reliquis apostolis qui Christo convixerunt, sit inferior. « In paradisum » autem, quoniam celebre loci hujus nomen prædicabatur; unde et eumdem Dominus latroni promisit. « Verba » porro « arcana » aut ineffabilia « audivit, » quæ humana tantum spirantibus, nihilque spirituale habentibus, non licet eloqui. Hinc liquido apparet, Revelationem Pauli dictam, falso illi ascriptam esse. Quomodo enim alias, siquidem illa ineffabilia fuerunt? Ad verbum igitur, tertium cœlum alius locus est, atque alius paradisus; secundum vero anagogen forte idem est, forte non idem. Cum enim multa sint anagogice dicenda, pauca dicemus, et captu faciliora. Est enim primum cœlum, finis ac terminus ethicæ, quando mores suos quisquam recte formaverit. Deinde naturalis philosophia est cœlum secundum, cum scientiam aliquis de universi cognitione, quatenus fieri potest, circumscripserit. Deinde tertium cœlum, theologica est scientia, quando quispiam, quantum ab illo fieri potest, mensuram, qua res divinæ et humanam cognitionem excedentes percipiuntur, adeptus fuerit per contemplationem. Paulus igitur ad ea quæ juxta Trinitatem sunt loca, omnino raptus erat, hoc est, omnes creaturas exsuperans; neque in corpore constitutus : non enim operabatur per corporeos sensus; neque extra corpus : torpuisset enim ei intellectus etiam. In divinis enim rebus torpet omnis intellectus humanus, rapto homine et a Deo comprehenso, ut ab illo agatur, et operationem accipiat. Quia vero et in theologiæ locis ascensiones sunt, propterea rursus rapitur in paradisum, arcanioribus divinitatis mysteriis immorans:

[v] Gen. 1, 8.

Variæ lectiones.

[97] ἀναλογικῶς o. [98] τοῖς ἠθικοῖς o. [99] γνώσεως o. [1] ὅταν τις τέως τὸ αὐτὸ μέτρον o. [2] γνῶσις o. [3] νοὸς o.

Digitized by Google

quæ incognita cum sint, nec ullis verbis exprimi possint, nisi humanam quis vilitatem transcenderit, nunquam intellexerit.

VERS. 5. « De tali gloriabor. » Vide ejus humilitatem, quomodo tanquam de alio hæc recenseat : « De tali » enim, inquit, « gloriabor. » Atenim cujus gratia, si alius raptus est, tu gloriaris? Manifestum est itaque quod ista de seipso dicat.

311 « De meipso autem non gloriabor. » Vel quia cum necessitas non sit, nihil tale simpliciter ac temere dicam : vel obscuram reddens orationem, ut fieri potest, hæc dicit.

« Nisi in infirmitatibus meis. » Hoc est, in afflictionibus et persecutionibus.

VERS. 6. « Nam si voluero gloriari, non ero insipiens : veritatem enim dicam. » Quomodo, cum antea dixisset insipientiam esse gloriari, nunc ait, Non ero insipiens si gloriabor? Non gloriationis causa nunc se non insipientem fore dixit, sed quia non mentiretur. Intulit enim : « Veritatem enim dicam. » Ergo quatenus veridicus, non ero insipiens.

« Pareo autem, ne quis de me existimet supra id quod videt in me, vel audit aliquid ex me. » Hæc est certissima causa, ne homines ex ipso Deum faciant; ob eam enim rem de seipso semper tacuit : ac si quando coactus sit dicere quidquam, adumbrabat illud, ne majorem de ipso homines opinionem concipiant. Non enim dixit, Ne quis dicat de me : verum, Ne quiddam majus quam par sit, de me cogitet, menteve concipiat. Nam si tauros ei mactare voluerunt propter miracula, quid non fecissent, si etiam revelationes manifestasset [x]?

VERS. 7. « Et ne excellentia revelationum extollar, datus est mihi stimulus in carne, angelus Satanæ, ut me colaphizet, ne extollar. » Angelum Satanæ, et stimulum, nonnulli cephalalgiam, hoc est capitis dolorem, a diabolo factum intellexerunt. At absit hoc : non enim Pauli corpus diabolo traditum est : quandoquidem Paulus ipsi potius præcipiebat, finesque præscribebat, quando fornicatorem tradebat ei ad interitum carnis [y-z], nec eam ille metam prætergrediebatur. Quid igitur est Satan? Adversarius dicitur Hebræa voce. Angeli igitur Satanæ sunt omnes adversarii, Alexander æarius, Hymenæus et Philetus, omnesque tribulantes ipsum et affligentes, ceu Satanæ opera perficientes. Dicit igitur, quod Non permisit Deus prædicationem meam absque periculis et laboribus procedere, ne multis revelationibus dignatus extollar. Quare autem non dixit, Angeli Satanæ dati sunt mihi, sed « Angelus? » Quia in omni loco unus aliquis inveniebatur renitens fortasse populumque concitans, quem ducem reliqui sequebantur; vel, quod melius, ipsam rem adeoque renisum adversus verbi prædicationem, periculorumque

διατρίβων· ἃ ἄγνωστα ὄντα καὶ ἄῤῥητα, εἰ μή τις ἐκβαίνῃ τὴν ἀνθρωπίνην εὐτέλειαν, οὐκ ἂν ποτε δέξαιτο.

« Ὑπὲρ τοῦ τοιούτου καυχήσομαι. » Βλέπε αὐτοῦ τὸ ἄτυφον, πῶς ὡς περὶ ἑτέρου τινὸς αὐτὰ διηγεῖται. « Ὑπὲρ τοῦ τοιούτου » γάρ, φησί, « καυχήσομαι. » Καίτοι τίνος ἕνεκεν, εἰ ἄλλος ἡρπάγη, σὺ καυχᾷ; Ὥστε δῆλον ὅτι περὶ ἑαυτοῦ ταῦτα λέγει.

« Ὑπὲρ δὲ ἐμαυτοῦ οὐ καυχήσομαι. » Ἢ ὅτι ἀνάγκης οὐκ οὔσης, οὐδὲν τοιοῦτον ἁπλῶς καὶ εἰκῇ ἐρῶ· ἢ συσκιάζων τὸν λόγον, ὡς ἐγχωρεῖ, ταῦτα λέγει.

« Εἰ μὴ ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου. » Τουτέστιν, ἐν ταῖς θλίψεσιν, ἐν τοῖς διωγμοῖς.

« Ἐὰν γὰρ θελήσω καυχήσασθαι, οὐκ ἔσομαι ἄφρων· ἀλήθειαν γὰρ ἐρῶ. » Πῶς ὄπισθεν εἶπών, ὅτι ἔστι τὸ καυχᾶσθαι ἀφροσύνη, νῦν λέγει, ὅτι Οὐκ ἔσομαι ἄφρων ἐὰν καυχήσωμαι; Οὐ κατὰ τὸ καυχᾶσθαι νῦν εἶπε μὴ εἶναι ἄφρων, ἀλλὰ κατὰ τὸ μὴ ψεύσασθαι. Ἐπήγαγε γάρ· « Ἀλήθειαν γὰρ ἐρῶ. » Ὡς ἀληθεύων οὖν οὐκ ἔσομαι ἄφρων.

« Φείδομαι δὲ, μήτις εἰς ἐμὲ λογίσηται ὑπὲρ ὃ βλέπει με, ἢ ἀκούει τι ἐξ ἐμοῦ. » Αὕτη ἡ ὡμολογημένη αἰτία, ἵνα μὴ οἱ ἄνθρωποι θεοποιήσωσιν αὐτόν· διὰ τοῦτο γὰρ ἀεὶ ἐσίγα περὶ ἑαυτοῦ· κἂν ποτε ἠναγκάσθη εἰπεῖν τι, συνεσκίαζεν [a] αὐτὸ, ἵνα μὴ μείζονα οἱ ἄνθρωποι περὶ αὐτοῦ λάβωσιν ἔννοιαν [b]. Οὐ γὰρ εἶπε, Μή τις εἴπῃ περὶ ἐμοῦ, ἀλλ', Ἵνα μηδὲ λογίσηταί τι μεῖζον τῆς ἀξίας μου. Εἰ γὰρ καταθύειν αὐτῷ ταύρους ἤθελον διὰ τὰ σημεῖα, τί οὐκ ἂν ἔδρασαν, εἰ καὶ τὰς ἀποκαλύψεις ἐφανέρων;

« Καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος Σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι. » Ἄγγελον Σατᾶν, καὶ σκόλοπα, τινὲς κεφαλαλγίαν ἐνόμισαν ὑπὸ τοῦ διαβόλου γινομένην. Ἀλλὰ μὴ γένοιτο· οὐ γὰρ ἂν τὸ σῶμα Παύλου τῷ διαβόλῳ παρεδόθη, ὅπου γε Παῦλος αὐτῷ μᾶλλον ἐπέτασσε, καὶ ὅρους ἐτίθει [y], ὅτε τὸν πορνεύσαντα αὐτῷ παρεδίδου εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, καὶ οὐχ ὑπερέβη τοὺς ὅρους ἐκεῖνος [z]. Τί οὖν ἐστι Σατᾶν; Ὁ ἀντικείμενος λέγεται τῇ Ἑβραίων φωνῇ. Ἄγγελοι Σατᾶν τοίνυν οἱ ἀντικείμενοι πάντες· Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς, Ὑμεναῖος, καὶ Φιλητὸς, καὶ πάντες οἱ θλίβοντες αὐτὸν καὶ κακοῦντες, ὡς τὰ τοῦ Σατᾶν ἔργα ποιοῦντες. Φησὶν οὖν, ὅτι Οὐκ εἴασεν ὁ Θεὸς τὸ κήρυγμά μου χωρὶς κινδύνων καὶ πόνων προχωρεῖν, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι ὡς πολλῶν ἀποκαλύψεων καταξιωθείς. Διὰ τί δὲ οὐκ εἶπεν, Ἄγγελοι Σατᾶν ἐδόθησαν, ἀλλ' « Ἄγγελος; » Ἐπειδὴ κατὰ τόπον εἷς τις εὑρίσκετο ὁ ἀντιπίπτων ἴσως, καὶ τὸν δῆμον ὀποκινῶν, οὗ προκαταρχομένου καὶ οἱ λοιποὶ συνεπίποντο [c]· ἢ, ὅπερ καὶ βέλτιον, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, ἤτοι τὴν πρὸς τὸ κή-

[x] Act. xiv, 13. [y-z] I Cor. v, 5.

Variæ lectiones.

[a] Ισ. ταῦτα ο. [b] συνεσκεύασεν ο. [c] ὑπόνοιαν ο. [y] ἐδίδου ο. [z] ἐκεινους ο. [c] συνήπτοντο ο.

Digitized by Google

ρυγμα ἀντίθεσιν, καὶ τῶν κινδύνων ἐπιφοράν, ἄγγελον Σατᾶν ὠνόμασε. Παρὰ τίνος δὲ ἐδόθη ; Παρὰ τοῦ Θεοῦ, φησὶ, συνεχωρήθη· τοῦτο γὰρ τὸ, « Ἐδόθη· » καὶ οὐχ ἵνα ἅπαξ με κολαφίσῃ, ἀλλ' ἀεί. Τὸ δὲ, « Ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, » τινὲς ἐνόησαν ἀντὶ τοῦ, Ἵνα μὴ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων δοξάζωμαι. Ἀλλ' οὐ τοῦτο λέγει Παῦλος ἐνταῦθα, εἰ καὶ ἀνωτέρω εἶπεν, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο, Ἵνα μὴ κενοδοξῶ, φησίν· ἄνθρωπος γὰρ ἦν καὶ αὐτός.

« Ὑπὲρ τούτου τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσα, ἵνα ἀποστῇ ἀπ' ἐμοῦ· καὶ εἴρηκέ μοι· Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου. » — « Τρὶς, » ἀντὶ τοῦ, πολλάκις, « παρεκάλεσα. » Καὶ τοῦτο δὲ ταπεινοφροσύνης, τὸ ὁμολογῆσαι, ὅτι οὐκ ἔφερε τὰς ἐπιβουλὰς καὶ τὰς θλίψεις, καὶ διὰ τοῦτο παρεκάλει. Εἴρηκεν οὖν μοι· « Ἀρκεῖ σοι, » ὅτι τοιαύτην ἔδωκά σοι χάριν, ἵνα νεκροὺς ἐγείρῃς, ἵνα δυνάμεις πάσας ἐπιτελῇς. Μὴ ζήτει καὶ ἀκίνδυνόν σοι προβαίνειν τὸ κήρυγμα· περιττὸν γάρ ἐστι τοῦτο· ὃ δὲ ἀρκεῖ σοι, ἔλαβες.

« Ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. » Τουτέστιν, Ἀλλ' ἴσως ἀλγεῖς, ὦ Παῦλε, μὴ δόξῃ τοῦτο ἀσθενείας εἶναι ἐμῆς, τὸ πολλοὺς τῷ λόγῳ ἐπιβουλεύειν· θάρρει. Τότε γὰρ τελεώτερον μᾶλλον διαφαίνεται ἡ δύναμίς μου, ὅταν διωκόμενοι τῶν διωκόντων περιγίνεσθε. Ὅρα δὲ, πῶς αὐτὸς μὲν ἔφησε, διὰ τοῦτο ἐκδοθῆναι τοῖς πειρασμοῖς, ἵνα μὴ ὑπεραίρηται· ὁ δὲ Θεὸς ἄλλην αἰτίαν εἶπε τούτου, τὸ τὴν δύναμιν αὐτοῦ τότε φαίνεσθαι τὸ τέλειον ἔχουσαν, ὅταν « ἐν ἀσθενείᾳ, » τουτέστιν, ἐν διωγμοῖς καὶ κινδύνοις αὐτοὶ ὦσιν.

« Ἥδιστα οὖν μᾶλλον καυχήσομαι ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου, ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ. » Ἐπεὶ, φησὶ, ταῦτα ἤκουσα καὶ ὅτι ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται, λοιπὸν καυχήσομαι ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου. Αὗται γὰρ ὅσῳ πλείους εἰσὶ, τοσούτῳ δαψιλεστέραν τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ προξενοῦσί μοι. Μὴ τοίνυν νομίσητέ με, ὅτι ὡς λυπούμενος εἶπον τὰ περὶ τοῦ σκόλοπος, ἀλλὰ μᾶλλον χαίρων καὶ καυχώμενος, ὡς καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν πλείονα ἐπισπώμενος πρὸς ἐμαυτὸν διὰ τῆς ἐπιτάσεως τῶν θλίψεων.

« Διὸ εὐδοκῶ ἐν ταῖς ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν διωγμοῖς, ἐν στενοχωρίαις ὑπὲρ Χριστοῦ. » Ἐπεθύμουν, φησὶν, ὡς ἄνθρωπος, ἀπαλλαγῆναι τῶν δεινῶν· ἐπεὶ δὲ ἤκουσα ἃ ἤκουσα, ἔκτοτε καὶ καυχῶμαι καὶ εὐδοκῶ, τουτέστιν, ἐπευφραίνομαι, εὐχαριστῶν εὐαρεστοῦμαι ἐν ἀσθενείαις. Εἶτα, ἵνα μὴ νομίσῃς πυρετὸν [10] καὶ τοιαῦτα νοσήματα, ἑρμηνεύει σοι ταύτας, ὅτι αἱ ὕβρεις, καὶ τἆλλα, εἰσὶν αἱ ἀσθένειαι. Ταῦτα δὲ καὶ τοὺς ψευδαποστόλους κατισχύνει ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις καυχωμένους, ὡς ἀντιθέους· καὶ τοὺς μαθητὰς παραμυθεῖται, ἵνα μὴ ἐπαισχύνωνται τῷ διδασκάλῳ, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐγκαλλωπίζωνται, ὡς τοῦ Θεοῦ τοῦτο θέλοντος, καὶ ὑπὲρ Χριστοῦ ὄντων τῶν κινδύνων.

illationem, angelum Satanæ nominavit. A quo autem datus est? A Deo (inquit) permissus est; hoc enim est quod ait, « Datus est : » non ut semel mihi colaphos infligat, sed semper. Quod vero ait : « Ne extollar, » quidam intellexerunt pro eo quod est, Ne ab hominibus glorificer. **312** Sed id Paulus hic non dicit, etiamsi supra dixerit : sed illud ipsum, Ne vane gloriosus sim, inquit : homo enim et ipse erat.

VERS. 8, 9. « Super hoc ter Dominum rogavi, ut discederet a me; et dixit mihi : Sufficit tibi gratia mea. » — « Ter, » pro, Sæpe imploravi. Atqui hoc etiam humilitatis est, fateri quod non ferret insidias ac afflictiones, et propterea opem imploraret. Dixit igitur mihi : Satis est quod talem tibi gratiam dederim, ut mortuos excites, ut virtutes omnes perficias. Ne quæras igitur ut citra periculum prædicatio tibi progrediatur : supervacaneum enim hoc est. Quod autem satis est tibi, accepisti.

« Virtus enim mea infirmitate perficitur. » Hoc est, Fortasse doles, o Paule, ne videatur imbecillitatis esse meæ, quod multi verbo meo insidias machinentur : confide. Tum enim perfectius videtur potentia mea, quando persecutionem passi, persecutores vicerilis. Vide autem quomodo dixerit ipse, propter hoc obnoxium sese ac traditum tentationibus, ne extollatur. Deus autem aliam rationem reddidit hujus, nimirum quod potentia ipsius tum videatur consummationem habere, quando « in infirmitate, » hoc est, in persecutionibus et periculis ipsi fuerint.

« Libentissime igitur gloriabor potius in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. » Quia (inquit) hæc audivi, quod potentia Dei in infirmitate perficitur, deinceps gloriabor in infirmitatibus meis. Hæ enim quo plures fuerint, eo uberiorem Dei potentiam mihi conciliant. Ne igitur arbitremini, quod veluti contristatus de stimulo verba fecerim; sed lætans potius ac glorians, tanquam Dei potentiam majorem attrahens ad meipsum per afflictionum intensionem.

VERS. 10. « Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. » Expetebam, inquit, hominis instar, a rebus adversis liberari, sed postquam audivi quæ audivi, eximde glorior et oblector, hoc est, exhilaror, oblectationem capio in infirmitatibus. Deinde, ne existimes febrim, aut id genus morbos alios, interpretatur ipse tibi has infirmitates, indicans quod sint contumeliæ, et alia quædam, infirmitates istæ. Hæc porro pseudapostolos etiam pudefaciunt in contrariis gloriantes, tanquam Deo contrarios : ac discipulos juxta consolatur, ne doctoris sui nomine erubescant, sed potius decori hoc sibi ascribant, ceu Deo hoc volente, et pro Christi gloria instantibus periculis.

Variæ lectiones.

[10] πυρετῷ καὶ τοιαῦτα, ἑρμην. o.

Digitized by Google

313 « Quando enim infirmor, tum potens sum. » Quid miraris quod Dei potentia tum demonstretur? nam et ego tum potens sum, largiore Dei gratia mihi præsente et assistente : veluti cum carceri inclusus est, carceris custodem in Christi fide instituit [a] : quando naufragium passus est, insulares Barbaros attonitos reddidit [b] : quando coram judice in vinculis astitit, ipso et accusatoribus superior factus est [c]. Quando igitur imbecilli erat, hoc est, in periculis constitutus, tum potens, fortis et splendidus erat.

A « Ὅταν γὰρ ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι. » Τί θαυμάζεις, εἰ τοῦ Θεοῦ ἡ δύναμις τότε δείκνυται; Καὶ γὰρ καὶ ἐγὼ τότε δυνατός εἰμι, τῆς χάριτος δαψιλεστέρας ἐπιούσης· ὥσπερ ὅτε ἐνεκλείσθη, τότε τὸν δεσμοφύλακα κατήχησεν· ὅτε ἐναυάγησε, τοὺς ἐν τῇ νήσῳ Βαρβάρους ἐξέπληξεν· ὅτε τῷ δικαστῇ παρέστη δεδεμένος, τότε αὐτοῦ καὶ τῶν κατηγόρων περιεγένετο. Ὅταν οὖν ἠσθένει, τουτέστιν, ἐν τοῖς κινδύνοις ἦν, τότε δυνατὸς ἦν καὶ λαμπρός.

Vers. 11. « Factus sum insipiens, gloriando : vos me coegistis. » Rursus defensionem parat gloriationis suæ. Et supra quidem, « Tanquam insipientem, » dixit, « suscipite me, » et, « Tanquam in insipientia : » nunc autem particula « Tanquam » ablata, insipientem seipsum vocat. Cum enim confirmavit quæ voluit, confidenter posthac talem defectum condemnat, erudiens nos abunde, ne unquam sine necessitate gloriemur, quandoquidem, urgente necessitate, insipientem sese Paulus appellet. « Vos enim me coegistis, » hoc est, Vestræ salutis rationem habens hæc dixi, cum viderem quod pseudapostoli per jactantiam suam vos ipsis attendentes corrumpunt. Hanc igitur ob rem volui et ipse dicere quiddam de meipso, in vestri gratiam.

« Γέγονα ἄφρων καυχώμενος· ὑμεῖς με ἠναγκάσατε. » Πάλιν ἀπολογεῖται ὑπὲρ τῆς καυχήσεως. Καὶ ἀνωτέρω μέν, « Ὡς ἄφρονα δέξασθέ με, » ἔλεγε· καὶ, « Ὡς ἐν ἀφροσύνῃ· » νῦν δὲ καὶ τὸ, B « Ὡς, » ἀνελὼν, ἄφρονα ἑαυτὸν καλεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ κατεσκεύασεν ἃ ἐβούλετο, θαῤῥούντως λοιπὸν καταγινώσκει τοῦ τοιούτου ἐλαττώματος, παιδεύων ἐκ περιουσίας, μηδέποτε καυχᾶσθαι, ἀνάγκης μὴ οὔσης· ὅπου γε καὶ ἀνάγκης οὔσης, ἄφρονα ἑαυτὸν ὁ Παῦλος καλεῖ. « Ὑμεῖς γάρ με ἠναγκάσατε· » τουτέστι, Κηδόμενος τῆς ὑμῶν σωτηρίας ταῦτα εἶπον, ἐπειδὴ ἐώρων ὅτι οἱ ψευδαπόστολοι ἐκ τοῦ καυχᾶσθαι διαφθείρουσιν ὑμᾶς προσέχοντας αὐτοῖς· διʼ αὐτὸ τοῦτο εἰλόμην οὖν καὶ αὐτὸς εἰπεῖν τι ὑπὲρ ἐμαυτοῦ διʼ ὑμᾶς.

« Ego enim debebam a vobis commendari. » Par erat, inquit, ut vos mea potius recenseretis deprædicaretisque. Quia vero id non fecistis, sed C illis mentem adhibuistis, corruptique estis, hæc salutis vestræ causa dixi.

« Ἐγὼ γὰρ ὤφειλον ὑφ' ὑμῶν συνίστασθαι. » Ἔδει, φησὶν, ὑμᾶς μᾶλλον τὰ ἐμὰ καταλέγειν, καὶ εὐφημεῖν· ἐπεὶ δὲ τοῦτο οὐκ ἐποιήσατε, ἀλλʼ ἐκείνοις προσείχετε καὶ διεφθείρεσθε, εἶπον ταῦτα διὰ τὴν ὑμῶν σωτηρίαν.

« Nihil enim inferior fui iis qui supra modum sunt apostoli, etsi nihil sim. » Supra cum ambiguitate nonnulla dixit : « Existimo enim me nulla in re inferiorem fuisse [d] ; » nunc autem majori cum auctoritate dixit, « Nihil inferior sum, » hoc est Non sum postferendus magnis illis apostolis, Petro et Petro similibus. Verumtamen hic propriæ consuetudinis non est oblitus, sed subintulit : « Etsi nihil sim. » Animadverte autem ejus prudentiam. Non enim porro pseudapostolis seipsum confert, sed nulla illorum habita ratione, vel ipsis apostolis se parem esse statuit, quippe qui illos omnes facile superet. Simul autem innuit, quod apostolos con- D tumelia afficiant Corinthii, quando apostolis parem postponant pseudapostolis.

« Οὐδὲν γὰρ ὑστέρησα τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων, εἰ καὶ οὐδέν εἰμι. » Ἀνωτέρω μὲν μετὰ ἐνδοιασμοῦ, « Λογίζομαι γὰρ, » φησὶ, « μηδὲν ὑστερηκέναι· » νῦν δὲ ἐξουσιαστικώτερον εἶπεν, ὅτι « Οὐδὲν ὑστέρησα· » τουτέστιν, Οὐ κατόπιν ἦλθον τῶν μεγάλων ἀποστόλων τῶν περὶ Πέτρον. Πλὴν καὶ ἐνταῦθα τοῦ οἰκείου ἔθους οὐκ ἐπιλέλησται, ἀλλʼ ἐπήγαγεν· « Εἰ καὶ οὐδέν εἰμι. » Ὅρα δὲ τὴν σύνεσιν. Οὐκέτι γὰρ τοῖς ψευδαποστόλοις ἑαυτὸν συγκρίνει, ἀλλὰ τούτους οὐδὲ λόγου ἀξιῶν, τοῖς ἀποστόλοις ἴσος εἶναι διαβεβαιοῦται, ἐκ περιουσίας πάντως κρατῶν· ἅμα δὲ δεικνὺς, ὅτι καὶ τοὺς ἀποστόλους ὑβρίζουσιν οἱ Κορίνθιοι, ὅταν τὸν ἴσον [11] αὐτῶν ἐν δευτέροις τῶν ψευδαποστόλων ἔχωσι.

Vers. 12. « Signa quidem apostoli facta sunt in vobis. » Ego quidem, inquit, nihil sum : verum tu istud non aspicias, sed animadverte, quod nihil omiserim eorum quæ verum exprimant apostolum. Vos enim mihi testimonium dicetis, quod omnia perfecerim.

« Τὰ μὲν σημεῖα τοῦ ἀποστόλου κατειργάσθη ἐν ὑμῖν. » Ἐγὼ μὲν, φησὶν, οὐδέν εἰμι· σὺ δὲ μὴ τοῦτο ἴδῃς, ἀλλὰ πρόσεχε ὅτι οὐδὲν ἐνέλιπον τῶν χαρακτηριζόντων ἀπόστολον [12]. Ὑμεῖς γάρ μάρτυρες ὅτι πάντα ἐποίησα.

« In omni patientia. » Primus character apostoli est patientia, ac omnia strenue ferre. Sed vide ejus

« Ἐν πάσῃ ὑπομονῇ. » Πρῶτος χαρακτὴρ ἀποστόλου ἡ ὑπομονὴ, καὶ τὸ πάντα φέρειν γενναίως.

[a] Act. xvi, 31. [b] Act. xxviii, 7. [c] Act. xxvi, 31. [d] Supra xi, 5.

Variæ lectiones.

[11] ὅσον o. [12] τοὺς ἀποστόλους o.

Digitized by Google

Ὅρα δὲ τὴν ταπεινοφροσύνην, πόσους κινδύνους, πόσους πολέμους, τῶν ἔσω, τῶν ἔξω, διὰ μιᾶς ταύτης λέξεως αἰνιξάμενος παρέδραμεν. Ὁ μὲν γὰρ ἦν αὐτοῦ κατόρθωμα, τὴν ὑπομονήν φημι, μιᾷ λέξει εἶπε· τὰ δὲ τῶν σημείων, ἅπερ οὐκ ἦν αὐτοῦ, ἀλλὰ χάριτος τῆς τοῦ Θεοῦ, διὰ πλειόνων ἐξηγήσατο. Καὶ ἄκουε. A

« Ἐν σημείοις καὶ τέρασι καὶ δυνάμεσι. » Τί διαφέρει σημεῖον τέρατος, εἴρηται ἀλλαχοῦ. Ἵνα δὲ μὴ νομίσῃ τις ὅτι ταῦτα ἐπὶ τοῦ εὐεργετεῖν μόνον εἴρηται, προσέθηκε[13] καὶ τὸ « Δυνάμεσιν. » Ἡ δύναμις γὰρ ἐμφανέστερον καὶ τὸ κολαστικὸν εἶδος δηλοῖ. Ὅρα δὲ καὶ ἐνταῦθα πόσους νεκροὺς, λεπροὺς, τυφλοὺς, δαιμονιῶντας, πάντας εὐεργετηθέντας, ἁπλῶς περιέλαβεν· ὡσαύτως καὶ τοὺς σωφρονισθέντας, οἷος ὁ Ἐλύμας. B

« Τί γάρ ἐστιν ὃ ἡττήθητε ὑπὲρ τὰς λοιπὰς Ἐκκλησίας; » Ἵνα μή τις εἴπῃ, ὅτι Μέγας μὲν εἶ, ὅμως οὐ τοσαῦτα εἰργάσω, ὅσα οἱ ἀπόστολοι ἐν ταῖς ἄλλαις Ἐκκλησίαις, φησί· « Τί ἡττήθητε; » τουτέστι, Τί ἔλαττον ἔσχετε; μὴ ἐλάττονος ἐτύχετε χαρίσματος παρὰ τοὺς λοιπούς;

« Εἰ μὴ ὅτι αὐτὸς ἐγὼ οὐ κατενάρκησα ὑμῶν; χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην. » Μετὰ βαρύτητος πολλῆς ἐπιτιμᾷ, καί φησιν, ὅτι Εἰ τοῦτο ἐγκαλεῖτε, ὅτι οὐκ ἐπεβάρησα ὑμᾶς, ἀλλ' ἀδαπάνως ὑμῖν ἐκήρυξα, συγγνώμην αἰτῶ· χαρίσασθέ μοι τοῦτο τὸ ἁμάρτημα· ἅμα δὲ καὶ ἐγκώμιον ἐκείνων περιέχει ὁ λόγος, εἴ γε ἀδικεῖσθαι νομίζουσι παρ' αὐτοῦ μὴ ἀξιώσαντος λαβεῖν τι παρ' αὐτῶν. C

« Ἰδοὺ τρίτον τοῦτο ἑτοίμως ἔχω ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐ κατανσρκήσω ὑμῶν· οὐ γὰρ ζητῶ τὰ ὑμῶν, ἀλλ' ὑμᾶς. Ἵνα μὴ δόξῃ συνεχῶς τοῦτο προφέρειν αὐτοῖς, ὡς ἂν ἀπό γε τοῦ νῦν λάβοι, φησίν, ὅτι Οὐκ ἐπειδὴ οὐ λαμβάνω, διὰ τοῦτο οὐ παραγίνομαι, ἀλλὰ καὶ δεύτερον παρεγενόμην, καὶ τρίτον παρεσκεύασμαι[14] ἐλθεῖν, καὶ οὐκ ἐπιβαρήσω ὑμᾶς. Διὰ τί; Οὐχ ὅτι πλήττεσθε, οὐδ' ὅτι ἀσθενεῖτε, ἀλλ' ὅτι ὑμᾶ; ζητῶ, οὐ τὰ ὑμῶν, τουτέστι, Τὴν ὑμετέραν σωτηρίαν καὶ τὰς ψυχάς, οὐ τὰ χρήματα[15].

« Οὐ γὰρ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν, ἀλλ' οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις. » Ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς εἰπεῖν· Οὐ γὰρ ἔξεστι καὶ ἡμᾶς ἔχειν[16] καὶ τὰ ἡμῶν· ὥστε οὐχ ἡδέως διάκεισαι πρὸς ἡμᾶς· διὰ τοῦτο λογισμὸν ἐπάγει, ὅτι Οἱ γονεῖς ὀφείλουσι τοῖς τέκνοις διδόναι· ἀντὶ τῶν διδασκάλων καὶ τῶν μαθητῶν, τοὺς πατέρας καὶ τὰ τέκνα λαβὼν[17], καὶ δείξας ὅτι ὀφειλὴν ἐκπληροῖ, καὶ ἀπαραίτητον τὸ πρᾶγμα. D

« Ἐγὼ δὲ ἥδιστα δαπανήσω καὶ ἐκδαπανηθήσομαι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν. » Ἐγὼ, φησίν, οὐ μόνον οὐ μὴ λήψομαι ἀφ' ὑμῶν, ἀλλὰ μᾶλλον προσδώσω· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, « Δαπανήσω. » Καὶ τί λέγω

humilitatem, quanta **314** pericula, quantaquo bella, tam interna, quam externa, una hac dictione subindicans prætercurrerit. Quod enim erat ipsius opus, patientia, nimirum, unica dictione expressit; quod vero ad signa attinet, quæ ipsius non erant, sed gratiæ Dei, pluribus enarravit; audi igitur.

« In signis, et prodigiis, et virtutibus. » Quid differat signum a prodigio, alibi dictum est. Ne vero existimet aliquis hæc de solis beneficiis dicta esse, « In virtutibus » appositum est. Nam virtus seu potentia, illud etiam quod puniendi vim habet aperte significat. Reputa autem hic, quot vita defunctos, leprosos, cæcos, dæmonibus occupatos, omnes a se beneficiis affectos, simpliciter comprehenderit : ac itidem castigatos, qualis ipse Elymas.

Vers. 13. « Quid enim est quod minus habuistis cæteris Ecclesiis? » Ne quis dicat, Magnus quidem es, verumtamen non tanta operatus es, quanta apostoli in aliis Ecclesiis, ait : « In quo inferiores fuistis? » hoc est, Quid minus habuistis? num minus donum nacti estis, quam cæteri?

« Nisi quod ipse ego non gravavi vos? donate mihi hanc injuriam. » Magna cum gravitate et asperitate objurgat, inquiens, Si hoc culpatis in me, quod vos non gravarim, sed sine sumptu Evangelium vobis prædicaverim, veniam peto; condonate mihi peccatum hoc. Simul autem encomium illorum continet sermo, siquidem injuria se affici putant, eo quod nihil ab iis accipere dignatus est.

Vers. 14. « Ecce jam tertio hoc paratus sum venire ad vos, et non ero gravis vobis; non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. » Ne videatur hoc continuo proferre ipsis, quasi posthac accepturus sit quidquam, ait : Non propterea quod non accipiam, eam ob causam ad vos non venio : quin etiam secundo invisi, ac tertio jam paratus sum ad vos proficisci nec aggravabo vos. Quamobrem? Non quia terremini, neque quod infirmi sitis, sed quia non vestra, sed vos ipsos quæro, hoc est, Vestram salutem et animas, non pecunias.

« Non enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. » Quia verisimile erat eos dicere, Non enim licet, ut et nos et nostra habeas, ideoque ægro nos erga animo affectus es; propter hoc ratiocinationem infert : Parentum est liberis dare, pro præceptoribus ac discipulis parentes ac liberos accipiens : innuens ita se debitum negotiumque irrecusabile explere.

Vers. 15. « Ego autem lubentissime impendam, et superimpendar pro animabus vestris. » Ego, inquit, non solum non accipiam a **315** vobis, sed potius addam, id enim est quod ait, « Impendam. » Et

Variæ lectiones

[13] πρόκειται o. [14] παρεσκευασάμην o. [15] ἀλλ' ὅτι ὑμᾶς ζητῶ, τουτέστι, τὴν ὑμετέραν σωτηρίαν, οὐ τὰ ὑμῶν, τουτέστι, τὰ χρήματα o. [16] καὶ ὑμᾶς ἔχειν τὰ ἡμῶν o. [17] μεταλαβὼν o.

Digitized by Google

quid dico, pecunias impendam? Ipse ego expendar: hoc est, Si oporteat me carnem corpusque meum pro salute vestra impendere, non parcam.

« Licet plus vos diligens, minus diligar. » Hoc accusationem pariter habet ac dilectionem. Hæc, inquit, facio sane pro dilectis a me, non pariter tamen diligentibus me. Expende autem quotnam gradus hæc causa admittat. Cum debuisset accipere, non accepit; secundum, destitutus; tertium, ipsis verbum prædicans: quartum, quod addit etiam; quintum, quod non simpliciter, verum cum liberalitate; ex indigentia enim; sextum, quod seipsum impendat; septimum, propter eos qui non perinde ipsum redament; octavum, quod pro impense amatis.

VERS. 16, 17. « Sed esto, ego vos non gravavi, sed cum astutus essem, dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorum quem misi ad vos circumveni vos? » Quod ait, est hujusmodi: Ego quidem vos non circumveni, potest tamen aliquis fortasse suspicari, quod ipse non accipiens subornarim, tanquam vafer, alios a me missos, qui in propria persona aliquid a vobis peterent, ut hoc artificio accipiens, non videar tamen accipere. Num igitur hoc verum sit, videte et contemplamini. Circumventionem autem rursus vocat rem, carpens eos et pudore afficiens, et ostendens quod inviti daturi erant, ac veluti circumventi; hæc enim est circumventio, ab invito aliquid accipere. Quod maximum in pudorem eis cedit, si circumveniri se arbitrarentur, dum præceptorem alerent.

VERS. 18. « Rogavi Titum, et misi cum illo fratrem: nunquid vos Titus circumvenit? » Hoc etiam nonnihil opprobrii habet. Non, Misi, inquit, sed, « Rogavi: » innuens quod, etiamsi accepisset, jure accepisset; rogatus enim venit: attamen vel sic purus mansit. Misit autem et alium quemdam fratrem.

« Nonne eodem spiritu ambulavimus? » Hoc est, Nonne eodem dono spirituali? donum enim vocat quod, cum in angustia esset, nihil acciperet. Atqui opus ipsius erat, Deo tamen acceptum refert.

« Nonne iisdem vestigiis? » Ne in minima quidem re tramitem meum excesserunt, sed eamdem exactam rationem a nobis præmonstratam ostenderunt. Expende autem quomodo nedum seipsum sic erudierit Paulus, verum etiam suos commilitones, ne omnino vel justa acceptione polluerentur.

VERS. 19. « Rursum existimatis, quod excusemus nos apud vos? Coram Deo in Christo loquimur. » Metuit ne adulationis opinionem **316** incurrat, Non ad gratiam, inquiens, vestram hæc dicimus, neque ut vobis nos excusemus, sed tanquam cernente Deo, et in Christo, hoc est, propter Christum, loquimur. Itaque illa dicimus, quæ facta sunt, et a Deo cognita, et non ut commendem meipsum vobis: id quod in exordio dixit.

A χρήματα δαπανήσω; Αὐτὸς ἐγὼ ἐκδαπανηθήσομαι· τουτέστι, Κἂν τὴν σάρκα δέῃ δαπανῆσαι ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῶν ψυχῶν ὑμῶν, οὐ φείσομαι.

« Εἰ καὶ περισσοτέρως ὑμᾶς ἀγαπῶν, ἧττον ἀγαπῶμαι. » Καὶ τοῦτο μετ' ἐγκλήματος ὁμοῦ καὶ ἀγάπης. Φησὶ γάρ, Καὶ ταῦτα ποιῶ ὑπὲρ τῶν ἀγαπωμένων μέν, οὐκ ἀγαπώντων δὲ ὁμοίως. Ὅρα δέ, πόσους βαθμοὺς ἔχει τὸ πρᾶγμα. Δέον λαβεῖν, οὐκ ἔλαβε· δεύτερον, ὑστερούμενος· τρίτον, καὶ αὐτὸς κηρύττων· τέταρτον, ὅτι καὶ προσδίδωσι· πέμπτον, ὅτι καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ μετὰ φιλοτιμίας· ἐκ τοῦ ὑστερήματος γάρ. Ἕκτον, ὅτι καὶ ἑαυτόν· ἕβδομον, ὑπὲρ τῶν μὴ σφόδρα φιλούντων· ὄγδοον, ὅτι καὶ σφόδρα[18] φιλουμένων.

B « Ἔστω δὲ, ἐγὼ δὲ οὐ κατεβάρησα ὑμᾶς· ἀλλ' ὑπάρχων πανοῦργος, δόλῳ ὑμᾶς ἔλαβον. Μή τινα ὧν ἀπέστειλα πρὸς ὑμᾶς, δι' αὐτοῦ ἐπλεονέκτησα ὑμᾶς; » Ὅ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐγὼ μὲν ὑμᾶς οὐκ ἐπλεονέκτησα· ἔχει δέ τις ἴσως ὑπονοῆσαι, ὅτι αὐτὸς μὴ λαβών, παρεσκεύασα ὡς πανοῦργος τοὺς ὑπ' ἐμοῦ στελλέντας, εἰς οἰκεῖον πρόσωπον αἰτῆσαί τι παρ' ὑμῶν, ἵνα εὐμεθόδως λαβὼν μὴ δόξω λαβεῖν. Μὴ τοίνυν τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ἴδετε καὶ σκοπήσατε. Πλεονεξίαν δὲ πάλιν καλεῖ τὸ πρᾶγμα, καθαπτόμενος αὐτῶν καὶ ἐντρέπων, καὶ δεικνὺς, ὅτι ἄκοντες ἔμελλον δοῦναι, καὶ ὡς πλεονεκτούμενοι. Τοῦτο γὰρ πλεονεξία, τὸ παρὰ ἄκοντός τι λαβεῖν[19]· ὅπερ μεγίστη αὐτῶν αἰσχύνη, εἴ γε πλεονεκτεῖσθαι ἡγοῦντο

C τὸν διδάσκαλον τρέφοντες.

« Παρεκάλεσα Τίτον, καὶ συναπέστειλα τὸν ἀδελφόν· μή τι ἐπλεονέκτησεν ὑμᾶς Τίτος; » Καὶ τοῦτο ὀνειδιστικῶς· οὐ γάρ, Ἔπεμψα, φησὶν, ἀλλά, « Παρεκάλεσα· » δεικνὺς ὅτι εἰ καὶ ἔλαβε, δικαίως ἂν ἔλαβε· κατὰ παράκλησιν γὰρ ἦλθεν· ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτω καθαρὸς ἔμεινεν. Ἦν δὲ καί τινα ἄλλον ἀδελφὸν συναποστείλας.

« Οὐ τῷ αὐτῷ πνεύματι περιεπατήσαμεν; » Τουτέστιν, Οὐ τῷ αὐτῷ πνευματικῷ χαρίσματι; χάρισμα γὰρ καλεῖ τὸ στενούμενον μὴ λαβεῖν. Καίτοι κατόρθωμα αὐτοῦ ἦν, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τοῦτο ἀνατίθησιν.

« Οὐ τοῖς αὐτοῖς ἴχνεσιν; » Οὐδὲ μικρὸν, φησὶ. παρεξῆλθον τὴν ἐμὴν ὁδὸν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ἀκρίD βειαν ἐπεδείξαντο. Ὅρα δὲ, πῶς οὐ μόνον ἑαυτὸν οὕτως ἐπαίδευσεν[20] ὁ Παῦλος, ἀλλὰ καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, μὴ χρανθῆναι ὅλως καὶ δικαίῳ λήμματι.

« Πάλιν δοκεῖτε, ὅτι ὑμῖν ἀπολογούμεθα; Κατενώπιον τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν. » Δέδοικε μὴ κολακείας λάβῃ δόξαν, καί φησιν, ὅτι Οὐ πρὸς χάριν ὑμῶν ταῦτα λαλοῦμεν[21], οὐδὲ ἵνα ὑμῖν ἀπολογησώμεθα, ἀλλ' ὡς ὁρῶντος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν Χριστῷ· τουτέστι, Διὰ τοῦ Χριστοῦ λαλοῦμεν. Ὥστε ἐκεῖνα λέγομεν τὰ γενόμενα, καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ γινωσκόμενα, καὶ οὐχ ἵνα συστήσωμαι[22] ὑμῖν ἐμαυτόν· τοῦτο δὲ καὶ ἀρχόμενος ἔλεγε.

Variæ lectiones.

[18] σφόδρα καίτοι ο. [19] τινὸς ο. [20] ἐξεπαί. ο. [21] λέγομεν υ. [22] συστήσω ο.

Digitized by Google

« Τὰ δὲ πάντα [25], ἀγαπητοὶ, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν οἰκοδομῆς. » Οὐκ εἶπεν, ὅτι Διὰ τοῦτο ταῦτα πάντα ἐποίησα, καὶ οὐκ ἔλαβον, διότι ὑμεῖς ἐστε ἀσθενεῖς (πληκτικὸν γὰρ τοῦτο), ἀλλὰ, Διὰ τὴν ὑμῶν οἰκοδομήν. Ἵνα γάρ, φησὶ, μὴ σκανδαλίζησθε ἐπ' [26] ἐμοὶ, διὰ τοῦτο οὐκ ἔλαβον, ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας ὠφελείας [27].

« Φοβοῦμαι γὰρ μήπως ἐλθὼν οὐχ οἵους θέλω εὕρω ὑμᾶς, κἀγὼ εὑρεθῶ ὑμῖν οἷον οὐ θέλετε. » Ὁρᾷς κηδεμονίαν πατρικήν; Ἄλλοι ἡμάρτανον, καὶ Παῦλος ἐφοβεῖτο [28]· καὶ οὐδὲ ἀποφαίνεται, ἀλλ' ἐνδοιάζει ἔτι· « Μήπως, » φησὶν, « ἐλθὼν εὕρω οὐχ οἵους θέλω ὑμᾶς », τουτέστι, διεφθαρμένους· καὶ, « εὑρεθῶ κἀγὼ » ἐξ ἀνάγκης « οἷον οὐ θέλετε, » τουτέστι, τιμωρὸς καὶ κολαστής.

« Μή πως ἔρις, ζῆλοι, θυμοὶ, ἐρίθειαι, καταλαλιαὶ, ψιθυρισμοὶ, φυσιώσεις, ἀκαταστασίαι. » Πρῶτον ἔμελλε τιθέναι τὰς φυσιώσεις· κατ' αὐτοῦ γὰρ ἠλαζονεύοντο· ἀλλ' ὅμως ἵνα μὴ δόξῃ τὸ ἑαυτοῦ ζητεῖν, τὸ κοινὸν λέγει πρῶτον. Ἀπὸ γὰρ τοῦ ζήλου καὶ τῆς βασκανίας πάντα τἄλλα ἐτίκτετο· καὶ πάλιν παρ' ἐκείνων ὁ ζῆλος ἀνήπτετο. Ἐριθεία δὲ λέγεται, ὅταν τις κατ' ἔριν προκαλῆταί τινα [29] ἐπὶ τόδε τι. Ψιθυρισμὸν δέ φησι τὴν διαβολήν· φυσιώσεις δὲ τὰ ἀλαζονικὰ καὶ πεφυσιωμένα ἤθη· ἢ καὶ ὅταν εἰς φύσιν καταστῇ τινι ἡ οἴησις. Κατ' αὐτοῦ γὰρ ἐπαιρόμενοι τοὺς ψευδαποστόλους ἐτίμων.

« Μὴ πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ Θεός μου πρὸς ὑμᾶς. » Τουτέστιν, Ἀρκεῖ τὰ πρότερα· φοβοῦμαι δὲ μή πως ἐλθὼν ἀναγκασθῶ αὐστηρῶς ὑμῖν χρήσασθαι. Ταπείνωσιν γὰρ τοῦτο καλεῖ, τὸ κολάσαι τινὰς ὅλως, καίτοιγε οἱ πολλοὶ δόξαν μᾶλλον τοῦτο ἔχουσιν. Οὐκ εἶπε δὲ, Μὴ ταπεινωθῶ, ἀλλὰ, « Μὴ ταπεινώσῃ με ὁ Θεός· » δεικνύων ὅτι διὰ τὸν Θεὸν καὶ τοῦτο μέλλει ποιεῖν [30]· καὶ εἰ μὴ ἦν ἐν τῷ μέσῳ ὁ Θεὸς καὶ τὸ αὐτοῦ πρόσταγμα, οὐκ ἂν αὐστηρὸς ἐφάνη ἀφ' ἑαυτοῦ. Τὸ δὲ, « Ὁ Θεός μου, » εἰπὼν, τὴν διακαῆ ἀγάπην αὐτοῦ δηλοῖ πρὸς τὸν Θεόν.

« Καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ, καὶ πορνείᾳ, καὶ ἀσελγείᾳ, ᾗ ἔπραξαν.] » Ὅρα τὰ τοῦ ἀποστόλου σπλάγχνα, πῶς ὑπὲρ ὧν ἄλλοι πταίουσι, πενθεῖ. Οὐκ εἶπε δὲ, Πάντας, ἀλλὰ, « Πολλούς· » καὶ οὐχ ἁπλῶς τοὺς ἡμαρτηκότας, ἀλλὰ « μὴ μετανοήσαντας· » οὗτοι γὰρ ἄξιοι πένθους, οἱ ἐν τῷ τραύματι μένοντες. Καὶ οὐδὲ τούτους ἐκκαλύπτει, διδοὺς αὐτοῖς ῥᾳδίαν τὴν πρὸς μετάνοιαν ἐπάνοδον. Καὶ γὰρ διὰ τοῦτο καὶ μετανοίας ἐμνήσθη, ἵνα ἁρπάσωσι ταύτην, καὶ μὴ ἐλθὼν κολάσῃ αὐτοὺς, καὶ πενθήσῃ διὰ τοῦτο, ὅ ἐστι, τὰ ἔσχατα λυπηθῇ. Σημείωσαι δὲ τὸ περὶ μετανοίας, διὰ τοὺς Ναυατιανούς. Ἀκαθαρσίαν δὲ, πᾶσαν ἁμαρτίαν νοήσεις·

A « Hæc autem omnia, dilecti, propter ædificationem vestram. » Non dixit, Propterea hæc omnia feci, et nihil accepi, quia vos infirmi estis; hoc enim asperum fuisset ac durum : sed, Propter vestram ædificationem. Ut enim, inquit, non offendamini in me, eapropter non accepi, ob vestram nempe utilitatem.

Vers. 20. « Timeo enim ne forte cum venero, non quales volo vos inveniam; et ego inveniar in vobis, non qualem vos vultis. » Viden' paternam curam? Alii peccarunt, et Paulus metuit; neque certo quidquam asserit, sed dubitat adhuc. « Ne forte, » inquit, « cum venero, non quales velim vos inveniam, » hoc est, corruptos : et « inveniar ego » necessario « qualem non vultis, » hoc est,

B ultor et punitor.

« Ne quo modo contentiones, æmulationes, iræ, concertationes, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones. » Primum positurus erat inflationes; adversus ipsum enim arrogantes erant : attamen ne videatur quæ sua sunt quærere, quod commune est, primum dicit. Ab æmulatione enim et invidia omnia alia nascebantur, ac rursum ab illis æmulatio accendebatur. Concertatio autem dicitur, quando quisquam per litem provocat alterum super re quapiam. Susurrationem autem calumniam vocat. Inflationes vero, quæ, ad ostentationem et arrogantiam spirant, tumidosque mores, vel quando ceu in naturam quamdam tumor translatus fuerit. Adversus ipsum enim elati, pseudapostolos honorabant.

C Vers. 21. « Ne iterum cum venero ad vos, humiliet me Deus apud vos. » Hoc est, Sufficiunt priora. Metuo autem, ne jam veniens cogar austerius vobiscum agere; humiliationem enim hoc vocat, quod omnino sit puniturus aliquos, licet multi istud gloriam esse censent. Non dixit autem, Ne humilier : verum, « Ne humiliet me Deus, » indicans quod Dei causa istuc facturus sit. Nisi enim intervenisset Deus, ipsiusque mandatum, a seipso non ita austerus esset. Quod autem ait, « Deus meus, » ardentem ejus charitatem erga Deum indicat.

« Et lugeam multos, ex his qui ante peccaverunt, et non egerunt pœnitentiam super immunditia, et fornicatione, et impudicitia, quam gesserunt. »

D Vide apostolicam misericordiam, quomodo pro aliorum delictis ipse luget. Non dixit autem **317**, Omnes, sed, « Multos; » nec simpliciter, Qui peccarunt, sed, « Quos non pœnituit suorum scelerum : » hi enim digni sunt luctu, qui in vulnere permanent. Neque istos retegit, dans eis facilem ad pœnitentiam reditum. Eam enim ob rem et pœnitentiæ meminit, ut eam arripiant, nec ubi venerit, puniat eos, ac propterea lugeat, hoc est, summo mœrore conficiatur. Observa autem quod istud de pœnitentia, propter Novatianos dictum est. Per immunditiam

Variæ lectiones.

[25] ταῦτα o. [26] ἐν o. [27] ὑμῶν σωτηρίας o. [28] φοβεῖται o. [29] προσκαλεῖται o. [30] εἰπεῖν o.

autem quodvis peccatum accipies, quodvis enim peccatum immundos facit. Vel speciatim, nefariam corporum misturam, qua nefanda committuntur. Non enim unus erat qui fornicatus erat, sed multi idque in plerisque lasciviarum speciebus.

A πᾶσα [29] γὰρ ἀκαθάρτους ποιεῖ· ἢ ἰδικῶς, τὰς τῶν σωματικῶν μίξεων ἀῤῥητοποιίας· οὐ γὰρ εἷς ἦν ὁ πορνεύσας, ἀλλὰ πολλοί, καὶ ἐν πολλοῖς εἴδεσιν ἀσελγειῶν.

CAPUT XIII.

VERS. 1. « Ecce tertio hoc venio ad vos : in ore duorum testium aut trium stabit omne verbum. » Perinde ac Deus multa interminatur, in supplicio autem inferendo semper cunctatur : hunc ad modum imitator ejus Paulus multa prætestificatur, inquiens, Sicut scriptum est, coram duobus aut tribus testibus omnem controversiam sive ambiguitatem sisti, hoc est confirmari : ita tribus meis adventibus, omne verbum, quo interminatus sum vobis, statuetur adversum vos, et stabilietur, nisi resipueritis. Testimoniorum enim loco adventus suos ponit.

VERS. 2. « Prædixi et prædico, ut præsens cum essem iterum, et absens nunc scribo iis qui antehac peccaverunt, et reliquis omnibus, quod si venero iterum, non parcam. » Prædixi, inquit, et rursus prædico. Quemadmodum enim secundo adveniens, et præsens vobis dixi; sic etiamnum hisce litteris pronuntio, iis quidem qui flagitia commiserunt, ceu indigentibus correctione; reliquis autem ceu testibus, « Si rursus venero, non parcam. » Nec dixit, Puniam, sed paterno verbo parcendi usus est : Quod si enim incorrectos, inquit, invenero, non diutius procrastinabo.

VERS. 3. « Quoniam probationem ejus qui in me loquitur, Christi, quæritis. » Cum magna indignatione ad contemnentes ipsum veluti imbecillem et nihili hominem, hæc dicit. Quandoquidem enim vultis explorare, num Christus in me commoretur, ac propterea me ridetis ceu infirmum, et a Christo desertum, agnoscetis omnino, ni vitam moresque vestros correxeritis. Commonstrat autem spiritualia esse quæ loquatur verba, deincepsque metuendas esse minas suas, perinde ac si Christus loqueretur. Non ideo autem puniebat eos veluti probationem aut experientiam daturus : verum quia insanabiliter deliquerant. Si cogar, inquit, **318** pœnam sumere de vobis, adeoque punire vos, sentietis per opera ipsa explorationem quam quæritis.

« Qui erga vos non est infirmus, sed potens est in vobis. » Cur apposuit, « Erga vos, » cum ubique potens sit? Quia verisimile erat eos jam antea expertos esse potentiam. Ait igitur : Quia jam antea experimentum accepistis, omnino novistis quod in vos non sit infirmus, sed fortis, id est potens. Vel quia in hac vita potentiam suam in vos demonstrat dum corrigi potestis, percutiens vos nunc, ut in futuro judicio dimittat : erga infideles autem in die judicii. Simul autem indicat quod, etiamsi puniturus sit, se tamen non puniturum, sed Christum.

« Nam et si crucifixus est ex infirmitate, sed vi-

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

« Ἰδοὺ τρίτον τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς· ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν σταθήσεται πᾶν ῥῆμα. » Ὥσπερ ὁ Θεὸς ἀπειλεῖ πολλὰ, μέλλει δὲ ἀεὶ πρὸς τὸ τιμωρεῖσθαι· οὕτω καὶ ὁ τούτου μιμητὴς Παῦλος προδιαμαρτύρεται πολλὰ, καί φησιν, ὅτι Ὥσπερ γέγραπται, Ἐνώπιον δύο ἢ τριῶν μαρτύρων ἵστασθαι πᾶσαν ἀμφιβολίαν, τουτέστι, βεβαιοῦσθαι· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν τριῶν μου παρουσιῶν, πᾶν ῥῆμα ἀπειλητικὸν κατασταθήσεται καθ' ὑμῶν, καὶ κυρωθήσεται ἐὰν μὴ μετανοήσητε· ἀντὶ μαρτύρων γὰρ τὰς παρουσίας αὐτοῦ τίθησι.

« Προείρηκα καὶ προλέγω ὡς παρὼν τὸ δεύτερον, καὶ ἀπὼν νῦν γράφω τοῖς προημαρτηκόσι, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν, ὅτι ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, οὐ φείσομαι. » Καὶ προεῖπον, φησὶ, καὶ πάλιν προλέγω· ὥσπερ γὰρ δεύτερον παραγενόμενος καὶ παρὼν [30] ὑμῖν εἶπον, οὕτω καὶ νῦν διὰ τῶν γραμμάτων προαναφωνῶ, τοῖς μὲν προημαρτηκόσιν, ὡς δεομένας διορθώσεως· τοῖς δὲ λοιποῖς, ὡς μάρτυσιν· « Ὅτι ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, οὐ φείσομαι. » Καὶ οὐκ εἶπε, Κολάσω, ἀλλὰ πατρικῷ ῥήματι ἐχρήσατο, τῷ τῆς φειδοῦς. Εἰ γὰρ ἀδιορθώτους εὕροιμι, οὐκέτι ἀναβαλοῦμαι [31], φησίν.

« Ἐπεὶ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ. » Μετὰ πολλοῦ τοῦ θυμοῦ πρὸς τοὺς ἐξουθενοῦντας αὐτὸν ὡς ἀσθενῆ καὶ ἐξουθενημένον, ταῦτά φησιν. Ἐπειδὴ γὰρ βούλεσθε δοκιμάζειν, εἰ ἐν ἐμοὶ ὁ Χριστὸς οἰκεῖ, καὶ διὰ τοῦτό με κωμῳδεῖτε ὡς ἀσθενῆ καὶ ἔρημον τοῦ Χριστοῦ· γνώσεσθε πάντως, εἴπερ ἀδιόρθωτοι μείνητε. Δείκνυσι δὲ, ὅτι πνευματικά εἰσι τὰ ῥήματα, ἃ λέγει, καὶ λοιπὸν δεῖ φοβεῖσθαι τὴν ἀπειλὴν, ὡς τοῦ Χριστοῦ λαλοῦντος. Οὐ διὰ τοῦτο δὲ ἐκόλαζεν, ὡς δοκιμὴν αὐτοῖς καὶ πεῖραν δώσων· Ἀλλ' ἐπειδὴ ἀνίατα ἁμαρτάνετε. Εἰ ἀναγκασθῶ, φησὶ, κολάσαι ὑμᾶς, εἴσεσθε διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν τὴν δοκιμὴν ἣν ζητεῖτε.

« Ὃς εἰς ὑμᾶς οὐκ ἀσθενεῖ, ἀλλὰ δυνατεῖ ἐν ὑμῖν. » Διὰ τί προσέθηκε τὸ, « Εἰς ὑμᾶς, » καίτοι πανταχοῦ δυνατός ἐστι; Διότι εἰκός ἐστιν αὐτοὺς καὶ πρότερον πειρασθῆναι τῆς δυνάμεως. Φησὶν οὖν, ὅτι Ἀφ' ὧν ἤδη πεῖραν εἰλήφατε, γινώσκετε πάντως, ὅτι εἰς ὑμᾶς οὐκ ἀσθενεῖ, ἀλλὰ δυνατεῖ, τουτέστι, δύναται. Ἢ ὅτι ἐν τῷ μὲν παρόντι τὴν δύναμιν εἰς ὑμᾶς δείκνυται, τοὺς διορθωθῆναι δυναμένους, πλήττων νῦν, ἵνα τότε ἀφῇσῃ· εἰς δὲ τοὺς ἀπίστους, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως. Δείκνυσι καὶ ὅτι [32] εἰ καὶ μέλλει τιμωρήσασθαι, οὐκ αὐτὸς τιμωρήσεται, ἀλλ' ὁ Χριστός.

« Καὶ γὰρ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ

Variæ lectiones.

[29] πάντας O. [30] ἀπὼν O. [31] ἀναχαλοῦμαι O. [32] οὖν O.

Digitized by Google

δυνάμεως Θεοῦ. » Πολλοὶ σκανδαλίζονται ἐκ τῆς ῥήσεως ταύτης· ἀλλὰ μάθε, ὅτι λέγεται ἀσθένεια καὶ ἡ τοῦ σώματος· λέγεται δὲ, καὶ ἡ περὶ τὴν πίστιν σαθρότης· ὡς τὸ, « Τὸν ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνετε. » Λέγεται δὲ ἀσθένεια καὶ αἱ ἐπιβουλαὶ καὶ οἱ κίνδυνοι, καὶ ἀτιμίαι, ὡς τὸ, « Εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, » καὶ τὰ τοιαῦτα. Κατὰ τοῦτο οὖν τὸ σημαινόμενον, ἐξ ἀσθενείας ἐσταυρώθη ὁ Κύριος ἐπιβουλὴν ὑπομείνας, καὶ κίνδυνον, καὶ ὕβριν· ταῦτα γὰρ δοκοῦσιν ἐξ ἀσθενείας γίνεσθαι. Ὥσπερ οὖν μωρίαν λέγει Παῦλος τὸ κήρυγμα, οὐχ ὡς ὄν, ἀλλ' ὡς νομιζόμενον τοῖς ἀπίστοις· οὕτω καὶ ἐξ ἀσθενείας φησὶ σταυρωθῆναι τὸν Κύριον, τῆς νομιζομένης παρὰ τοῖς ἀπίστοις, οὐ τῆς οὔσης. « Ζῇ μέντοι ἐκ δυνάμεως Θεοῦ, » τουτέστι, τοῦ Πατρὸς, ἤτοι τῆς αὐτοῦ· πάντα γὰρ τὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ αὐτοῦ εἰσι· καὶ τὰ αὐτοῦ, τοῦ Πατρός. Ὥστε καὶ ἡ δύναμις κοινὴ, μᾶλλον δὲ αὐτός ἐστι δύναμις τοῦ Πατρός. Ὥστε καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ἀνέστησεν, ὥσπερ καὶ προεῖπε· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐγερῶ αὐτόν. » Ταῦτα δὲ πάντα λέγει ὁ Παῦλος, ἐπειδὴ ἐξουθένουν αὐτὸν, ὡς διωκόμενον δὴ καὶ ἐπιβουλευόμενον, καὶ ἐξ ἀσθενείας ταῦτα πάσχειν ἐνόμιζον. Δείκνυσιν οὖν ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς οὐδὲν ἐκ τῆς νομιζομένης ταύτης ἀσθενείας παρεβλάβη.

« Καὶ γὰρ ἡμεῖς ἀσθενοῦμεν ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ ζησόμεθα σὺν αὐτῷ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ εἰς ὑμᾶς. » Τουτέστι, Διωκόμεθα, ἐλαυνόμεθα· ταῦτα γὰρ ἡ ἀσθένεια. « Ἐν αὐτῷ, » ἀντὶ τοῦ, Δι' αὐτὸν, καὶ τὸ αὐτοῦ κήρυγμα. Ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖνος οὐ παρεβλάβη, ἐπιβουλευθείς, οὕτως οὐδὲ ἡμεῖς· ἀλλὰ ζησόμεθα σὺν αὐτῷ· τουτέστιν, Ἀήττητοι εὑρεθησόμεθα εἰς ὑμᾶς· τουτέστιν, εἰς τὴν ὑμετέραν ὠφέλειαν. Μήποτε δὲ ἔτι φοβεῖ αὐτοὺς, ὅτι Εἰ καὶ δοκεῖτε ἡμᾶς ἀσθενεῖς, ἀλλὰ ζῶντές ἐσμεν εἰς ὑμᾶς, τουτέστιν, εἰς τὸ, εἴ γε μὴ διορθωθῆτε, κολάσαι ὑμᾶς.

« Ἑαυτοὺς πειράζετε, εἰ ἐστὲ ἐν τῇ πίστει, ἑαυτοὺς δοκιμάζετε. » Καὶ τί λέγω, φησὶ, περὶ ἐμαυτοῦ, ὅτι ὁ Χριστὸς ἐν ἐμοὶ λαλεῖ, καὶ ὅτι δύναμαι μὲν, πλὴν ἐκεῖνον μιμούμενος τὸν σταυρωθέντα, οὐκ ἐπεξέρχομαι ὑμῖν; Καὶ ὑμεῖς γὰρ, εἰ βουληθῆτε ἑαυτοὺς ἐξετάσαι, δψεσθε ἐν ἑαυτοῖς τὸν Χριστόν· εἴπερ ἔχετε πάντες τὴν πίστιν (οἱ γὰρ πιστεύοντες τότε ἐθαυματούργουν), ἢ τὴν ἁπλῶς πίστιν, ἢ τὴν τῶν σημείων, ἥτις ἰδικωτέρα ἐστίν. Ὥστε, εἰ ἐν ὑμῖν τοῖς μαθηταῖς ὁ Χριστὸς, πολλῷ μᾶλλον ἐν ἐμοὶ τῷ διδασκάλῳ.

« Ἢ οὐκ ἐπιγινώσκετε ἑαυτοὺς, ὅτι Ἰησοῦς Χριστός ἐστιν ἐν ὑμῖν, εἰ μήτι ἀδόκιμοί ἐστε; » Τουτέστιν, εἰ μήτι ἐξεπέσετε τῆς χάριτος τῶν σημείων ἣν ἐλάβετε. Αἰνίττεται δὲ αὐτοὺς καὶ διεφθάρθαι εἰς τὸν βίον. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ πίστιν ἔχοντες, τῆς τῶν θαυμάτων ἐνεργείας ἦσαν ἄμοιροι [33], ἅτε διεφθαρμένοι τὸν βίον, φησὶν ὅτι, Ὡς ἔοικεν, οὐκ ἐπιγινώσκετε ἑαυτοὺς ὅτι ἔστι Χριστὸς ἐν ὑμῖν; Οὐκ

vit ex virtute Dei. » Plerique hoc textu offenduntur : atqui disce quod dicatur infirmitas tum corporis, tum circa fidem debilitas, ut eo loci : « Infirmum in fide suscipite [e]. » Dicitur rursus infirmitas etiam insidiæ ipsæ, et pericula, et ignominiæ, ut cum dicit, « Oblector in infirmitatibus [f], » et similia. Secundum hanc igitur significationem Dominus ex infirmitate crucifixus est, insidias et periculum, et injuriam passus : hæc enim videntur ex infirmitate fieri. Perinde igitur ut stultitiam vocat Paulus prædicationem, non quod sit, sed quod ita reputetur ab infidelibus : sic ex infirmitate Dominum crucifigi dicit, quæ ita ab incredulis existimabatur, cum tamen non esset. « Vivit tamen ex potentia Dei, » hoc est, Patris, sive sua ipsius. Nam quæcunque Patris sunt, etiam ipsius sunt ; et quæ ipsius sunt, Patris sunt. Igitur et potentia communis est, vel potius, ipse est potentia Patris. Proinde ipse etiam seipsum excitavit, sicut prædixit [g] : « Solvite templum hoc, et excitabo illud. » Hæc autem omnia dicit Paulus, quia contemnebant ipsum, ut qui persecutionibus et insidiis esset obnoxius, atque ex infirmitate hæc eum pati existimabant. Ostendit itaque quod Christus ex hac, ut putabatur, infirmitate nihil damni acceperit.

Vers. 4. « Nam et nos infirmi sumus in ipso, sed vivemus cum ipso ex virtute Dei erga vos. » Hoc est, Persecutionem patimur, agitamur : hæc enim est infirmitas. « In ipso, » hoc est, Propter ipsum, ipsiusque verbum. At perinde ac ille non est læsus insidiis petitus, sic neque nos. Sed vivemus cum ipso, id est, Invincibiles inveniemur erga vos, hoc est, ad vestram commoditatem. Fortasse autem adhuc terret eos, Nam si putatis, inquiens, et nos esse infirmos, scitote nos esse viventes erga vos, hoc est, ad vos, nisi vitam et mores aliter instituerit, puniendos.

Vers. 5. « Vos ipsos tentate, num sitis in fide, ipsi vos probate. » Quid dicam, **319** inquit, de me ipso, quod Christus in me loquatur, et quod potens sim, illum tamen crucifixum imitatus, non invado vos? Nam vel vos, si vosmet explorare velitis, videbitis in vobis ipsis Christum : si quidem omnes habetis fidem (credentes enim tum miracula edebant), vel fidem simpliciter, vel signorum, quæ specialior est. Proinde si in vobis discipulis Christus est, multo magis in me præceptore vestro.

« Annon cognoscitis vosmetipsos, quod Jesus Christus in vobis est, nisi reprobi sitis? » Hoc est, nisi exciderit is e gratia signorum quam accepistis. Innuit autem eos in vita corruptos esse. Quia enim plerique fidem habentes, miraculorum operationis expertes erant, eo quod in vita corrupti erant, Ut videtur, inquit, non agnoscitis vos ipsos, quod Christus Jesus est in vobis? Non est autem in vobis,

[e] Rom. XIV, 1. [f] II Cor. XII, 10. [g] Joan. II, 19.

Variæ lectiones.

[33] Ἔρημοι o.

Digitized by Google

eo quod vita sitis reprobi. Non certo autem hoc expressit, sed ambigue posuit, ne eos incesseret.

Vers. 6. « Spero autem quod cognoscetis quod nos non sumus reprobi. » Magnæ hinc minæ prodeunt. Quia enim, inquit, vultis accipere probationem, per pœnam quam vobis infligemus, spero nobis non defuturam demonstrationem quod non simus reprobi, neque exciderimus a gratia signorum et virtutis : vel quod nos vitæ non sumus adeo corruptæ, ut e nobis migrare coactus sit Christus : verum est in nobis per probatam vitam, eosque puniet qui inter vos sunt immorigeri.

Vers. 7. « Precor autem Deum, ut nihil mali faciatis, non ut nos probati appareamus, sed ut vos quod bonum est, faciatis, [nos autem ut reprobi simus. » Vide misericordiam ejus. Vilipendebatur, proscindebatur, tanquam qui nihil posset, sed solum in litteris jactabundus. Ipse vero non solum differt ac rejicit pœnam, verum etiam rogat ne unquam ipsi peccatum committant, et ne ipse eos punire cogatur, necessitate hoc postulante, eorumque demeritis. Non enim in hoc elaboro, inquit, ut videar probatus, ceu potentiam puniendi habens, sed ut vos bonum faciatis semper; et si unquam contingat vos delinquere, ut pœniteat vos scelerum : et ut ego sim veluti reprobus, hoc est, ut ego apud plebeios videar infirmus ac impotens, quippe qui non inveniam locum puniendi vos. Non enim revera reprobus erat futurus : sed potius probatus inveniebatur, quod sic erudiat discipulos, ut nihil peccent. Sed ob multorum opinionem dixit, « Veluti reprobi. »

Vers. 8. « Non enim possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate. » Ne videatur blandiri eis, ait : Ex mente **320** omnino vanæ gloriæ experte hæc facio, nempe, ut si invenerimus vos sine lapsu, non poterimus vos punire. Quod si etiam tentaverimus, Deus nobis non cooperabitur. Potentiam enim nobis dedit, ut verum feramus calculum, ut non veritati contrarium. Vere autem decernit, qui dignum punit : adversus autem veritatem fert suffragium, qui non peccantem punire tentat.

Vers. 9. « Gaudemus enim quando nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. » Rursus ostendit seipsum admodum ipsis esse addictum. Ait enim : Ne existimetis quod quia non possim (quandoquidem vos non impingatis) potentiam meam demonstrare erga vos, propterea doleam ; lætor enim maxime, quando ipse quidem ego infirmer, hoc est, infirmus reputer, quod non possim potentiam meam puniendo commonstrare : vos autem potentes sitis, hoc est, virtute conspicui, lapsuque vacantes.

« Hoc autem et precamur, vestram perfectionem. » Non solum, inquit, hoc volo, sed precor etiam esse vos irreprehensibiles et integros, hoc est, perfectos, nullam ansam præbentes.

Vers. 10. « Propterea hæc absens scribo, ut non

A ἔστι δὲ ἐν ὑμῖν, ἀπὸ τοῦ ἀδοκίμους εἶναι ὑμᾶς κατὰ τὸν βίον. Οὐκ ἀπεφήνατο δὲ, ἵνα μὴ πλήξῃ, ἀλλ' ἐνδοιαστικῶς [24] τοῦτο τέθεικεν.

« Ἐλπίζω δὲ ὅτι γνώσεσθε ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν ἀδόκιμοι. » Πολλὴ κἀντεῦθεν ἡ ἀπειλή. Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶ, βούλεσθε λαβεῖν τὴν δοκιμὴν διὰ τῆς εἰς ὑμᾶς κολάσεως, ἐλπίζω ὅτι οὐκ ἀπορήσομεν δοῦναι ὑμῖν τὴν ἀπόδειξιν, ὅτι οὐκ ἀδόκιμοί ἐσμεν, οὐδὲ ἐξεπέσαμεν τῆς χάριτος τῶν σημείων, καὶ τῆς δυνάμεως· ἢ ὅτι οὐ διεφθάρμεθα τὸν βίον ἡμεῖς, ἵνα καὶ ἐξοικισθῇ ἡμῶν ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ἔστιν ἐν ἡμῖν διὰ τοῦ εὐδοκίμου βίου, καὶ τιμωρήσεται τοὺς ἀπειθοῦντας ὑμῶν.

« Εὔχομαι δὲ πρὸς τὸν Θεὸν μὴ ποιῆσαι ὑμᾶς κακὸν μηδέν· οὐχ ἵνα ἡμεῖς δόκιμοι φανῶμεν, ἀλλ' ἵνα B ὑμεῖς τὸ καλὸν ποιῆτε, ἡμεῖς δὲ ὡς ἀδόκιμοι ὦμεν. » Ὥρα σπλάγχνα· κατεφρονεῖτο, ἐκωμῳδεῖτο, ὡς οὐδὲν δυνάμενος, ἀλλὰ μόνον ἐν γράμμασι κομπάζων· καὶ οὐ μόνον ἀναβάλλεται τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ καὶ εὔχεται μήτε αὐτοὺς ἁμαρτήσειν ποτὲ, μήτε αὐτὸν εἰς ἀνάγκην ἐλεύσεσθαι τοῦ τιμωρῆσαι. Οὐ γὰρ τοῦτο σπουδάζω, φησὶν, ἵνα φανῶ δόκιμος, ὡς δύναμιν ἔχων τοῦ κολάζειν, ἀλλ' ἵνα ὑμεῖς τὸ καλὸν ποιῆτε ἀεὶ, κἂν ἁμάρτητέ ποτε, ἵνα μετανοῆτε· κἀγὼ ἵνα ὦ ὡς ἀδόκιμος, τουτέστιν, ἵνα δοκῶ τοῖς πολλοῖς ἀσθενὴς καὶ ἀδύνατος, ἅτε μὴ εὑρίσκων χώραν τοῦ κολάσαι ὑμᾶς. Οὐ γὰρ τῇ ἀληθείᾳ ἔμελλεν εἶναι ἀδόκιμος· μᾶλλον [25] δὲ δόκιμος εὑρίσκετο, ὅτι οὕτω παιδεύει τοὺς μαθητὰς, ὥστε μηδὲν ἁμαρτάνειν. Ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν εἶπε τὸ, C « Ὡς ἀδόκιμοι. »

« Οὐ γὰρ δυνάμεθά τι κατὰ τῆς ἀληθείας, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. » Ἵνα μὴ δόξῃ χαρίσασθαι αὐτοῖς, φησὶν· Ἐξ ἀκενοδόξου γνώμης πάντως τοῦτο ποιῶ, ὅτι ἐὰν εὕρωμεν ὑμᾶς ἀνεπισφαλεῖς, οὐ δυνησόμεθα κολάσαι· ἀλλὰ κἂν ἐπιχειρήσωμεν, ὁ Θεὸς οὐ συμπράξει. Δύναμιν γὰρ ἡμῖν δέδωκεν, ἵνα ἀληθῆ φέρωμεν τὴν ψῆφον, οὐχ ὑπεναντίαν τῇ ἀληθείᾳ. Ἀληθῶς δὲ ψηφίζεται ὁ τὸν ἄξιον τιμωρούμενος· κατὰ τῆς ἀληθείας δὲ, ὁ τὸν μὴ ἁμαρτάνοντα ἐπιχειρῶν κολάζειν.

« Χαίρομεν γὰρ, ὅταν ἡμεῖς μὲν ἀσθενῶμεν, ὑμεῖς δὲ δυνατοὶ ἦτε. » Πάλιν δείκνυσιν ἑαυτὸν σφόδρα D οἰκεῖον αὐτοῖς ὄντα. Λέγει γὰρ, ὅτι Μὴ νομίσητε, ὅτι ἐπειδὴ οὐ δύναμαι, ἁπταίστων ὄντων ὑμῶν, τὴν δύναμίν μου ἐπιδείξασθαι, ἀλγῶ διὰ τοῦτο· χαίρω γὰρ μάλιστα ὅταν αὐτὸς μὲν ἐγὼ ἀσθενῶ, τουτέστιν, ἀσθενὴς νομίζωμαι, ὡς μὴ ἐπιδεικνύμενος δύναμίν τινα ἐν τῷ τιμωρεῖσθαι· ὑμεῖς δὲ δυνατοὶ ἦτε, τουτέστιν, ἐνάρετοι, ἁπταιστοι.

« Τοῦτο δὲ καὶ εὐχόμεθα τὴν ὑμῶν κατάρτισιν. » Οὐ μόνον, φησὶ, βούλομαι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ εὔχομαι τὸ εἶναι ὑμᾶς ἀλήπτους καὶ κατηρτισμένους, τουτέστι, τετελειωμένους, μηδεμίαν λαβὴν παρέχοντας.

« Διὰ τοῦτο ταῦτα ἀπὼν γράφω, ἵνα παρὼν μὴ

Variæ lectiones.

[24] ἐνδοιαστικὸν o. [25] μάλα γὰρ o.

Digitized by Google

ἀποτόμως χρήσωμαι, κατὰ τὴν ἐξουσίαν ἣν ἔδωκέ μοι ὁ Κύριος εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν. » Ἐπειδὴ σφόδρα ἐπέπληξεν αὐτοὺς καὶ ἠπείλησε, νῦν ἀπολογεῖται, καί φησι· Διὰ τοῦτο οὕτως ἔγραψα, ὡς βουλόμενος ἄχρι τῶν γραμμάτων εἶναι τὴν ἀπειλὴν καὶ τὴν ἀποτομίαν, ἀλλὰ μὴ ἐν τοῖς ἔργοις ἐπιδειχθῆναι. Μὴ διορθωθέντας γὰρ κολάσω πάντως ἀποτόμως, ἐπειδὴ ἐξουσίαν δέδωκέ μοι ὁ Κύριος. Ἐκ τούτου οὖν δείκνυσιν ὅτι καὶ ὁ Κύριος δι' αὐτοῦ μέσου κολάζει. Δεικνύων δὲ ὅτι οὐκ ἐπιθυμεῖ τῇ ἐξουσίᾳ χρήσασθαι εἰς τὴν ἐκείνων τιμωρίαν, προσέθηκεν, ὅτι « Οὐκ εἰς καθαίρεσιν, ἀλλ' εἰς οἰκοδομήν· » τουτέστι, προηγουμένως ὁ Κύριος οὐ βούλεται καθαιρεῖν [*f.* καθαιρεῖν][36], ἤτοι κολάζειν, ἀλλ' οἰκοδομεῖν, τουτέστιν, εὐεργετεῖν· πλὴν καὶ τὸ τοῖς ἀδιορθώτοις ἐπάγειν[37] τὴν καθαίρεσιν, οἰκοδομεῖν ἐστι.

« Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοὶ, χαίρετε. » Ἐγὼ, φησὶ, τὰ ἐμαυτοῦ ἐποίησα. Ὑπόλοιπον οὖν ἐστιν ὑμᾶς τὰ ἑαυτῶν συνεισενεγκεῖν. Διορθωθέντες γὰρ, ἀμάραντον κτήσεσθε τὴν ἀπὸ τοῦ συνειδότος χαρὰν, εἰ καὶ λύπης ῥήματα ὑμῖν εἶπον.

« Καταρτίζεσθε. » Ἀντὶ τοῦ, Τέλειοι γίνεσθε ἐν τε δόγμασι καὶ ἐν βίῳ, καὶ ἀναπληροῦτε τὰ λείποντα ὑμῖν.

« Παρακαλεῖσθε. » Ἐπειδὴ πολλοὶ ἦσαν οἱ πειρασμοὶ καὶ οἱ κίνδυνοι, φησί· Παρακαλεῖσθε καὶ ὑφ' ἑαυτῶν καὶ ὑπ' ἀλλήλων[38], καὶ ὑπὸ τῆς εἰς τὸ βέλτιον μεταβολῆς. Μεγάλη γὰρ παράκλησις, συνειδὸς ἀγαθόν.

« Τὸ αὐτὸ φρονεῖτε, εἰρηνεύετε. » Τοῦτο καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ αὐτοὺς ᾔτησεν, ὡς διαστασιάζοντας. Ἔστι δὲ τὸ αὐτὸ μὲν φρονεῖν ἐν τοῖς δόγμασι, μὴ εἰρηνεύειν δὲ ἐν τοῖς πρὸς ἀλλήλους· ἀμφότερα τοίνυν ὁ Παῦλος ἀπαιτεῖ.

« Καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης καὶ ἀγάπης ἔσται μεθ' ὑμῶν. » Οὐ μόνον παραινεῖ, ἀλλὰ καὶ εὔχεται· ἢ οὐδὲ εὐχή ἐστι τοῦτο, ἀλλὰ τοῦ ἀκολούθως ἐσομένου προαναφώνησις, ὅτι Ἐὰν εἰρηνεύητε, ὁ Θεὸς ἔσται μεθ' ὑμῶν. Ἀγάπης δὲ Θεὸς λέγεται, ἢ ὡς ταύτης πηγὴ, ἢ ὡς ταύτην ἐνδειξάμενος εἰς ἡμᾶς ὑπερβολικήν· ἢ ὡς ἔνθα ἐστὶν ἀγάπη, ἐκεῖ καὶ αὐτὸς ὢν, καὶ Δεσπότης ταύτης φαινόμενος. Ὡσαύτως δὲ καὶ τῆς εἰρήνης· ἢ ὡς πηγὴ ταύτης, ἢ ὡς εἰρηνεύσας τὰ ἐν οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς, ἢ ὡς Δεσπότης κτήματος.

« Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. » Μὴ ὑπούλῳ καὶ δολερῷ, ὡς ὁ Ἰούδας· διὰ τοῦτο γὰρ φιλοῦμεν, ἵνα μᾶλλον ἀνακαίωμεν τὴν ἀγάπην· ἐπειδὴ τὸ στόμα ἐστὶ μάλιστα τῶν ἄλλων μελῶν τὸ συνδεσμοῦν τὰς ψυχάς. Καὶ γὰρ καὶ οἴκοι ἐπαντιόντες τὴν ἕνωσιν δηλοῦμεν[39], τῷ στόματι φιλοῦντες. Ἢ καὶ ἐπειδὴ ναός ἐσμεν τοῦ Θεοῦ, πρόθυρον δὲ τούτου τοῦ ναοῦ τὸ στόμα, τὰ πρόθυρα φιλοῦμεν· διὰ τούτων γὰρ τῶν προθύρων εἰσέρχεται ὁ Χριστὸς, ὅταν κοινωνῶμεν.

A præsens durius agam, secundum potestatem quam Dominus dedit mihi in ædificationem, et non in destructionem. » Postquam acriter eos terruerat, et interminatus erat, nunc defensionem parat, Eam, inquiens, ob causam sic scripsi, quod voluerim minas et severitatem ad litteras usque esse, neque re ipsa et operibus demonstrari. Non correctos enim omnino duriter puniam ac severe, quoniam potestatem dedit mihi Dominus. Hinc indicat quod Dominus etiam per ipsum, ut medium, punit. Commonstrans porro quod non desideret potestate sua uti ad illorum supplicium, apposuit, « Non ad destructionem, sed ad ædificationem : » hoc est, imprimis Dominus non vult destruere, sive punire, sed ædificare, hoc est, benefacere. Atqui incorrigibilibus B destructionem inducere, ædificare est.

¶ Vers. 11. « Quod reliquum est, fratres, gaudete. » Ego, inquit, quod meum est feci, reliquum est ut vos vestra etiam conferatis. Si enim vitam vestram correxeritis, immarcescibile possidebitis conscientiæ gaudium, etiamsi tristia vobis locutus sim.

« Integri estote. » Hoc est, perfecti estote, et in doctrina, et in moribus, ac replete quæ desunt vobis.

« Consolationem accipite. » Quia multæ 321 fuerunt tentationes et pericula, Consolationem, inquit, accipite et a vobis ipsis, et alter ab altero, et a permutatione vestri in melius. Magna enim consolatio est, conscientia bona.

« Idem sapite, pacem habete. » Hoc quoque C in priore Epistola ab iis petiit ceu dissidentibus. Contingit autem idem sapere in unanimitate doctrinæ, pacem vero non exercere in mutua conversatione. Utraque ergo ipsis Paulus postulat.

« Et Deus pacis et dilectionis erit vobiscum. » Non solum adhortatur, verum etiam exoptationem adjicit; vel ne hæc quidem est exoptatio, sed ejus, quod consequenter futurum est, prædictio : nimirum, Si pacem inter vos alueritis, Deus erit vobiscum. Charitatis autem Deus dicitur, vel quod fons sit hujus, vel quod eam erga nos eximiam ostenderit : vel quod ubi sit charitas, illic et ipse sit, et Dominus hujus appareat. Similiter et pacis : sive quod fons sit hujus, sive quod tam quæ in D cœlo, quam quæ super terram pacaverit; vel quod sit Dominus ejus, tanquam possessionis.

Vers. 12. « Salutate vos mutuo in osculo sancto. » Non fucato ac doloso, Judæ instar. Propter hoc enim osculamur, ut magis accendamus charitatem. Nam os præ cæteris membris animas præcipue connectit. Nam domum reversi, osculum figendo unionem significamus. Vel quia templum sumus Dei, hujus autem templi vestibulum est os, vestibula osculamur. Per hæc enim vestibula ingreditur Christus, quando communicamus.

Variæ lectiones.

[36] ἐπιφέρειν τὴν καθαίρεσιν, ἤτοι τὴν κόλασιν· ἀλλ' οἰκοδομεῖν θέλει ο. [37] ἀνοικοδομήτοις ἐπιφέρειν τ. κ. οἰκοδομή ἐστιν ο. [38] ἄλλων ο. [39] δηλοῦντες τῷ στόμ. φιλοῦμεν ο.

Digitized by Google

« Salutant vos sancti omnes. » Præsentes quidem per osculum connectit, absentes autem per salutationem. Imo et hosce connectit os : nam ab ore salutatio proficiscitur.

VERS. 13. « Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen. » Postquam omnes conjunxerat, Filii gratiam, more solito, eis comprecatur, per quam servavit nos, non ex operibus nostris, sed ex gratia, mactatus ipse pro nobis : ac dilectionem Patris, qua dilexit nos, dans Unigenitum pro nobis. Tanquam autem interrogatus, undenam Filii gratia adveniat, Ex Patris, inquit, dilectione. Quid vero effecit? communionem sancti Spiritus, hoc est, participationem et assumptionem ejus, qua sanctificamur, adventu Spiritus Paracleti in nos participes ipsius facti, imo et ipsi in Spiritum permutamur, non essentia, sed participatione. Ubi vero sunt qui Spiritum sanctum rejiciunt, quia in **322** principio Epistolarum ipsum non ponit? En jam posuit, et Trinitas tibi a Paulo complete enumeratur. Per quam veritatis dogmata firmiter retinentes, ac vitam incorruptam ostendentes conservemur, ut revera perfecti simus, utrinque nos recte habentes, et Dei in Trinitate perfecti servi perfecti declarati. Cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

« Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἅγιοι πάντες. » Τοὺς μὲν παρόντας διὰ τοῦ φιλήματος συνάπτει, τοὺς δὲ ἀπόντας διὰ τῆς προσρήσεως· καὶ τούτους δὲ τὸ στόμα συνάπτει· ἀπὸ γὰρ στόματος ἡ πρόσρησις.

« Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος, μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν. « Ἐπειδὴ συνῆψεν ἅπαντας, ἐπεύχεται αὐτοῖς κατὰ τὸ εἰωθὸς, τὴν χάριν τοῦ Υἱοῦ, δι' ἧς ἔσωσεν ἡμᾶς, οὐκ ἐξ ἔργων ἡμετέρων, ἀλλὰ χάριτι, σφαγεὶς αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ τὴν ἀγάπην τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς, δοὺς τὸν Μονογενῆ ὑπὲρ ἡμῶν. Ὡσανεὶ δὲ ἐρωθηθείς· Πόθεν ἡ χάρις τοῦ Υἱοῦ ; φησὶν, ὅτι Ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς ἀγάπης. Τί δὲ κατώρθωσε ; Τὴν κοινωνίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τουτέστι, τὴν μετοχὴν αὐτοῦ, καὶ τὴν μετάληψιν, καθ' ἣν ἁγιαζόμεθα, τῇ ἐφ' ἡμᾶς ἐπιφοιτήσει τοῦ Παρακλήτου κοινωνοὶ αὐτοῦ γενόμενοι, καὶ Πνεῦμα καὶ αὐτοὶ, οὐκ οὐσίᾳ, ἀλλὰ μεθέξει ὄντες. Ποῦ δέ εἰσιν οἱ τὸ Πνεῦμα ἀθετοῦντες, διότι μὴ ἐν ἀρχῇ τῶν Ἐπιστολῶν αὐτὸ τίθηται ; Ἰδοὺ γὰρ τέθεικε, καὶ ἡ Τριὰς σοι ἀπηρτισμένως ὑπὸ τοῦ Παύλου ἀπηρίθμηται· ὑφ' ἧς συντηρούμεθα, τά τε δόγματα τῆς ἀληθείας κατέχοντες βεβαίως, καὶ τὸν βίον ἀδιάφθορον ἐπιδεικνύμενοι, ἵνα τῷ ὄντι κατηρτισμένοι ὦμεν, ἀμφοτέρωθεν καλῶς ἔχοντες, καὶ δοῦλοι τέλειοι τοῦ τελείου ἐν Τριάδι Θεοῦ δεικνύμενοι· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

ΤΗΣ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΓΑΛΑΤΑΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

THEOPHYLACTI

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI

EPISTOLÆ DIVI PAULI AD GALATAS

EXPOSITIO.

323 *ARGUMENTUM EPISTOLÆ AD GALATAS.*

Multa vehementia et indignatione refertum est exordium, et universa propemodum Epistola : perpetuo enim mansuetum esse erga discipulos, qui increva-

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΓΑΛΑΤΑΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

*Πολλοῦ τὸ προοίμιον γέμει θυμοῦ, καὶ πᾶσα σχεδὸν ἡ Ἐπιστολή· τὸ γὰρ ἀεὶ ἐπιεικεύεσθαι τοῖς μαθηταῖς ἐπιπλήξεως δεομένοις, οὐ διδα-

Digitized by Google

γκάλου. Τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ποιεῖ· τὸν τε γὰρ Πέτρον μακαρίσας, εἶτα καὶ ἐπιτιμᾷ· καὶ τοὺς μαθητὰς δὲ ἀσυνέτους ἀποκαλεῖ. Καὶ Παῦλος μὲν οὖν καὶ πρὸς ἄλλους μὲν γράφων, αὐστηρότητι κέχρηται, ὥσπερ οὖν πρὸς Κορινθίους· μάλιστα δὲ πρὸς Γαλάτας τούτους. Ἡ δὲ αἰτία τοιαύτη· Οἱ ἐξ Ἰουδαίων πιστεύσαντες, ἅμα μὲν τοῦ πατρώου νόμου ἐχόμενοι, ἅμα δὲ διδάσκαλοι εἶναι ὀρεγόμενοι, ἐδίδασκον Γαλάτας, ὅτι δεῖ περιτέμνεσθαι, καὶ Σάββατα καὶ νουμηνίας τηρεῖν· τοὺς γὰρ περὶ Πέτρον μὴ κωλύειν ταῦτα. Καὶ ἀληθῶς γε οὐκ ἐκώλυον οὗτοι, οὐχ ὡς δογματίζοντες, ἀλλ' ὡς συγκαταβαίνοντες τῇ ἀσθενείᾳ τῶν ἐξ Ἰουδαίων πεπιστευκότων [aa], οἷς καὶ ἐκήρυττον. Ὁ δὲ Παῦλος ἔθνεσι κηρύττων, οὐ χρείαν εἶχε τῆς συγκαταβάσεως ταύτης. Ὅτε γοῦν ἐν χρείᾳ γέγονεν, καὶ αὐτὸς συγκατέβη, καὶ περιέτεμε μὲν τὸν Τιμόθεον, ἡγίασατο δὲ αὐτὸς κατὰ τὸν νόμον. Ἀλλ' οἱ ἀπατεῶνες οὐ λέγοντες τὰς αἰτίας, δι' ἃς καὶ οἱ περὶ Πέτρον καὶ αὐτοὶ ταῦτα ἐποίουν, παρελογίζοντο τοὺς ἀφελεστέρους, καὶ αὐτὸ μέντοι τοῦτο εἰς διαβολὴν Παύλου προέφερον, τὸ, ποτὲ μὲν περιτέμνειν, ποτὲ δὲ ἀναιρεῖν τὴν περιτομὴν, καὶ ἄλλοτε ἄλλα κηρύσσειν· καὶ ἐπὶ πᾶσιν, ὡς οὐ δεῖ Παύλῳ πείθεσθαι, ὃς οὔτε Χριστὸν εἶδεν, οὔτε αὐτοῦ ἐστι μαθητὴς, ἀλλὰ τῶν ἀποστόλων· τοὺς δὲ περὶ Πέτρον, ὡς αὐτόπτας προσδέχεσθαι. Διὰ ταῦτα τοίνυν διακαὴς τὴν ψυχὴν, συντίθησι τὴν Ἐπιστολήν· καὶ πρῶτόν γε πρὸς ἐκεῖνο ἀποτείνεται, ὃ ἐκεῖνοι ἔλεγον διορύττοντες αὐτοῦ τὴν ὑπόληψιν, ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι τοῦ Χριστοῦ, αὐτὸς δὲ τῶν ἀποστόλων ἐστὶ μαθητής· διὸ καὶ οὕτως ἄρχεται·

A tione opus habent, non est boni præceptoris. Idem etiam Dominus agit. Cum enim Petrum beatum prædicasset [h], postea itidem objurgat; ac discipulos indoctos et carentes intellectu appellat [i]. Ac Paulus certe quidem ad alios scribens, austeritate usus est, quemadmodum ad Corinthios [j]; potissimum autem ad Galatas hosce. Causa vero est hujusmodi. Qui ex Judæis ad fidem accesserant, partim quidem patria lege detenti, partim vero doctores esse desiderantes, docebant Galatas circumcisionem esse retinendam, et Sabbata et neomenias servanda. Nam Petri discipuli hæc non vetabant. Ac revera **324** quidem isti non vetabant, non quod ita docerent, verum quod infirmitati eorum, qui ex Judæis crediderant, condescenderent, quibus etiam prædicabant. Paulus vero qui gentibus prædicabat, ista condescensione non indigebat. At si quando opus esset, ipse etiam obsecundabat: hinc est quod circumciderit Timotheum, quodque ipse sanctificatus sit secundum legem. Atqui impostores non reddentes causas cur Petrus et qui cum ipso erant, talia facerent, decipiebant simpliciores, et tamen hoc ipsum in Pauli calumniam proferebant, quod alias circumcideret, alias vero circumcisionem tolleret, et alias alia prædicaret: et præ omnibus, Paulo non esse obtemperandum, quippe qui neque Christum vidisset, neque ejus esset discipulus, sed apostolorum. Petrum autem, cum cæteris apostolis, ceu eos qui ipsi Christum vidissent, suscipiendos. Has ab causas animo accensus Apostolus, Epistolam hanc conscribit. Ac primum quidem eo sermonem dirigit, quod illi dicebant, perfodientes ita et elevantes ejus æstimationem, nimirum, quod alii quidem essent Christi, ipse vero apostolorum discipulus. Propterea sic orditur:

B

C

THEOPHYLACTI COMMENTARIUS

IN EPISTOLAM AD GALATAS.

D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

« Παῦλος ἀπόστολος, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου. » Εὐθέως ἀναιρεῖ τὸ εἶναι ἀνθρώπων μαθητήν. Οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων γὰρ, ἀλλ' ἄνωθεν, καὶ ἀπ' οὐρανοῦ ἐκλήθη· καὶ οὐ δι' ἀνθρώπου, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. Ἐβάπτισε μὲν γὰρ αὐτὸν Ἀνανίας· ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνος πρὸς τὴν πίστιν ἐκάλεσεν, ἀλλ' ἀπ' οὐρανοῦ ὁ Χριστός. Διὰ τί δὲ οὐκ εἶπε, Παῦλος κλητὸς, ἀλλ', « Ἀπόστολος; » Διότι περὶ τούτου πᾶς ἦν ὁ λόγος, λεγόντων ὅτι ὑπ' ἀνθρώπων ἀπόστολος κεχειροτόνητο· πρὸς τοῦτο οὖν ἐνίσταται, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἔστι τοῦτο.

325 CAPUT PRIMUM.

VERS. 1. « Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem. » Illico quod hominum sit discipulus tollit. Non ab hominibus enim, sed e supernis, adeoque cœlitus vocatus fuit; et non per hominem, sed per ipsum Christum. Baptizavit quidem ipsum Ananias, sed is ad fidem non vocavit, verum e cœlis Christus. At cur non dixit, Paulus vocatus, sed, « Apostolus? » Quia hac de re tota erat quæstio atque sermo; dicebant enim quod ab hominibus apostolus electus esset. Adversum istuc ergo renititur, ostendens rem sese aliter habere.

[h] Matth. xvi, 17. [i] Matth. xv, 16. [j] I Cor. v, 2.

Variæ lectiones.

[aa] πιστευόντων o.

Digitized by Google

« Sed per Jesum Christum, et Deum Patrem, qui suscitavit eum a mortuis. » Atqui Acta apostolorum, a Spiritu sancto indicant eum segregatum esse ad apostolicam functionem [k]. Perspicuum igitur quod sit una potestas et Filii et Patris et Spiritus. Observa hic præpositionem, « Per, » Patri appositam, ac Filium primo nominatum, propter hæreticos qui in hisce rebus curiosi sunt. Opportune autem meminit mortis et resurrectionis, ut persuadeat eos non diutius legi advertere animum, quæ nihil eis conferre possit : sed Christo potius, qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. Tum quod magnæ sit ingratitudinis, a tali tantoque benefactore deficere. Pater autem ipsum suscitasse dicitur, tum propter auditorum imbecillitatem, tum quod ad Patrem etiam referantur quæcunque Filius facit. Non enim ille ad seipsum excitandum impotens erat, qui in ipsum credentibus istud dedit, ut vel sola corporum suorum umbra mortuos suscitarent.

« Ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ Θεοῦ Πατρὸς, τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. » Καὶ μὴν αἱ Πράξεις ὑπὸ τοῦ Πνεύματος δηλοῦσιν αὐτὸν ἀφορισθῆναι εἰς τὴν ἀποστολήν. Δῆλον οὖν, ὅτι μία ἐξουσία Υἱοῦ, καὶ Πνεύματος, καὶ Πατρός. Σημειωσαι δὲ, καὶ τὸ, « Διὰ, » ἐπὶ τοῦ Πατρὸς κείμενον, καὶ πρῶτον τὸν Υἱὸν ὀνομασθέντα, διὰ τοὺς ταῦτα περιεργαζομένους αἱρετικούς. Εὐκαίρως δὲ ἀναμιμνήσκει τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἀναστάσεως, ἵνα πείσῃ αὐτοὺς μηκέτι τῷ νόμῳ προσέχειν, τῷ μηδὲν ὑπὲρ αὐτῶν εἰσενεγκόντι· ἀλλὰ τῷ Χριστῷ, τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἀναστάντι· καὶ ὅτι τὸ τοιούτου ἀφίστασθαι εὐεργέτου, μεγάλης ἀγνωμοσύνης. Λέγεται δὲ αὐτὸν ἐγεῖραι ὁ Πατὴρ, καὶ διὰ τὴν τῶν ἀκροατῶν ἀσθένειαν, καὶ διότι εἰς τὸν Πατέρα πάντα ἀναφέρονται, ὅσα ὁ Υἱὸς ποιεῖ. Οὐ γὰρ δήπου αὐτὸς ἑαυτὸν ἐγεῖραι ἀδύνατος ἦν, ὃς καὶ τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύσασι [61] δέδωκε νεκροὺς ἐγείρειν ἀπὸ σκιᾶς μόνης τῶν σωμάτων αὐτῶν.

Vers. 2. « Et qui mecum sunt omnes fratres. » Quia calumniabantur eum, quod solus hæc prædicaret, indicat jam nunc plerosque sibi alios esse ejusdem sententiæ participes.

« Καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἀδελφοί. » Ἐπειδὴ διέβαλλον αὐτὸν ὡς μόνον ταῦτα κηρύττοντα, δείκνυσι νῦν [62] ὡς πολλοὺς καὶ ἄλλους ἔχει τῆς γνώμης κοινωνούς.

« Ecclesiis Galatiæ. » Reputa hic ejus indignationem atque dolorem. Non enim dixit, Dilectis, sanctificatis, neque Ecclesiis Dei, sed simpliciter, « Ecclesiis Galatiæ. » Quia vero dissidebant inter sese, istos non injuria multas vocat Ecclesias. Partim vero eos pudefaciens, in unum colligit per hoc nomen. Qui enim in multa sunt divisi, non possunt **326** hac nomenclatura appellari, quæ concordiam significat.

« Ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας. » Ὅρα τὸν θυμὸν καὶ τὴν ὀδύνην. Οὐ γὰρ εἶπε, Τοῖς ἀγαπητοῖς, τοῖς ἡγιασμένοις, οὐδὲ, Ταῖς Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἁπλῶς, « Ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας. » Ἐπεὶ δὲ καὶ διεστασίαζον, εἰκότως καὶ πολλὰς Ἐκκλησίας τούτους ὀνομάζει· ἅμα δὲ καὶ ἐντρέπων αὐτοὺς, συνάγει εἰς ἓν διὰ τοῦ ὀνόματος τούτου. Οἱ γὰρ εἰς πολλὰ διηρημένοι οὐ δύνανται ταύτῃ καλεῖσθαι τῇ προσηγορίᾳ, ἣ συμφωνίαν δηλοῖ.

Vers. 3. « Gratia vobis et pax. » Quia periclitabantur ne gratia exciderent, propterea quod animum ad legem applicarent, imprecatur hanc ipsis. Quoniam vero seipsos hostes Dei fecerunt, statuentes legalia quæ ille aboleverat, ad pacem illos revocat ac reducit.

« Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη. » Ἐπειδὴ ἐκινδύνευον τῆς χάριτος ἐκπεσεῖν, ἐκ τοῦ προσέχειν τῷ νόμῳ, ἐπεύχεται ταύτην αὐτοῖς· καὶ ἐπειδὴ πολεμίους ἑαυτοὺς τοῦ Θεοῦ ἐποίησαν, ἰστῶντες τὰ νομικὰ, ἃ ἐκεῖνος κατήργησε, πρὸς τὴν εἰρήνην αὐτοὺς ἐπανάγει.

« A Deo Patre. » Deus Pater vester factus est. Unde ? Ex lege ad quam inhiatis, an ex baptismate Christi ? Quomodo igitur aversamini benefactorem ? Observa autem quod ait, « A Deo Patre, » sine articulo, propter eos qui Filium Patre minorem esse concludunt, ex hoc quod Joannes dicit, « Et Deus erat Verbum [l], » sine articulo.

« Ἀπὸ Θεοῦ Πατρός. » Ὁ Θεὸς Πατὴρ ὑμῶν ἐγένετο. Πόθεν; Ἀπὸ τοῦ νόμου, πρὸς ὃν κεχήνατε, ἢ ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος τοῦ Χριστοῦ; Πῶς οὖν ἀποστρέφεσθε τὸν εὐεργέτην; Σημείωσαι δὲ τὸ, « Ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς, » χωρὶς τοῦ ἄρθρου κείμενον, διὰ τοὺς ἐλάττονα εἰσάγοντας τὸν Υἱὸν, ἐκ τοῦ τὸν Ἰωάννην λέγειν· « Καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, » χωρὶς ἄρθρου.

« Et Domino nostro Jesu Christo. » Non lex dominus noster est, sed Christus Jesus. Ipsa porro nomina beneficii sunt indicia. Jesus enim, veluti a peccatis servans populum. Christus a Spiritus unctione, qua pro nobis unctus est, sanctificans naturam nostram per assumptionem, ac nobis largiens ut sic nominemur.

« Καὶ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Οὐχ ὁ νόμος ἡμῶν κύριος, ἀλλ' ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς. Καὶ αὐτὰ δὲ τὰ ὀνόματα, τῆς εὐεργεσίας ἐνδεικτικά. Ἰησοῦς γὰρ, ὡς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν σώσας τὸν λαόν· καὶ Χριστὸς δὲ, ἀπὸ τῆς τοῦ Πνεύματος χρίσεως, ἣν ὑπὲρ ἡμῶν ἐχρίσθη, ἁγιάσας τὴν φύσιν ἐν τῷ προσλήμματι, καὶ δοὺς ἡμῖν οὕτως ὀνομάζεσθαι.

Vers. 4. « Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. » En seipsum dedit : non igitur ut servus

« Τοῦ δόντος ἑαυτὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. » Ἰδοὺ ἑαυτὸν δέδωκεν· οὐκ ἄρα ὡς δοῦλος ὑπούργη

[k] Act. XIII, 2. [l] Joan. I, 1

Variæ lectiones.

[61] πιστεύουσι m. [62] αὖ θ.

Digitized by Google

σεν. Ὅταν οὖν ἀκούσῃς, αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς δεδόσθαι, τὴν εὐδοκίαν καὶ τὴν θέλησιν ἐννόει τοῦ Πατρός. Ἔδωκε δὲ ἑαυτόν, ἵνα ἀπαλλάξῃ ἡμᾶς τῶν ἁμαρτιῶν, ὧν ὁ νόμος ἀπαλλάξαι οὐκ ἴσχυε. Πῶς οὖν τὸν ἀπαλλάξαντα ἀφέντες, τῷ νόμῳ προσέχετε, τῷ μηδὲν ὠφελήσαντι;

« Ὅπως ἐξέληται ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ. » Ἐνταῦθα οἱ Μανιχαῖοι ἐπιπηδῶσι τῷ ῥητῷ, λέγοντες, ὅτι Ἰδοὺ πονηρὸν ἐκάλεσε τὸν ἐνεστῶτα αἰῶνα, ἤτοι τὴν ζωὴν ἡμῶν. Οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο. Οὔτε γὰρ αἱ ἡμέραι πονηραὶ αὐταὶ καθ' ἑαυτάς (τίς γὰρ πονηρία τοῦ ἡλιακοῦ δρόμου, ἢ τοῦ διαστήματος τῶν ἡμερῶν;) οὔτε ἡ ζωὴ ἡμῶν αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν πονηρά ἐστι· πῶς γὰρ, ἐν ᾗ τὸν Θεὸν ἐπιγινώσκομεν, καὶ περὶ τῶν μελλόντων φιλοσοφοῦμεν; ἀλλ' αἰῶνα πονηρὸν, τὰς πράξεις φησὶ τὰς πονηράς, καὶ[43] τὴν διεφθαρμένην προαίρεσιν. Ὥσπερ[44] καὶ ἡμεῖς εἰώθαμεν λέγειν, Κακὴν ἔσχον ἡμέραν, οὐ τὸν καιρὸν, ἀλλὰ τὴν περίστασιν, καὶ τὴν πρᾶξιν διαβάλλοντες. Οὐ γὰρ ἵνα ἡμᾶς ἀποκτείνῃ, καὶ ἐκβάλῃ τῆς παρούσης ζωῆς, διὰ τοῦτο ἀπέθανεν ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ἵνα τῶν πονηρῶν πράξεων ἀπαλλάξῃ τοῦ λοιποῦ. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἀνωτέρω, ὅτι Ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, τουτέστιν, Ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς τῶν προγεγονότων πταισμάτων· λέγει λοιπὸν, ὅτι καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἀσφάλειαν ἔδωκεν, ἵνα ἐξέληται ἡμᾶς τῆς πονηρᾶς διαγωγῆς. Ὁ νόμος δὲ, οὔτε τὰ προγεγονότα ἁμαρτήματα ἐξήλειφεν, οὔτε πρὸς τὸ μέλλον ἐνίσχυε.

A herili jussu operatus est. Cum igitur audis ipsum a Patre datum esse, benevolentiam Patris et voluntatem intellige. Dedit autem seipsum, ut liberet nos a peccatis, a quibus lex liberare non valuit. Quomodo igitur liberatore vestro dimisso, legi attenditis, quæ nihil vobis profuerit?

« Ut eriperet nos ex præsenti sæculo malo. » Hic Manichæi textui vim faciunt, dicentes, Ecce, sæculum præsens, sive vitam nostram, malum appellavit. Hoc autem non est ita. Neque enim dies ipsæ per se malæ sunt. Quæ enim pravitas cursus solaris, vel dierum intervalli? Neque vita nostra per sese prava est; quomodo enim in qua Deum agnoscimus, ac de futuris philosophamur? Sed sæculum pravum, operationes pravas dicit, et corB ruptam voluntatem: quemadmodum nos consuevimus dicere, Malum habui diem, non tempus, sed circumstantiam et actionem accusantes. Non enim ut nos occidat et ejiciat e præsenti vita, propterea mortuus est Christus; verum ut a pravis operibus deinceps nos liberet. Cum enim supra dixisset, Dedit seipsum pro peccatis nostris, hoc est, Liberavit nos a præteritis sceleribus: posthac ait quod et in futurum dedit nobis securitatem, ut nos a mala conversatione eximat. Lex autem neque præterita peccata delevit, nec ad futura valuit.

« Κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν. » Ἐπειδὴ ἐνόμιζον ἐκεῖνοι ὅτι τοῦ Θεοῦ παρακούουσιν ἀφέντες τὸν νόμον, διορθοῦται τὴν ὑπόνοιαν αὐτῶν, δεικνὺς ὅτι θέλημα τοῦ Πατρός ἐστι, τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐλευθερωθῆναι. Ὁρᾷς δὲ ὅτι οὐκ εἶπε, Κατ' ἐπιταγὴν τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ, « Κατὰ τὸ θέλημα, » τουτέστι, τὴν εὐδοκίαν. Εἰπὼν δὲ Πατέρα ἡμῶν τὸν Θεὸν, πάλιν τοῦ εὐεργέτου ὑπομιμνήσκει Χριστοῦ, ὃς τὸν αὐτοῦ Πατέρα, καὶ ἡμῶν Πατέρα ἐποίησε. Πῶς οὖν τούτου ἀφίστασθε;

C **327** « Secundum voluntatem Dei et Patris nostri. » Quia putabant illi quod Deo non obtemperarent dimittentes legem, suspicionem eorum corrigit, ostendens voluntatem Patris esse, quod per Filium liberaremur. Vides autem quod non dixerit, Juxta mandatum Patris, sed, « Secundum voluntatem, » hoc est, beneplacitum. Dicens autem Deum Patrem nostrum, rursus benefactoris commonefacit Christi, qui Patrem suum, nostrum etiam Patrem fecit. Qui igitur ab hoc deficitis?

« ὯΙ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. » Οὐδαμοῦ ἀλλαχοῦ ἐν προοιμίοις τὸ, « Ἀμὴν, » θεὶς, ἐνταῦθα τέθεικε· δεικνὺς ὅτι ὁ λόγος ἀπηρτισμένος ἐστὶν αὐτῷ, καὶ πρὸς τὴν κατηγορίαν τῶν Γαλατῶν ἱκανὰ τὰ εἰρημένα· καὶ γὰρ ἀναμνήσας τῶν ἀφάτων τοῦ Θεοῦ εὐεργεσιῶν, ἐξ ὧν κατεκρίνοντο οὗτοι, ἀφιέντες τὸν εὐεργετήσαντα[45] Χριστόν· εἶτα ἐκπλαγεὶς ταύτας, καὶ μηκέτι μηδὲν δυνάμενος ἄλλο περὶ αὐτῶν ἐξειπεῖν, εἰς δοξολογίαν κατακλείει τὸν λόγον.

Vers. 5. « Cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. » Cum nusquam alibi in exordiis « Amen » posuerit, hic ponit, indicans quod sermo ejus consummatus sit, et quæ dixisset, ad Galatarum accusationem abunde satis esse. Etenim mentione facta D inenarrabilium Dei beneficiorum, ex quibus condemnabantur illi, quod Christum benefactorem dimisissent; deinde admiratus ea, nec quidquam aliud de illis enuntiare valens, doxologia sermonem claudit.

« Θαυμάζω ὅτι οὕτω ταχέως μετατίθεσθε ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ. » Δείκνυσιν ὅτι μεγάλην τινὰ ὑπόληψιν περὶ αὐτῶν εἶχε. Θαυμάζω γὰρ, φησὶν, εἴγε ὑμεῖς οἱ τοσαῦτα πεπονηκότες ἐν τῇ πίστει, οὕτω ταχέως μετατίθεσθε. Δύο δὲ τὰ ἐγκλήματα, τό τε, « Μετατίθεσθε, » καὶ τὸ, « Ταχέως· » ὥστε μηδὲ χρόνου δεῖσθαι τοὺς ἀπατῶντας· ὅπερ κουφότητα[46] τῶν παραδεχομένων κατηγορεῖ.

Vers. 6. « Miror quod adeo cito transferimini abeo qui vocavit vos per gratiam Christi. » Indicat quod magnam de ipsis habuerit opinionem. Miror enim, inquit, quod vos qui adeo in fide laborastis, tam cito transferimini. Duæ culpæ sunt, et quod « Transferimini, » et quod « Cito, » ut ne tempore quidem opus habeant impostores: quod levitatem excipientium imposturam reprehendit. Nec dixit,

Variæ lectiones.

[43] ἢ o. [44] ὥστε o. [45] εὐεργέτην o. [46] κουφότητος o.

Digitized by Google

Translati estis, sed, « Transferimini, » hoc est, Nondum credo, nec arbitror consummatam esse fraudem. Considera hic sapientiam. Quia lege detenti Patri servire putabantur, A Patre, inquit, transferuntur, qui animum legi adhibent. Nam « ab eo, » inquit, « qui vocavit vos, » hoc est, Patre. « Per gratiam Christi, » id est, ut justificemini per Christum : non ex operibus, sed gratia. Filius enim exhibet remissionem in gratia, Pater autem ad hanc vocat.

VERS. 7. « Ad aliud Evangelium, quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, et volunt pervertere Evangelium Christi. » Quia suam imposturam seductores Evangelium vocabant, ipse adversus nomen illud pugnans, Non est, inquit, aliud Evangelium, præterquam quod accepistis. Unum enim est, rectam et sinceram opinionem continens, quod ego prædicavi : nisi jam sint qui turbent oculos animarum vestrarum, et faciant alia pro aliis cernere, volentes subvertere Evangelium Christi. At non totum Evangelium subvertebant, verum de Sabbato et Circumcisione solum mandatum subintroduxerunt. Attamen indicat quod exiguum quidpiam perperam factum, universum Evangelium invertat : perinde **328** ac qui regii numismatis quidquam amputaverit, totum numisma adulterinum reddidit. Observa autem istud, propter eos qui dicunt, hoc esse modicum atque adeo condonandum. Arripiunt autem hoc dictum Marcionistæ, asserentes hinc non quatuor, sed unicum Evangelium admittendum, quod ipsi nempe confuse et mutilate composuerunt. Ecce enim, inquiunt, Paulus unicum Evangelium esse dicit. Ecquid hoc? Nam et nos quatuor unum dicimus, secundum concentum nimirum. Neque enim Paulus de numero nunc dicit, verum de dissonantia. Quia enim dissonat impostorum prædicatio, ideo non est Evangelium, ut si consonaret, esset Evangelium, hoc est, prædicatio apostolica. Proinde manifestissimæ nugæ sunt quæ Marcion hic profert.

VERS. 8. « Sed licet nos, aut angelus de cœlo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. » Ne quis dicat quod ambitione ductus, sua dogmata jactat, seipsum devovet. Quia vero ad auctoritatem et dignitatem personarum confugiebant, ac Petrum cum suis, et Jacobum proferebant, eam ob causam angelorum etiam meminit. Adjecit autem, « De cœlo, » quandoquidem et sacerdotes angeli vocabantur. Ne igitur de sacerdotibus hæc dici putes, cœli appositione superas potentias significavit. Nec dixit, Si contraria prædicent, Sed, Si parum quiddam annuntient præter id quod annuntiavimus. Per hoc igitur quod angelos anathematizat, omnem auctoritatem ejicit; quod vero seipsum, omnem societatem. Ne enim mihi dicas, En coapostoli tui diversum prædicant;

Καὶ οὐκ εἶπε, Μετέθεσθε, ἀλλά, « Μετατίθεσθε· » τουτέστιν, Οὐδέπω πιστεύω, οὐδὲ ἡγοῦμαι ἀπηρτισμένην εἶναι τὴν ἀπάτην. Ὅρα δὲ σοφίαν. Ἐπειδὴ τοῦ νόμου ἐχόμενοι, ᾤοντο θεραπεύειν τὸν Πατέρα, φησὶν, ὅτι ἀπὸ τοῦ Πατρὸς μετατίθενται οἱ τῷ νόμῳ προσέχοντες. « Ἀπὸ » γὰρ « τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς, » φησὶ, τουτέστι, τοῦ Πατρός. « Ἐν χάριτι Χριστοῦ, » τουτέστιν, ὥστε δικαιωθῆναι ὑπὸ Χριστοῦ, οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλὰ χάριτι. Ὁ μὲν γὰρ Υἱὸς παρέχει τὴν ἄφεσιν ἐν χάριτι· ὁ δὲ Πατὴρ πρὸς ταύτην καλεῖ.

« Εἰς ἕτερον Εὐαγγέλιον, ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο, εἰ μή τινές εἰσιν οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς, καὶ θέλοντες μεταστρέψαι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. » Ἐπειδὴ τὴν ἑαυτῶν ἀπάτην οἱ πλάνοι Εὐαγγέλιον ἐκάλουν, αὐτὸς καὶ πρὸς τὸ ὄνομα μάχεται, καί φησιν, ὅτι Οὐκ ἔστιν ἄλλο Εὐαγγέλιον παρ' ὃ παρελάβετε [47]. Ἓν γάρ ἐστι τὸ τὴν ὀρθοδοξίαν περιέχον [48], ὃ ἐγὼ ἐκήρυξα· εἰ μὴ ἄρα τινὲς τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν ψυχῶν ὑμῶν ταράσσουσι, καὶ ποιοῦσιν ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων ὁρᾷν, θέλοντες μεταστρέψαι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Καὶ μὴν οὐχ ὅλον τὸ Εὐαγγέλιον ἀνέτρεπον, ἀλλὰ τὴν περὶ τοῦ Σαββάτου καὶ τῆς Περιτομῆς μόνον ἐντολὴν παρεισῆγον· ἀλλ' ὅμως δείκνυσι, ὅτι καὶ μικρὸν παραποιηθὲν, τὸ ὅλον Εὐαγγέλιον ἀνατρέπει· ὥσπερ καὶ ὁ τοῦ βασιλικοῦ νομίσματος μικρόν τι περικόψας, τὸ ὅλον νόμισμα κίβδηλον εἰργάσατο. Σημείωσαι δὲ τοῦτο, διὰ τοὺς λέγοντας, ὅτι τόδε μικρόν ἐστι καὶ συγχωρητέον. Δράσσονται δὲ τοῦ ῥητοῦ οἱ Μαρκιωνισταὶ, καί φασιν, ἐντεῦθεν δεῖν μὴ τὰ τέσσαρα, ἀλλ' ἓν δέχεσθαι Εὐαγγέλιον, ὃ αὐτοὶ συγχέοντες [*f.* χέαν.] καὶ περικόψαντες συνέθηκαν. Ἰδοὺ γάρ, φασὶν, ὁ Παῦλος ἓν εἶναι λέγει Εὐαγγέλιον. Καὶ τί τοῦτο; Καὶ ἡμεῖς τὰ τέσσαρα ἓν εἶναι λέγομεν, κατά γε τὴν συμφωνίαν· οὐδὲ γὰρ Παῦλος περὶ ἀριθμοῦ λέγει νῦν, ἀλλὰ περὶ διαφωνίας. Διότι γάρ, φησὶ, διαφωνεῖ τὸ τῶν πλάνων κήρυγμα, διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν Εὐαγγέλιον, ὡς εἴ γε συνεφώνει, ἦν ἂν Εὐαγγέλιον, τουτέστι, κήρυγμα ἀποστολικόν. Ὥστε φλυαρία σαφὴς τὰ τοῦ Μαρκίωνος.

« Ἀλλὰ κἂν ἡμεῖς, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω. » Ἵνα μή τις εἴπῃ, ὅτι διὰ φιλοδοξίαν τὰ οἰκεῖα συγκροτεῖ δόγματα, καὶ ἑαυτὸν ἀναθεματίζει. Ἐπειδὴ δὲ καὶ εἰς ἀξιώματα κατέφευγον, καὶ τοὺς περὶ Πέτρον προέφερον καὶ Ἰάκωβον· διὰ τοῦτο καὶ ἀγγέλων ἐμνήσθη. Προσέθηκε δὲ τὸ, « Ἐξ οὐρανοῦ, » ἐπειδὴ καὶ οἱ ἱερεῖς, ἄγγελοι ἐκαλοῦντο. Ἵνα γοῦν μὴ περὶ ἱερέων ὑπολάβῃς λέγεσθαι, τῇ τοῦ οὐρανοῦ προσθήκῃ τὰς ἄνω δυνάμεις ἐδήλωσε. Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἐὰν ἐναντία καταγγέλλωσιν, ἀλλὰ, Κἂν μικρόν τι εὐαγγελίζωνται, παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα. Διὰ μὲν οὖν [*f. add.* τοῦ] τοὺς ἀγγέλους ἀναθεματίσαι, πᾶν ἀξίωμα ἐκβάλλει· διὰ δὲ τοῦ ἑαυτὸν, πᾶσαν οἰκειότητα. Μὴ γάρ μοι εἴπῃς, ὅτι Οἱ συναπόστολοί σου κηρύττουσιν ἕτερα· οὐδὲ ἐμαυ-

Variæ lectiones.

[47] παρ' ὅπερ ἐλάβ. o. [48] παρέχον o.

Digitized by Google

τοῦ φείδομαι ἕτερα κηρύσσοντος. Οὐχ ὡς καταγι- A
νώσκων δὲ τῶν ἀποστόλων ταῦτά φησιν, ἀλλὰ βου-
λόμενος ἀποῤῥάψαι τὰ στόματα τῶν πλάνων, καὶ
δεῖξαι, ὅτι ἀξίωμα οὐ προσίεται, ὅταν ὁ λόγος περὶ
δογμάτων ᾖ.

« Ὡς προειρήκαμεν, καὶ ἄρτι πάλιν λέγω· Εἴ τις
ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα
ἔστω. » Ἵνα μὴ νομίσωσιν ἀπὸ θυμοῦ, καὶ κατὰ
συναρπαγὴν ταῦτα εἰπεῖν αὐτὸν, δεύτερον αὐτὰ τί-
θησι, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἀκρίτως, ἀλλὰ βεβαίως καὶ πα-
γίως κυρώσας ταῦτα παρ' ἑαυτῷ [49], οὕτως ἀπεφή-
νατο.

« Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν Θεόν; ἢ
ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν; » Μέλλει ἀπολογήσασθαι
περὶ ὧν ἐγκαλεῖται. Ἵνα τοίνυν μὴ ἐπαρθῶσιν αὐτοὶ
ὡς τῷ διδασκάλῳ δικάζοντες, φησί· Μὴ νομίζετε B
ὅτι ὑμῖν ἀπολογοῦμαι, ἢ ὑμᾶς ζητῶ πεῖσαι, ἀλλὰ
πρὸς τὸν Θεόν μοι ὁ πᾶς λόγος. Ὅθεν οὐδὲ ταῦτα
γράφω, τῆς παρ' ὑμῖν ἐφιέμενος δόξης, καὶ ἵνα μα-
θητὰς ἔχοιμι, ἀλλὰ τῷ Θεῷ ἀπολογούμενος ὑπὲρ
τῶν δογμάτων, καὶ οὐκ ἀνθρώποις ἀρέσκειν θέλων.
Ἢ καὶ οὕτως· Ἐπειδὴ διέβαλλον αὐτὸν, ὡς ἄλλα
παρ' ἄλλοις κηρύττοντα, καὶ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους
μεταβαλλόμενον, φησὶν, ὅτι Ἀνθρώπους πείθειν
σπουδάζω, καὶ τούτοις ἀρέσκειν, ἢ τῷ Θεῷ; Εἰ γὰρ
ἀνθρώποις ἀρέσκειν ἤθελον, πάντως ἂν ἐποίουν ὃ
λέγετε.

« Εἰ γὰρ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον, Χριστοῦ δοῦλος
οὐκ ἂν ἦμην. » Κατασκευάζει ὅτι οὐκ ἀνθρώποις
ἀρέσκειν σπουδάζει· καὶ πῶς ἂν ἦ αὐτοὺς κολακεύ- C
σειεν, ἢ ἄλλα παρ' ἄλλοις κηρύξειεν; Εἰ γὰρ τοῦτο
ἐσπούδαζον, οὐκ ἂν ἀπέστην τῶν Ἰουδαϊκῶν, καὶ
προσῆλθον τῷ Χριστῷ· οὐκ ἂν κατεφρόνησα συγ-
γενῶν, φίλων, δόξης τοσαύτης, καὶ εἱλόμην διω-
γμοὺς, καὶ κινδύνους, καὶ ἀτιμίας.

« Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὸ Εὐαγγέλιον τὸ
εὐαγγελισθὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὅτι οὐκ ἔστι κατ' ἄνθρω-
πον. » Μέλλει δεῖξαι αὐτοῖς, ὅτι [50] μετέστη κατ'
ἀλήθειαν ἀπὸ τοῦ νόμου, καὶ διὰ τοῦτο μέμνηται
τοῦ προτέρου βίου, καὶ τῆς ἀθρόας μεταβολῆς· δει-
κνὺς, ὅτι Οὐκ ἂν μετέστη [51] ἀθρόον, εἰ μὴ θειοτέραν
τινὰ πληροφορίαν ἔσχε [52]. Διὸ καί φησιν, ὅτι « Οὐκ
ἔστι κατ' ἄνθρωπον τὸ Εὐαγγέλιόν μου· » τουτέστιν,
Οὐκ ἄνθρωπον ἔσχον διδάσκαλον, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ
Χριστοῦ γέγονα μαθητής. D

« Οὐ γὰρ ἐγὼ παρ' ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτὸ,
ἀλλὰ διὰ ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Τοῦτο γὰρ
ἔλεγον οἱ διαβάλλοντες, ὅτι οὐχ ὥσπερ οἱ ἀπόστολοι,
αὐτήκοος ἐγένετο τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ παρὰ ἀνθρώπων
παρέλαβε πάντα. Φησὶν οὖν, ὅτι Αὐτὸς ἐκεῖνος ἀπε-
κάλυψέ μοι τὸ Εὐαγγέλιον, ὁ καὶ τοὺς περὶ Πέτρον
μαθητεύσας.

« Ἠκούσατε γὰρ τὴν ἐμὴν ἀναστροφήν ποτε ἐν
τῷ Ἰουδαϊσμῷ. » Πόθεν δῆλον ὅτι δι' ἀποκαλύψεως
θείας παρέλαβον τὸ Εὐαγγέλιον; Ἐκ τῆς προτέρας
μου ἀναστροφῆς. Ὁ γὰρ τοιοῦτος διώκτης, πῶς ἂν

ne mihi ipsi quidem parco alia ab his prædicanti. Non autem quod apostolos condemnet, hæc loquitur; sed volens obstruere ora seductorum, atque monstrare quod auctoritatem non admittit quando de dogmatibus fit sermo.

Vers. 9. « Sicut prædiximus, et nunc iterum dico : Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit. » Ne arbitrentur eum ab ira, aut animo correptum hæc dicere, rursus eadem ponit, indicans quod non citra judicium, sed firmiter et solide apud se ista statuens, ita dixerit.

Vers. 10. « Modo enim hominibus suadeo, an Deo? aut quæro hominibus placere? » Defensurus est ea quorum causa accusatur. Ne igitur ipsi efferantur, veluti præceptori jus dicentes : Ne cogitetis, inquit, quod apud vos defensionem parem, aut vobis quæram persuadere : sed ad Deum omnis oratio mea dirigitur. Unde neque hæc scribo ceu a vobis expetens gloriam, **329** et ut discipulos habeam, sed Deo rationem reddens pro dogmatibus, et non ut hominibus placeam. Vel sic : Quia calumniabantur eum, ceu alia apud alios prædicantem, quique pro hominum conditione sese permutaret, ait, Num hominibus suadere studeo, illisque placere, an Deo? Nam si hominibus placere vellem, facerem omnino quod dicitis.

« Si enim adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem. » Confirmat quod non studeat hominibus placere. Et qua tandem ratione ipsis adularetur, et alia apud alios prædicaret? Si enim, inquit, hoc studium meum fuisset, non defecissem a ritibus Judaicis, et accessissem Christo, nec contemptis amicis atque cognatis, tantaque gloria, persecutiones, pericula et contumeliam elegissem.

Vers. 11. « Notum autem vobis facio, fratres, Evangelium quod prædicatum est a me, quod non est secundum hominem. » Demonstraturus est eis quod vere a lege destiterit; ideoque pristinæ vitæ meminit, et repentinæ mutationis suæ : ostendens quod non adeo repente a Judaismo defecisset, ni diviniorem aliquam certitudinem habuisset. Hinc etiam, inquit, « Evangelium meum non est secundum hominem, » hoc est, non hominem habui præceptorem, sed ipsius Christi fui discipulus.

Vers. 12. « Non enim ego ab homine accepi illud, sed per revelationem Jesu Christi. » Hoc enim objiciebant calumniatores, quod non, ut apostoli reliqui, ipse audivisset Christum, sed ab hominibus accepisset omnia. Ait igitur : Ille ipse revelavit mihi Evangelium, qui Petri sodales instituit.

Vers. 13. « Audivistis enim meam conversationem aliquando in Judaismo, » Unde planum est quod per divinam revelationem acceperim Evangelium? Ex priori, inquit, conversatione mea. Cum

Variæ lectiones.

[49] περὶ ἑαυτοῦ O. [50] εἰ O. [51] μετέστην O. [52] ἔσχον O.

Digitized by Google

enim talis tantusque essem persecutor, quomodo, quæso, tam subito permutatus essem, ni divina aliqua revelatio traxisset me? Quod enim vehemens eram persecutor, inde perspicuum est, quod vel vos Galatæ, qui tanto intervallo a Judæa distatis, audiveritis.

A ἀθρόως μετεβλήθην, εἰ μὴ θεία τις ἀποκάλυψις εἵλκυσέ με; Ὅτι γὰρ σφοδρὸς ἦμην διώκτης, δῆλον ἀπὸ τοῦ καὶ ὑμᾶς ἀκοῦσαι τοὺς Γαλάτας, τοὺς τοσοῦτον διεστηκότας [83] τῆς Ἰουδαίας.

« Quod supra modum persequebar Ecclesiam Dei, ac depopulabar eam. » Animadverte quomodo singula cum exaggeratione ponit. Non enim dixit, Persequebar, sed, Cum omni excessu : nec hoc solum, verum etiam « Depopulabar, » hoc est, Suffodere ac diruere conabar : hoc enim depopulatoris opus est.

« Ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐδίωκον τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπόρθουν αὐτήν. » Ὅρα πῶς ἕκαστον μετὰ ἐπιτάσεως τίθησιν. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐδίωκον, ἀλλὰ, Μεθ' ὑπερβολῆς πάσης. Καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ, « Ἐπόρθουν · » τουτέστι, Κατασκάψαι ἐπεχείρουν, καὶ ἀφανίσαι · τοῦτο γὰρ πορθητοῦ ἔργον [84].

Vers. 14. « Et proficiebam in Judaismo supra multos coætaneos in genere meo, abundantius æmulator exsistens paternarum mearum traditionum. » Præ omnibus, inquit, qui erant illis temporibus, multum fervoris **330** ostendebam, ac in bello adversus Ecclesiam progrediebar : vel, quia Celebris eram, et in pretio apud Judæos. Ne existimes autem quod vanæ gloriæ isthæc res fuerit, vel indignationis, sed zeli. Quod si igitur adversus Ecclesiam pro nulla humana re pugnabam, sed ex zelo Dei, etiamsi per errorem, qua ratione jam nunc quando veritatem agnovi, humanæ gloriæ amore diversa prædicarem, et non quæ veritas postulat, et Christus me docuit?

« Καὶ προέκοπτον ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ὑπὲρ πολλοὺς συνηλικιώτας ἐν τῷ γένει μου, περισσοτέρως ζηλωτὴς ὑπάρχων τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων. » Ὑπὲρ ἅπαντας, φησὶ, τοὺς κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, θερμότητα πολλὴν ἐνδεικνύμην, καὶ προέκοπτον εἰς τὸν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας πόλεμον · ἢ, ὅτι Ἔντιμος ἦμην παρὰ Ἰουδαίοις. Μὴ νομίσῃς δὲ, ὅτι κενοδοξίας ἦν τὸ πρᾶγμα, ἢ θυμοῦ, ἀλλὰ ζήλου. Εἰ τοίνυν τὰ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας οὐ δι' ἀνθρώπινόν τι ἐποίουν, ἀλλὰ κατὰ ζῆλον Θεοῦ, εἰ καὶ πεπλανημένως · πῶς νῦν, ὅτε τὴν ἀλήθειαν ἐπέγνων, δόξης ἔρωτι ἀνθρωπίνης κηρύττοιμι ἂν ἄλλα καὶ ἄλλα, καὶ οὐχ ἃ ἡ ἀλήθεια ἀπαιτεῖ, καὶ ὁ Χριστός με ἐδίδαξεν;

B

Vers. 15. « Quando autem placuit Deo, qui me segregavit ex utero matris meæ. » Si ab utero matris segregatus erat ad Evangelium et electus a Deo, omnino per divinam quampiam providentiam relictus est interea temporis in Judaismo ; nimirum ut tam repentina ejus mutatio multos in fide firmaret et attraheret. Segregavit autem eum Deus, non per sortilegium, sed ex præscientia quod dignus erat.

« Ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς, ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου. » Εἰ ἐκ κοιλίας μητρὸς ἀφώριστο πρὸς τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ ἐξελέγη παρὰ Θεοῦ, πάντως διά τινα οἰκονομίαν τὸν μεταξὺ χρόνον κατελείφθη ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ · ἵνα δηλαδὴ ἡ οὕτως ἀθρόα αὐτοῦ μεταβολὴ πολλοὺς πιστώσηται καὶ ἐπισπάσηται. Ἀφώρισε δὲ αὐτὸν ὁ Θεὸς, οὐ κατὰ ἀποκλήρωσιν, ἀλλὰ κατὰ πρόγνωσιν τοῦ ἄξιον εἶναι.

C

« Et vocavit per gratiam suam. » Deus ob virtutem ejus vocavit eum. « Vas enim electionis, » inquit, « mihi est [m]. » Ipse autem insigni modestia præditus, per gratiam se vocatum esse dicit, non ob dignitatem, sed propter misericordiam.

« Καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ. » Ὁ μὲν Θεὸς διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ ἐκάλεσεν αὐτόν. « Σκεῦος γὰρ ἐκλογῆς μοι, » φησὶν, « ἐστιν. » Αὐτὸς δὲ μετριοφρονῶν, διὰ τῆς χάριτος, φησὶ, κληθῆναι, οὐ κατ' ἀξίαν, ἀλλὰ δι' ἔλεον.

Vers. 16. « Ut revelaret Filium suum in me. » Non dixit, Ut revelaret mihi, sed, In me : indicans quod non verbo tantum didicerit, verum etiam multo spiritu cor repletum fuerit, in interiorem hominem cognitione intincta, et Christo in eo loquente.

« Ἀποκαλύψαι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί. » Οὐκ εἶπεν, Ἀποκαλύψαι ἐμοὶ, ἀλλ' Ἐν ἐμοί · δεικνὺς ὅτι οὐ λόγῳ μόνον ἔμαθεν, ἀλλὰ καὶ πολλοῦ πνεύματος ἐπληρώθη τὴν καρδίαν, εἰς τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον τῆς γνώσεως ἐμβαφείσης, καὶ τοῦ Χριστοῦ ἐν αὐτῷ

D

« Ut evangelizarem ipsum in gentibus. » Revelavit mihi Filium, non ut ipsum videam solum et agnoscam, verum ut aliis etiam depromam. Non enim credere tantummodo, verum et eligi, a Deo fuit. Quomodo igitur dicitis me ab hominibus doctum esse? Non simpliciter autem, Ut evangelizarem ipsum, dixit, sed, « In gentibus. » Quomodo igitur gentibus circumcisionem prædicavero?

λαλοῦντος.

« Ἵνα εὐαγγελίζωμαι αὐτὸν ἐν τοῖς ἔθνεσιν. » Ἀπεκάλυψέ μοι τὸν Υἱὸν, οὐχ ἵνα αὐτὸν ἴδω μόνον, ἀλ' ἵνα καὶ εἰς ἄλλους ἐξενέγκω. Οὐ γὰρ τὸ πιστεῦσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ χειροτονηθῆναι, παρὰ τοῦ Θεοῦ γέγονε. Πῶς οὖν λέγετε ὅτι παρὰ ἀνθρώπων ἐδιδάχθην; Οὐχ ἁπλῶς δὲ, Ἵνα εὐαγγελίζωμαι αὐτὸν, ἀλλ', « Ἐν τοῖς ἔθνεσιν. » Ὥστε, πῶς ἂν τοῖς ἔθνεσι κηρύξαιμι περιτομήν;

« Protinus non contuli cum carne et sanguine. » Hoc est, Non sum collocutus apostolis : hos enim

« Εὐθέως οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι. » Τουτέστιν, Οὐκ εἰς λόγον ἦλθον τοῖς ἀποστόλοις·

[m] Act. IX, 15.

Variæ lectiones.

[83] ἀφεστηκότας m. [84] πορθοῦντος o.

Digitized by Google

τούτους γὰρ σάρκα καὶ αἷμα καλεῖ, ἀπὸ τῆς φύσεως αὐτοὺς ὀνομάζων· ἢ ἁπλῶς περὶ πάντων ἀνθρώπων τοῦτό φησιν, ὅτι Παρ' οὐδενὸς ἀνθρώπου ἐμαθόν τι.

A carnem et sanguinem vocat, a natura eos nominans. Vel simpliciter de omnibus mortalibus hoc dicit, quod A nullo mortalium didici quidquam.

« Οὐδὲ ἀνῆλθον [83] εἰς Ἱεροσόλυμα πρὸς τοὺς πρὸ ἐμοῦ ἀποστόλους. » Πῶς οὖν ταῦτά φησιν ὁ Ἀπόστολος; ἆρα οὕτω τετύφωται, ὡς καὶ αὐτάρκη αὐτὸν ἑαυτῷ νομίζειν, καὶ μὴ δεῖσθαι συμβούλου; καὶ πῶς οὐκ ἤκουσε τοῦ λέγοντος· « Μὴ ἴσθι φρόνιμος παρὰ σεαυτῷ; » καὶ, « Οὐαὶ οἱ συνετοὶ παρ' ἑαυτοῖς; » Μὴ γένοιτο. Ἀλλ' ἐπειδὴ οἱ αὐτὸν διαβάλλοντες ἔλεγον, ὅτι Τοῖς ἀποστόλοις ἔπεσθαι δεῖ, ἀλλ' οὐκ αὐτῷ· καὶ ὅτι Πρὸ αὐτοῦ ἦσαν ἐκεῖνοι ἀπόστολοι· ἠναγκάσθη ταῦτα εἰπεῖν, ἵνα τοὺς πλάνους καταστείλῃ. Καὶ γὰρ ἄλογον ἦν, τὸν παρὰ Θεοῦ μαθόντα, ἀνθρώποις προσανέχειν λοιπόν. Οὐ τοίνυν ἀπονοούμενος ταῦτα λέγει, ἀλλ' ἵνα δείξῃ τοῦ οἰκείου κηρύγματος τὸ ἀξίωμα. Καὶ μὴν ἀπῆλθεν εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀλλ' οὐχ ὥστε αὐτὸν μαθεῖν, ἀλλ' ὥστε ἑτέρους πεῖσαι, ὅτι καὶ τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις ταῦτα δοκεῖ. Ἔπειτα εὐθέως οὐκ ἀνῆλθε, τουτέστιν, ἐν προοιμίοις· μετὰ ταῦτα δὲ ἀνῆλθε, καὶ τότε ὑπὲρ τοῦ ἄλλους πεῖσαι.

Vers. 17. « Nec ascendi Hierosolyma ad eos qui ante me fuerant apostoli. » Quare ista dicit Apostolus? Num adeo intumuerat, ut seipsum sufficere sibi putaret, nec opus habere consultore? Quare non auscultatus est ei qui dixit: « Ne sis prudens apud temetipsum [n]? » et, « Væ illis qui prudentes sunt apud semetipsos [o]? » Haudquaquam. Sed quia calumniatores ejus dicebant, quod Apostolos nos sequi oportet, non ipsum: et quod Apostoli ante ipsum fuerunt, coactus est hæc dicere, ut seductores cohibeat. Absurdum enim **331** erat, ut is qui a B Deo didicisset, hominibus postea adhæreret. Non igitur arrogantia elatus hæc dicit, verum ut ostendat propriæ prædicationis suæ auctoritatem. Atqui profectus est Hierosolyma: non tamen ut ipse disceret, sed ut aliis persuaderet, quod hæc etiam Hierosolymis agentibus placeant. Deinde statim non ascendit, hoc est, in primordiis suis, postea vero ascendit, et tum quoque ut aliis persuaderet.

« Ἀλλ' ἀπῆλθον εἰς Ἀραβίαν, καὶ πάλιν ὑπέστρεψα εἰς Δαμασκόν. » Τοὺς ἀγεωργήτους τόπους περιῄει, καὶ ἀγρίους· εἰ γὰρ ἔμενε μετὰ τῶν ἀποστόλων, ἐνεποδίζετο ἂν τὸ κήρυγμα, καὶ οὐχ οὕτω ταχέως ἂν διεδόθη. Διὰ τοῦτο πρὸς τὰ ἀγριώτατα τῶν ἐθνῶν ἔτρεχεν. Ὅρα δὲ ταπεινοφροσύνην, πῶς τὰς πόλεις καταλέγων, οὐδαμοῦ εἶπεν ὅσους ἐπέστρεψε, καίτοι γε ἐν Δαμασκῷ οὕτω συνέχεε τοὺς Ἰουδαίους, C ὡς καὶ ἐπιβουλευθῆναι παρὰ τοῦ ἐθνάρχου. Οὕτως ἆρα οὐ φιλοτιμίας ἕνεκα [84] λέγει, ἃ δοκεῖ λέγειν μεγάλα περὶ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τοῦ μὴ βλαβῆναι τὸ κήρυγμα, ἀπιστουμένου αὐτοῦ, ὡς εὐτελοῦς, καὶ μαθητῶν μαθητοῦ.

« Ἀλλ' ἀπῆλθον εἰς Ἀραβίαν, et iterum reversus sum Damascum. » Inculta loca circumibat, et agrestia. Si enim cum apostolis permansisset, impedita fuisset ejus prædicatio, nec adeo celeriter distributa. Ideo ad agrestiores gentes currebat. Vide autem ejus humilitatem: quomodo urbes et regiones commemorans, nusquam dixerit quot quantosve ad Christum converterit, quamvis Damasci adeo confundebat Judæos, ut insidiæ ei struerentur a præside. Proinde quæ magna de sese narrare videtur, profecto non ambitionis et laudis gratia dicit, sed, ne lædatur prædicatio, si ipse haud fide dignus ceu vilis ac discipulorum discipulus habeatur.

« Ἔπειτα μετὰ ἔτη τρία ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα, ἱστορῆσαι Πέτρον. » Καὶ τοῦτο ταπεινοφροσύνης, εἴ γε ὁ τοσαῦτα κατορθώσας ἀπῄει πρὸς Πέτρον, οὐκ ὠφελείας ἕνεκα, ἀλλ' ἱστορίας μόνης, τιμῶν ὡς μείζονα αὐτοῦ. Διὸ οὐδὲ εἶπεν, Ἰδεῖν Πέτρον, ἀλλ', « Ἱστορῆσαι· » ὅπερ οἱ τὰς μεγάλας πόλεις καὶ λαμπρὰς καταμανθάνοντες λέγουσιν, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἀπίεμεν πρὸς ἁγίους ἄνδρας· μᾶλλον δὲ ἡμεῖς ὠφελείας ἕνεκεν, ἐκεῖνος δὲ τιμῆς μόνης. D

Vers. 18. « Deinde post annos tres ascendi Hierosolyma, ut viderem Petrum. » Et hoc humilitatis signum, siquidem is, qui tanta transegerat, ad Petrum abiit, non utilitatis gratia, sed solo visendi studio, honorans eum ceu se majorem. Propterea neque dixit, Ἰδεῖν, id est, Ut cernerem Petrum, sed Ἱστορῆσαι, id est, Ut viderem, et cum observatione intuerer: id quod magnas et præclaras urbes addiscentes dicunt, perinde ac nos abimus ad sanctos viros: sed nos potius utilitatis, ille vero solius honoris gratia.

« Καὶ ἐπέμεινα πρὸς αὐτὸν ἡμέρας δεκαπέντε. » Τὸ μὲν ἱστορῆσαι, τιμῆς σημεῖον· τὸ δὲ ἐπιμεῖναι, φιλίας καὶ ἀγάπης σφοδρᾶς. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι Ἐδιδάχθην, ἀλλ', « Ἐπέμεινα πρὸς αὐτὸν, » ἀντὶ τοῦ, μετ' αὐτοῦ.

« Ἕτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου. » Διὰ μὲν τὸν Πέτρον ἀνέβη, οὕτως αὐτὸν ἐτίμα καὶ ἐπόθει· εἶδε [87]

Et mansi apud eum diebus quindecim. » Illud quidem, Ut videret, honoris signum est: permanere autem, amicitiæ charitatisque vehementis est argumentum. Non dixit autem quod illic doctus sit, sed, « Mansi apud eum, » pro, cum ipso.

Vers. 19. « Alium autem apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini. » Propter Petrum quidem ascendit, adeo ipsum honorabat ac

[n] Prov. III, 7. [o] Isa. V, 21.

Variæ lectiones

[83] ἀλλὰ οὐδὲ ἀπῆλθον o. [84] χάριν o. [87] ἦν δὲ καὶ Ἰάκωβος o.

Digitized by Google

desiderabat. Vidit autem et Jacobum. Istius autem cum honore meminit, « Fratrem Domini » appellans, adeo ab omni invidentia alienus erat. Atqui si voluisset significare, potuisset dicere, Cleopæ filium ; neque enim secundum carnem frater erat Domini, sed putabatur. Quomodo autem erat gnatus Cleopæ? Audi : Cleopas et Joseph fratres fuerunt: Cleopa absque liberis mortuo, Joseph excitavit ipsi semen, ac genuit hunc, aliosque fratres ejus, et Mariam, quam Cleopæ filiam, sororem Matris Domini Evangelium dixit : utpote quod Joseph patris potius curam erga Virginem, quam mariti affectum servarit.

332 Vers. 20. « Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo, non mentior. » Tanquam in foro judiciali rationem redditurus erat, ita verbis contendit, quo fide dignus habeatur.

Vers. 21-23. « Deinde veni in partes Syriæ et Ciliciæ. Eram autem ignotus facie Ecclesiis Judææ quæ erant in Christo. Solummodo audiverant quod Qui persequebatur nos aliquando, nunc prædicat fidem quam aliquando depopulabatur. » Ut Petrum solummodo videret, in Judæa demorans, rursus ex ea discedit, propterea quod et gentibus prædicare missus esset, et quod super alienum fundamentum ædificare nollet. Propterea et ignotus, inquit, eram in Judæa Christianis secundum faciem. Quomodo igitur prædicassem ipsis circumcisionem, qui facie eram illis incognitus? Propter hoc enim calumniabantur eum, quod in Judæa circumcisionem prædicasset. Tantum modo enim de me audiverant, quod ad Christum conversus essem, et quod ipsum prædicarem.

Vers. 24. « Et glorificabant Deum in me. » Hoc etiam est modestia. Non enim dixit, Ipsi demirabantur me, mei nomine consternabantur, sed totum gratiæ esse ostendit. « Deum » enim « glorificabant in me, » utpote qui totum perficiebat.

CAPUT II.

Vers. 1, 2. « Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolyma cum Barnaba, simul assumpto Tito. Ascendi autem secundum revelationem. » Prioris quidem ascensionis Petrus erat causa : secundæ vero revelatio. Titum autem et Barnabam adduxit testes suæ prædicationis, quod apostolis placuisset.

« Et contuli cum ipsis Evangelium quod prædico inter gentes. » Hoc est, quod circumcisionis expers est. Cujus autem rei gratia post tot annos cum illis contulit, cum debuisset in principio isthuc agere ac novisse, num recte vel secus curreret? Stolidum enim erat, ut is qui tot annos cucurrisset, atque tanta perfecisset, opus haberet tandem ut disceret, num in vanum cucurrerit. Verum si ascendit ut ipse aliquid disceret de proprio cursu, ratione vacabat revera res isthæc. Quandoquidem vero animadverteret non paucos offendi, tanquam Petro quidem recipiente circumcisionem, ipso vero circumcisionem rejiciente, ac propterea in suspicio-

δὲ καὶ Ἰάκωβον· μετὰ τιμῆς δὲ καὶ τούτου μέμνηται, « Τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου, » εἰπών· οὕτω καὶ βασκανίας ἀπήλλακτο. Καίτοι εἰ ἠβούλετο σημᾶναι, εἶπεν ἄν, Τὸν τοῦ Κλοπᾶ. Οὐδὲ γὰρ κατὰ σάρκα ἀδελφὸς ἦν τοῦ Κυρίου, ἀλλ' ἐνομίζετο. Πῶς δὲ ἦν τοῦ Κλοπᾶ, ἄκουε· Κλοπᾶς καὶ Ἰωσὴφ ἀδελφοί· τοῦ Κλοπᾶ ἄπαιδος τελευτήσαντος, ὁ Ἰωσὴφ ἐξανέστησεν αὐτῷ σπέρμα, καὶ ἔτεκε τοῦτον, καὶ τοὺς ἄλλους αὐτοῦ ἀδελφοὺς, καὶ Μαρίαν ἦν τοῦ Κλοπᾶ οὖσαν, ἀδελφὴν τῆς τοῦ Κυρίου Μητρὸς τὸ Εὐαγγέλιον εἶπεν· ὡς τοῦ Ἰωσὴφ μᾶλλον πατρὸς κηδεμονίαν πρὸς τὴν Παρθένον, ἢ ἀνδρὸς διάθεσιν διασώσαντος.

« Ἃ δὲ γράφω ὑμῖν, ἰδοὺ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ὅτι οὐ ψεύδομαι. » Καθάπερ ἐπὶ δικαστηρίου μέλλων εὐθύνας ὑπέχειν, οὕτως ἐπαγωνίζεται τῷ λόγῳ ὡς ἂν ἀξιόπιστος δοκῇ.

A Vers. 23. « Sed qui ex ancilla, secundum carnem natus est; qui autem ex libera, per promissionem. » Quia cum affirmaret eos filios esse Abrahami, improbabilia dixisse videbatur, siquidem ii qui non secundum carnem ex Abrahamo nati sunt, filii ejus essent: asserit quod et Isaac genuinus Abrahami filius, ne ipse quidem secundum carnem natus sit, (quomodo enim, natura emortua, et matrice effœta et mutilata?) sed Dei verbum et promissio ipsum effinxit. At vero Ismael juxta naturæ ordinem natus erat. Hoc enim est quod ait, « Secundum carnem. » Attamen qui secundum carnem natus est, servus et alienus est ab hæreditate, qui vero non est secundum carnem, dominus et hæres est. Quid igitur obstat quominus et vos, qui non B secundum carnem nati estis ex Abrahamo, filii ejus sitis? Nam et vos per verba quæ in baptismate recitantur, formati estis.

Vers. 24. « Quæ sunt per allegoriam dicta. » Hoc est, hæc quidem historia non hoc solum indicat, verum et alia quædam nuntiat; unde et allegoria vocata est: figura enim fuerunt illa præsentium.

Vers. 25, 26. « Hæc enim duo sunt testamenta, unum quidem a monte Sina, in servitutem generans, quæ est Agar. Agar enim Sina mons est in Arabia; contiguus est autem ei quæ nunc est Hierusalem, servit autem cum filiis suis » — « Hæc: » Quæ hæc? duæ nimirum mulieres referuntur per allegoriam ad Novum et Vetus Testamenta. Quomodo? Agar enim ad Vetus. Etenim lex a Sina monte data est. Sina vero in Arabia quidem est, Agar autem appellatur Arabum lingua. Est autem contiguus Jerosolymis, id est, vicinus est, contingit: vel quia inferiori Jerusalem assimilatur, vel ejus speciem præ se fert, et ad illam transsumitur, tanquam similitudo sit inter utraque. Perinde igitur ut Agar serva erat et in servitutem generabat: hunc ad modum lex ex monte Sina (qui appellatur Agar) ei quæ nunc est Jerusalem assimilato, utpote contiguo illi, adeoque pari, in servitutem generat eos qui sibi appellunt animum. Nam in lege pleraque illiberalia atque servilia erant. Virtus enim ob corruptibilem mercedem statuebatur, nempe ob terrena bona; et vitii fuga per pœnas ac terrores introducebatur.

D Vers. 27. « Illa autem quæ sursum est Jerusalem, **353** libera est, quæ est mater omnium nostrum. » Figura quidem Agar, in istis est. Expende autem et Sarrhæ figuram. Siquidem supernam ista Jerusalem præfigurabat. Nam illa civitas est fidelium, unde et lex nobis lata est: ex cœlo namque Evangelium. Libera autem est a legis observationibus, cunctaque libere ordinat et ingenue. Nihil enim a nobis ob visibilem mercedem geritur: neque corporalia nobis supplicia imminent, verum et promissiones diviniores, et pœnæ ingenuis convenientes, nempe a mystica mensa excludi atque increpari.

Variæ lectiones.

Ἀράβων ο.

Digitized by Google

« Scriptum est enim [y]: Lætare, sterilis, quæ non paris : erumpe et clama quæ non parturis, quia multi filii desertæ, magis quam ejus quæ habet virum. » Figuris haud contentus, Isaiam in testem citat, qui sterilem ac desertam appellat Ecclesiam ex gentibus coagmentatam. Erat enim divinæ cognitionis vacua et absque liberis, quippe quæ neminem prophetarum Dei protulerit, vel doctorem. Habentem autem virum, Judæorum Synagogam, vel quia legem habebat administrantem res ipsius, vel quia Deum ipsum. « Erumpe » igitur, hoc est, Vocem lætitiæ eloquere, quia nunc multiplicati sunt tibi filii, et prophetæ, et doctores, et filii Dei ex te, ac universum terrarum orbem tu genuisti, non unicam gentem, ut Judæorum Synagoga.

A « Γέγραπται γάρ· Εὐφράνθητι, στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα· ῥῆξον καὶ βόησον, ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου, μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. » Οὐκ ἀρκεῖται τοῖς τύποις, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἡσαΐαν παράγει [z] μάρτυρα, στεῖραν μὲν λέγοντα καὶ ἔρημον τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν. Καὶ γὰρ ἔρημος ἦν θείας γνώσεως, καὶ ἄτεκνος, οὐδένα προφήτην Θεοῦ προενεγκαῦσα ἢ διδάσκαλον· ἔχουσαν δὲ ἄνδρα, τὴν Ἰουδαίων Συναγωγὴν, ἢ ὅτι τὸν νόμον εἶχε διοικοῦντα τὰ αὐτῆς, ἢ ὅτι τὸν Θεὸν αὐτόν. « Ῥῆξον » οὖν, ἀντὶ τοῦ [a], Φωνὴν εὐφροσύνης ἐκλάλησον, ὅτι νῦν ἐπληρώθη σοι τὰ τέκνα, καὶ προφῆται, καὶ διδάσκαλοι, καὶ υἱοὶ Θεοῦ ἐκ σου, καὶ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν σὺ ἐγέννησας, οὐχ ἓν ἔθνος, ὡς ἡ Ἰουδαίων Συναγωγή.

B

Vers. 28, 29. « Nos autem, fratres, secundum Isaac, filii sumus promissionis. Sed quemadmodum tunc is quis secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita et nunc. » Ecclesia, inquit, cum sterilis esset instar Sarrhæ, non solum liberorum multitudine aucta est, ut illa, sed etiam eodem modo genuit quo illa. Ut enim illam non natura matrem fecit, sed promissio (ille enim qui dixit, « Secundum illud tempus veniam [z], » idem in uterum ingressus Infantem effinxit), sic et in nobis, ut supra commemoratum est, divina verba quæ in baptismate pronuntiantur, reformationem faciunt. Præterea, ne quis dicat, Qualis est ista libertas, quando Judæi flagellent credentes : qui autem videntur liberi esse, persecutionem patiuntur? respondet, Tum quoque itidem sese res habebat. Etenim Ismael persequebatur Isaac, tamen nihil impediebat quo minus is qui persecutionem pateretur, esset genuinus filius Abrahami, ac dominus persequentis. Ex ista ipsa igitur Judæorum persecutione ostenditur nostra ad Isaacum similitudo, et ad Abraham necessitudo.

« Ἡμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, κατὰ Ἰσαὰκ ἐπαγγελίας τέκνα ἐσμέν. Ἀλλ' ὥσπερ τότε ὁ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς ἐδίωκε τὸν κατὰ πνεῦμα, οὕτω καὶ νῦν. » Ἡ Ἐκκλησία, φησὶ, στεῖρα οὖσα, ὥσπερ ἡ Σάῤῥα, οὐ μόνον πολύπαις ἐγένετο ὡς ἐκείνη, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἐγέννησεν ὡς ἐκείνη. Καθάπερ γὰρ ἐκείνην μητέρα οὐχ ἡ φύσις, ἀλλ' ἡ ἐπαγγελία ἐποίησεν (ὁ γὰρ εἰπὼν, « Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι, » οὗτος εἰς τὴν νηδὺν εἰσελθὼν, τὸ βρέφος διέπλασεν)· οὕτω δὴ καὶ ἐφ' ἡμῖν, ὡς καὶ ἀνωτέρω εἴρηται, ῥήματα θεῖα τὴν ἀνάπλασιν ποιοῦσι, τὰ ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ ἐπιλεγόμενα. Εἶτα, ἵνα μή τις εἴπῃ· Καὶ ποία αὕτη ἐλευθερία, ὅταν οἱ Ἰουδαῖοι μαστίζωσι τοὺς πιστεύοντας· οἱ δὲ δοκοῦντες εἶναι ἐλεύθεροι διώκονται; φησὶν, ὅτι καὶ τότε οὕτω συνέβαινε. Καὶ γὰρ ὁ Ἰσμαὴλ ἐδίωκε τὸν Ἰσαάκ· ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἐκώλυε τὸν διωκόμενον γνήσιον εἶναι τοῦ Ἀβραὰμ υἱὸν, καὶ δεσπότην τοῦ διώκοντος. Καὶ ἐξ αὐτοῦ οὖν τούτου τοῦ διώκεσθαι παρὰ τῶν Ἰουδαίων, δείκνυται ἡ πρὸς τὸν Ἰσαὰκ ὁμοιότης ἡμῶν, καὶ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ οἰκειότης.

C

Vers. 30. « Sed quid dicit Scriptura [a]? Ejice filium ancillæ; non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. » Ne quis dicat, Quid inde? consolatio est fidelibus, qui nunc a Judæis persecutionem **354** sustinent, quod et Isaac tum fuerit persecutioni obnoxius? Audi, inquit, quid dicat Scriptura, atque inde consolationem accipies. Pro temporaria enim afflictione qua persequebatur Isaacum Ismael, penitus ejicitur. Nec satis est ei ad pœnam quod ejicitur, cæterum adimitur etiam ei ne possit esse particeps bonorum filio paratorum : quod certe majus est supplicium, utpote a Dei judicio atque sententia principium ducens, et non a persecutione. Observa autem qui non Abrahami sed ancillæ filium nominavit eum, qui non possit hæreditatem adire, a viliore sexu ipsum appellans. Contemplare igitur quod indicarit legem ipsam si-

« Ἀλλὰ τί λέγει ἡ Γραφή; Ἔκβαλε τὸν υἱὸν τῆς παιδίσκης· οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσῃ [a] ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας. » Ἵνα μή τις εἴπῃ· Τί οὖν; παράκλησίς ἐστι τοῖς νῦν διωκομένοις παρὰ τῶν Ἑβραίων πιστοῖς, τὸ, καὶ τὸν Ἰσαὰκ τότε διώκεσθαι; φησὶν, ὅτι, Ἄκουε τί λέγει ἡ Γραφὴ, καὶ τότε παρακληθήσῃ· ἀντὶ γὰρ τοῦ προσκαίρου διωγμοῦ, οὗ ἐδίωκε τὸν Ἰσαὰκ, τελείως ἐκβάλλεται· καὶ οὐ τὸ ἐκβληθῆναι μόνον ἀρκεῖ αὐτῷ εἰς τιμωρίαν, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ μὴ γενέσθαι κοινωνὸν τῶν ἡτοιμασμένων τῷ παιδί. Ὃ καὶ μείζων κόλασις, ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ γνώμης καὶ κρίσεως τὴν ἀρχὴν λαβοῦσα, καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ. Ὅρα δὲ, πῶς οὐχὶ τοῦ Ἀβραὰμ, ἀλλὰ τῆς παιδίσκης υἱὸν ὠνόμασε, τὸν μὴ ἀξιούμενον κληρονομῆσαι, ἀπὸ τοῦ φαυλοτέρου γένους αὐτὸν καλῶν. Σκόπησον τοίνυν, ὅτι ἔδειξε τὸν νόμον αὐτὸν εἰσηγούμενον τὴν

D

[y] Isa. LIV, 1. [z] Gen. XVIII, 10. [a] Gen. XXI, 10.

Variæ lectiones.

[a] παρέχει o. [a'] ἐπληθύνθη m. [a] τῆς παιδίσκης, καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς, οὐ γὰρ κληρονομήσει m.

Digitized by Google

ἑαυτοῦ κατάλυσιν, εἴ γε πάντα τὰ ῥηθέντα, τύπος A ὄντα τῶν νῦν γινομένων, ἐν τῷ νόμῳ, ἤτοι τῷ τῆς Παλαιᾶς βιβλίῳ ἱστόρηται.

« Ἄρα, ἀδελφοὶ, οὐκ ἐσμὲν τῆς παιδίσκης τέκνα, ἀλλὰ τῆς ἐλευθέρας. » Ταῦτα πάντα κινεῖ, ἵνα δείξῃ, ὅτι τὸ γενόμενον νῦν περὶ ἡμᾶς, πρὸ πολλῶν χρόνων διετυποῦτο. Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον ἐλευθερίας τυχόντας πρὸ τοσούτων ἐτῶν, πάλιν ἑκόντας δούλους γίνεσθαι ;

biipsi dissipationem induxisse : siquidem omnia quæ dicta sunt, cum figura sint eorum quæ nunc facta sunt, in lege et Veteris Testamenti libris perscripta sunt.

Vers. 31. « Itaque, fratres, non sumus ancillæ filii, sed liberæ. » Hæc omnia movet, ut ostendat id quod factum sit nobiscum hodie, ante multa tempora adumbratum præmonstratumque fuisse. Qui igitur non absurdum, eos qui libertatem ante tot annos sint adepti, rursus sponte servos effici ?

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

« Τῇ ἐλευθερίᾳ οὖν, ᾗ ὁ Χριστὸς ἠλευθέρωσε ἡμᾶς, στήκατε [*vulg.* στήκετε]. » Μὴ γὰρ, φησὶν, ἑαυτοὺς ἠλευθερώσατε, ἀλλ' ὁ τὴν τιμὴν δοὺς ὑπὲρ ὑμῶν. Πῶς οὖν ἑαυτοὺς ὑπάγετε τῇ τοῦ νόμου δε- B σποτείᾳ, παρὰ γνώμην τοῦ ὑμᾶς ἐλευθερώσαντος Χριστοῦ ; Εἰπὼν δὲ, « Στήκατε, » ἔδειξε σαλευομένους.

« Καὶ μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε [a]. » Ζυγὸν εἰπὼν, τὸ βαρὺ τῆς ἐν νόμῳ δουλείας δηλοῖ. Τὸ δὲ, « Πάλιν, » ἀναισθησίαν αὐτῶν κατηγορεῖ, εἴ γε πεῖρᾳ μαθόντες τὸ φορτικὸν τῆς δουλείας, πάλιν ἐπ' αὐτὴν αὐτομολοῦσιν.

CAPUT V.

Vers. 1. « In libertate igitur qua Christus nos liberavit, state. » Non enim, inquit, vosmetipsos liberastis, sed ille, qui pretium redemptionis dedit pro vobis. Quomodo igitur vosipsos, legis dominatui subjugatis præter consilium Christi, qui vos liberavit? Cum autem dixit, « State, » monstravit eos esse concussos.

« Et nolite iterum jugo servitutis contineri. » Per jugum, grave onus servitutis quæ in lege erat, significat. Quod vero, « Iterum, » dicit, stupiditatem eorum accusat ; siquidem cum experimento didicerint servitutis onus, rursus ad eam suapte sponte accedunt.

« Ἴδε, ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς οὐδὲν ὑμᾶς ὠφελήσει. » Τὴν τοῦ οἰκείου προσώπου ἀξιοπιστίαν ἀντὶ πάσης ἀποδείξεως τίθησιν. Οὐκ ὠφελεῖ δὲ Χριστὸς τὸν περιτεμνόμενον, διότι ὁ τοιοῦτος τὴν χάριν ἀθετεῖ, καὶ τῷ νόμῳ μὲν, ὡς εὐεργέτῃ, προστρέχει · Χριστῷ δὲ ἀπιστεῖ C πάντως, ὡς μὴ εὐεργετήσαντι αὐτόν · ὁ δὲ ἀπιστῶν, οὐδὲν κερδανεῖ ἀπὸ τοῦ ἀπιστουμένου.

Vers. 2. « Ecce ego Paulus dico vobis, quod si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. » Propriæ personæ auctoritatem omnis demonstra tionis vice ponit. Circumciso autem non prodest Christus, eo quod talis gratiam repellat, ac ad legem, ceu benefactricem accurrat : Christo vero omnino diffidat, quasi nullo eum beneficio affecisset. Qui autem incredulus est, nihil adipiscetur ab eo cui fidem non adhibet.

« Μαρτύρομαι δὲ παντὶ ἀνθρώπῳ περιτεμνομένῳ, ὅτι ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον πληρῶσαι. » Ἵνα μὴ νομίσωσι [b] ταῦτα κατ' ἔχθραν λέγεσθαι, Οὐχ ὑμῖν, φησὶ, λέγω μόνοις, ἀλλὰ καὶ παντὶ περιτεμνομένῳ, ὅτι βάρος μέγα ἐπιτίθετε ἑαυτοῖς · τὰ γὰρ νόμιμα ἀλλήλων ἔχεται · καὶ ὅταν ἀναδέξῃ μικρόν τι τοῦ νόμου καὶ ὑπαγάγῃς σεαυτὸν τῷ ζυγῷ, ὅλην τὴν δεσποτείαν [c] ἐφειλκύσω. Ἡ γὰρ περιτομὴ καὶ θυσίαν ἀπαιτεῖ, καὶ ἡμέραν παρατηρεῖ · ἡ δὲ θυσία τόπον ἀπαιτεῖ καὶ τρόπον, καὶ καθαρισμούς. Ὁ γὰρ ἀκάθαρτος οὐ θύει. Οἱ καθαρμοὶ πάλιν ἑτέρας [d] παρατηρήσεις ἔχουσιν. Ὁρᾷς πῶς ὁ D ἀποστατήσας Χριστοῦ, οὐ μόνον ἐξ ἐκείνου οὐκ ὠφελεῖται, ἀλλὰ καὶ μυρίοις βάρεσιν ἑαυτὸν ὑπέθηκεν ; Εἰ γὰρ κύριος ὁ νόμος, ὅλον πλήρωσον · εἰ δὲ οὐ κύριος, μηδὲ μέρος καταδέξῃ.

Vers. 3. « Testimonium autem dico omni homini qui circumciditur, quod debitor est universæ legis faciendæ. » Ne existiment per inimicitiam aut odium hæc dici, Non vobis solis, inquit, hæc loquor, verumetiam cuivis qui circumciditur, quod onus ingens vobis imponitis. Legalia enim inter sese mutuo sunt connexa. Unde si pusillam quamdam legis **355** partem susceperis, teque ipsum jugo submiseris, totum ejus dominatum super te attraxisti. Circumcisio enim et victimam exigit, et dies observat : victima vero et locum postulat et modum et purgationes : immundus enim victimam non immolat. Purgationes rursus alias habent observationes. Animadvertis quomodo qui defecit a Christo, non solum inde non juvatur, cæterum innumeris se oneribus subjecit? Si enim lex est dominus tuus, totam illam adimple : si autem dominus tuus non est ne partem etiam ejus ullam recipias.

« Κατηργήθητε ἀπὸ Χριστοῦ, οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε · τῆς χάριτος ἐξεπέσετε. » Τουτέστιν, Οὐδεμίαν κοινωνίαν ἔχετε μετὰ τοῦ Χριστοῦ · οἵτινες, ὡς ὑπολαμβάνετε, ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσετε, τῆς ἀληθῶς δικαιούσης. Μέγα

Vers. 4. « Evacuati estis a Christo, qui in lege justificamini : a gratia excidistis. » Hoc est, nullam societatem habetis cum Christo, qui (veluti opinamini) in lege justificamini : a gratia vere justificante excidistis. Magnum igitur naufragium est,

Variæ lectiones.

[a] ὑπέχεσθε o. [b] νομίσῃς o. [c] ὅλως τὸν δεσπότην o. [d] ἄλλας m.

Digitized by Google

quando quæ lex promittit non acceperis, ac ea quæ sunt gratiæ abjeceris.

VERS. 5. « Nos enim Spiritu ex fide spem justitiæ exspectamus. » Nos fideles, inquit, non lege, sed Spiritu sancto speramus justificari. Quomodo? Ex fide. Oportet enim fidem præcedere, deinde Spiritus sancti accessione peccatorum dimissionem accipere ac justificari in baptismate.

VERS. 6. « Nam in Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur. » Antea tamen dixit noxiam rem esse circumcisionem : qui ergo rem indifferentem nunc eamdem efficit? Dicimus igitur, quod circumcisionem intelligit quæ est ante fidem : perinde ac si diceret, quod ii qui in Novo Testamento describuntur, neque si circumcisi fuerint, adjuventur quidquam; neque si præputium retineant, lædantur. Omnia enim a fide pendent, quæ per charitatem operantur; hoc est, quæ debeat sen per efficax et viva commonstrari, per dilectionem erga Christum. Significat autem eos credidisse quidem, sed non esse radicatos in Christi dilectione, et propterea ad legem transfugisse. Vel ad proximi etiam dilectionem eos dirigit. Monstrat autem simul, quod seductores eorum, si charitatem haberent erga eos, non talia ausi fuissent committere. Disce igitur quod fides operatur per charitatem, hoc est, vivere demonstratur : sin charitatis expers sit, inefficax est. Simile est illi, « Fides sine operibus mortua [b]. »

VERS. 7. « Currebatis bene; quis vos impedivit veritati non obedire? » Non interrogantis est hoc, sed deplorantis ac dicentis, Ad consummationem pervenistis : quid contigit? quis tantum potuit, ut impediret vos ne veritati Evangelii morem gereretis, sed abrogatæ umbrosæque legi?

VERS. 8. « Persuasio hæc non est ex eo qui vocat **356** vos. » Hoc est, quod persuasi sitis ut credatis impostoribus, non est ex Christo. Non enim vocavit vos ille ut credatis iis qui consulunt ut ad Judaismum accedatis.

VERS. 9. « Modicum fermentum totam massam corrumpit. » Ne dicant, Quare nos adeo perstrinxisti (unicum enim mandatum violavimus) culpamque nostram exaggeras? respondet, quod istud quantumvis exiguum videatur, lethaliter lædit. Ut enim fermentum, exiguum licet sit, totam massam in se transmutat : ita circumcisio, quamvis unicum sit præceptum, ad perfectum Judaismum vos revocat.

VERS. 10. « Confido de vobis in Domino, quod nihil aliud sapietis. » Confido, inquit, de vobis : novi enim meos discipulos : novi facilem vestram esse emendationem. Confido igitur de vobis, utpote qui corrigi potestis. Confido etiam Domino, qui

A οὖν τὸ ναυάγιον, ὅταν μήτε τὰ τοῦ νόμου προλάβῃς, καὶ τὰ τῆς χάριτος ἀποβάλῃς.

« Ἡμεῖς γὰρ Πνεύματι ἐκ πίστεως ἐλπίδα δικαιοσύνης ἀπεκδεχόμεθα. » Ἡμεῖς, φησὶν, οἱ πιστοὶ, οὐ νόμῳ, ἀλλὰ Πνεύματι ἁγίῳ ἐλπίζομεν δικαιοῦσθαι. Πῶς; Ἐκ πίστεως. Δεῖ γὰρ προηγεῖσθαι τὴν πίστιν, εἶτα τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν λαμβάνειν, καὶ δικαιοῦσθαι ἐν τῷ βαπτίσματι.

« Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη. » Καὶ μὴν ἔλεγεν ὅτι βλαβερὸν ἡ περιτομή· πῶς οὖν ἀδιάφορον [a] νῦν τίθησιν αὐτήν; Φαμὲν οὖν ὅτι περιτομὴν λέγει τὴν πρὸ τῆς πίστεως· ὡσεὶ ἔλεγεν, ὅτι Οἱ ἐν τῇ Νέᾳ Διαθήκῃ ἀπογραφόμενοι, οὔτε B ἐὰν περιτετμημένοι ὦσιν, ὠφελοῦνται, οὔτε ἐὰν ἀκρόβυστοι, βλάπτονται. Ἡ γὰρ πίστις ἐστὶ τὸ πᾶν, ἡ δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη· τουτέστιν, ὀφείλουσα ἀεὶ ἐνεργὴς καὶ ζῶσα δείκνυσθαι διὰ τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης. Αἰνίττεται δὲ αὐτοὺς πιστεύσαντας μὲν, μὴ ῥιζωθέντας δὲ ἐν τῇ πρὸς Χριστὸν ἀγάπῃ, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὸν νόμον αὐτομολήσαντας· ἢ καὶ εἰς τὴν πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπην αὐτοὺς διορθοῦται. Δείκνυσι δὲ ἅμα, ὅτι καὶ οἱ πλανῶντες αὐτοὺς, εἰ ἀγάπην εἶχον πρὸς αὐτοὺς, οὐκ ἂν ἐτόλμησαν ταῦτα ποιεῖν. Μάνθανε οὖν, ὅτι ἡ πίστις ἐνεργεῖται μὲν δι' ἀγάπης, τουτέστι, ζῶσα δείκνυται· μὴ ἔχουσα δὲ τὴν ἀγάπην, ἀνενέργητός ἐστιν. Ὅμοιον τῷ, « Πίστις χωρὶς ἔργων, νεκρά. »

C « Ἐτρέχετε καλῶς· τίς ὑμᾶς ἐνέκοψε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; » Οὐκ ἐρωτῶντός ἐστι τοῦτο, ἀλλ' ὀλοφυρομένου καὶ λέγοντος· Εἰς τελειότητα ἐφθάσατε· τί γέγονε; τίς τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὥστε ἐμποδίσαι ὑμᾶς τῇ ἀληθείᾳ τοῦ Εὐαγγελίου μὴ πείθεσθαι, ἀλλὰ τῷ καταργηθέντι καὶ σκιώδει νόμῳ;

« Ἡ πεισμονὴ οὐκ ἐκ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς. » Τουτέστι, τὸ πείθεσθαι τοῖς ἀπατῶσιν, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Χριστοῦ· οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ὑμᾶς ἐκεῖνος, ἵνα πείθησθε τοῖς συμβουλεύουσιν Ἰουδαΐζειν.

« Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ » Ἵνα μὴ εἴπωσι· Τί τοσοῦτον ἡμῶν καθήψω (μίαν γὰρ ἐντολὴν τοῦ νόμου παρέβημεν [9]), καὶ ἐπαίρεις τὸ ἔγκλημα; D φησὶν, ὅτι τὸ δοκοῦν μικρὸν τοῦτο, εἰς τὰ καίρια βλάπτει. Ὥσπερ γὰρ ἡ ζύμη πρὸς ἑαυτὴν ζυμοῖ καὶ μεταποιεῖ τὸ ὅλον φύραμα, καίτοι μικρὰ οὖσα· οὕτω καὶ ἡ περιτομὴ, μία οὖσα ἐντολὴ, εἰς τέλειον Ἰουδαϊσμὸν ὑμᾶς μεταχαλεῖ [10].

« Ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ, ὅτι οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε. » Θαῤῥῶ, φησὶν, εἰς ὑμᾶς· οἶδα γὰρ τοὺς ἐμοὺς μαθητάς· οἶδα ὑμῶν τὸ εὐδιόρθωτον. Θαῤῥῶ οὖν εἰς ὑμᾶς, ὡς δυναμένους διορθώσασθαι· Θαῤῥῶ δὲ καὶ τῷ Κυρίῳ, ὃς οὐ θέλει οὐδὲ

[b] Jac. II, 17.

Variæ lectiones.

[a] ἀδιαφόρως o. [9] ὑπέβημεν o. [10] μεταβαλεῖ o.

Digitized by Google

τὸν τυχόντα ἀπολέσθαι [11]. Προτρέπει τοίνυν αὐτοὺς καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενεγκεῖν, καὶ ἐπὶ τῷ Κυρίῳ ἐλπίζειν. Οὐ γὰρ ἄλλως ἔνεστι τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ τυχεῖν, ἂν μὴ καὶ τὴν παρ' ἑαυτῶν σπουδὴν, φησὶν, εἰσφέρητε.

A non vult ne minimum seu qualemcunque quidem perire. Adhortatur itaque eos, ut et sua afferant, et in Dominum spem suam collocent. Non enim aliter licet beneficia Dei consequi, quam si et vestrum etiam conatum conferatis.

« Ὁ δὲ ταράσσων ὑμᾶς, βαστάσει τὸ κρῖμα, ὅστις ἂν ᾖ. » Ὑμεῖς μὲν, φησὶν, διορθωθήσεσθε· πλὴν οὐ διὰ τοῦτο οἱ ἀπατήσαντες ὑμᾶς ἐλευθερωθήσονται τῆς κολάσεως, ἀλλὰ δώσουσι δίκην, κἂν μεγάλοι τινὲς ὦσι καὶ ἀξιόπιστοι. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, « Ὅστις ἂν ᾖ. » Τοῦτο δὲ λέγει, ἵνα μὴ καὶ ἕτεροι πάλιν ἐπιθῶνται.

« Qui autem conturbat vos, portabit judicium, quisquis fuerit. » Vos quidem, inquit, ad rectiorem statum transferemini : sed tamen qui imposuerunt vobis, non propterea liberabuntur a pœna, sed pœnas luent, etiamsi magni videantur, et fide digni. Hoc enim est istud, « Quisquis fuerit. » Hoc autem dicit, ne alii quoque ipsos adoriantur.

Ἐγὼ δὲ, ἀδελφοὶ, εἰ περιτομὴν ἔτι κηρύσσω, τί ἔτι διώκομαι; » Ἐπειδὴ διαβάλλοντες αὐτὸν ἔλεγον, ὅτι ὑποκριτής ἐστιν, ἀλλοχοῦ μὲν περιτομὴν κηρύσσων, ἀλλαχοῦ δὲ οὔ· φησὶν, ὅτι Ὑμεῖς μάρτυρες, ὅτι διώκομαι παρὰ τῶν Ἰουδαίων. Εἰ οὖν περιτομὴν κηρύσσω, ὑπὲρ τίνος ἄλλου διώκομαι; πρόδηλον γὰρ ὅτι διὰ τὸ καταλύειν τὰ πάτρια αὐτῶν, διώκουσί με. Εἰ δὲ περιτομὴν κηρύσσω, συνίστῶ ταῦτα· πῶς οὖν με διώκουσι; Τί οὖν, φασίν; οὐ περιέτεμε Τιμόθεον; Ναί· ἀλλὰ κατ' οἰκονομίαν. Ἄλλο δὲ τὸ περιτεμεῖν, καὶ ἄλλο τὸ κηρύσσειν περιτομήν. Οὐ γὰρ εἶπεν, Εἰ περιτομὴν εἰργασάμην, ἀλλ', « Εἰ κηρύσσω. » Ὁ γὰρ κηρύσσων, δογματίζει δεῖν ἀεὶ τοῦτο γίνεσθαι, ὡς ἁπλῶς καλόν· ὁ δὲ κατ' οἰκονομίαν ποιήσας τι, οὐχ ὡς ἁπλῶς καλὸν τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ' ὡς πρὸς καιρὸν χρειῶδες.

B Vers. 11. « Ego autem, fratres, si circumcisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior? » Quia calumniatores ejus dicebant, Hypocrita est, quippe quia alias circumcisionem prædicat, alias non item : Vos, inquit, mihi testes estis, quod persecutionem patior a Judæis. Si igitur circumcisionem prædico, pro quanam alia re persecutionem sustineo? planum enim est quod quia patrios eorum ritus tollam, persequuntur me. Sin circumcisionem prædico, ritus illos confirmo : quare igitur persequuntur me? Quid inde, inquiunt? nonne circumcidit Timotheum? Næ, verum per quamdam dispensationem. Aliud autem est circumcidere, aliud circumcisionem prædicare. Non enim dixit, Si circumcidi, sed, « Si circumcisionem prædico. » Qui enim prædicat, docet id semper debere fieri, ceu rem simpliciter bonam : qui vero per dispensationem quiddam facit, non veluti simpliciter bonum hoc facit, verum tanquam ad tempus utile.

« Ἄρα κατήργηται τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ. » Εἰ περιτομὴν, φησὶ, κηρύττω, πέπαυται τὸ σκάνδαλον ὃ σκανδαλίζονται ἐπὶ τῷ σταυρῷ οἱ Ἰουδαῖοι. Δι' οὐδὲν γὰρ ἕτερον σκανδαλίζονται ἐπὶ τῷ τοῦ σταυροῦ κηρύγματι, καὶ οὐ παραδέχονται τοῦτο, εἰ μὴ διὰ τὸ καταλύεσθαι τὴν περιτομὴν καὶ τὸν νόμον ὑπὸ τούτου. Ὥστε περιτομῆς κηρυττομένης ὑπ' ἐμοῦ, ἡ μάχη τῶν Ἰουδαίων, ἡ πρὸς τὸν σταυρὸν, καὶ τὸ σκάνδαλον ὃ σκανδαλίζονται ἐπ' αὐτῷ, κατήργηται καὶ πέπαυται.

C « Ergo evacuatum est scandalum crucis. » Si circumcisionem, inquit, prædicem, desiit scandalum quo Judæi ob crucem scandalizabantur. Ob nihil enim aliud offenduntur Judæi in crucis prædicatione, **357** neque eam recipiunt, nisi quod dissolvat circumcisionem et legem. Proinde si a me circumcisio prædicatur, pugna Judæorum adversus crucem, et scandalum quo scandalizantur propter ipsam, abolitum est ac cessavit.

« Ὄφελον καὶ ἀποκόψονται οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς. » Τοὺς μὲν ἀπατηθέντας, ἀνοήτους ἐκάλεσεν ἐν ἀρχῇ, οὐδὲν ἄλλ' ἢ ὡς παισὶν ἐπιπλήξας· τοῖς δὲ ἀπατήσασιν, ὡς ἀνίατα νοσοῦσιν, ἐπαρᾶται, καὶ λέγει· Εἴθε μὴ μόνον περιετέμνοντο, ἀλλὰ καὶ τελείως ἀπέκοπτον τὰ ἑαυτῶν μόρια! Ὅρα δὲ καὶ πῶς, « Ἀναστατοῦντες, » εἶπεν, ὅπερ ἐπὶ τῶν αἰχμαλωτιζόντων [12] λέγομεν. Καὶ γὰρ καὶ οὗτοι τὴν ἐλευθερίαν αὐτῶν ἁφῃροῦντο, καὶ τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐπανιστῶντες [13], ὡς μετανάστας πρὸς τὸν νόμον καὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν μικρολογίαν μεθίστων. Σημείωσαι δὲ κατὰ τῶν ἀποκοπτόντων ἑαυτοὺς, ὅτι τὴν τοῦ Ἀποστόλου κατάραν ἐφ' ἑαυτοὺς ἐπισπῶνται.

D Vers. 12. « Utinam abscindantur qui vos conturbant. » Eos qui decepti fuerant, stultos in principio vocavit, nihil aliud agens, quam quod veluti pueros increpareret. Impostores autem ipsos, tanquam incurabili morbo laborent, exsecratur, ac dicit : Utinam non solum circumciderentur, sed et funditus resecarent sua membra. Contemplare autem, quomodo dixerit, Ἀναστατοῦντες, quod de captivos ducentibus dicimus. Nam et isti libertatem eorum auferebant, et a supernis Hierosolymis eos transferentes, ceu exsules et profugos, ad legem Judaicamque vilitatem transferebant. Observa autem contra abscindentes seipsos, quod Apostoli exsecrationem ad sese attrahant.

« Ὑμεῖς γὰρ ἐν ἐλευθερίᾳ ἐκλήθητε, ἀδελφοὶ, μόνον μὴ τὴν ἐλευθερίαν εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκί. » Οὐχ

Vers. 13. « Vos enim in libertate vocati estis, fratres, tantum ne libertatem in occasionem carni. »

Variæ lectiones.

[11] ἀποβαλέσθαι o. [12] αἰχμαλώτων o. [13] *Isc.* μετανιστωντες o.

Digitized by Google

Non, inquit, ut serviamus legi, vocati sumus a Christo, cæterum ut liberi simus a jugo legalis servitutis. Deinde ne suspicetur quispiam, quod quoniam liberi sumus, liceat nobis in posterum agere quæ voluerimus, corrigit hoc, inquiens : Ne habeamus « Libertatem in occasionem carni, » hoc est, carnalibus cupiditatibus. Non enim propterea soluti sumus a jugo legis, ut præcipitemur, verum ut sine jugo apposite incedamus, velut jam probe instituti. Non enim ut transgrediamur legem, propterea liberi sumus, verum ut superemus etiam legem.

A ἵνα, φησὶ, δουλεύωμεν τῷ νόμῳ, ἐκλήθημεν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ· ἀλλ' ἵνα ἐλευθεριάσωμεν ἀπὸ τοῦ ζυγοῦ τῆς νομικῆς δουλείας. Εἶτα, ἵνα μὴ ὑποπτεύσῃ τις, ὅτι ἐπειδὴ ἐλευθεριάζομεν, ἔξεστιν ἡμῖν λοιπὸν πράττειν ἃ βουλόμεθα, διορθοῦται τοῦτο, καί φησιν, ὅτι « Μὴ τὴν ἐλευθερίαν » ἔχωμεν « εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκὶ, » τουτέστι, ταῖς σαρκικαῖς ἐπιθυμίαις. Οὐ γὰρ ἐπὶ τούτῳ ἐλύθημεν τοῦ ζυγοῦ τοῦ νόμου, ἵνα κατακρημνισθῶμεν, ἀλλ' ἵνα καὶ χωρὶς ζυγοῦ βαίνωμεν εὔρυθμα, ὡς ἤδη καλῶς παιδευθέντες. Οὐ γὰρ ἵνα παραβαίνωμεν τὰ τοῦ νόμου, διὰ τοῦτο ἐλευθεριάζομεν, ἀλλ' ἵνα ὑπερβαίνωμεν καὶ τὸν νόμον.

« Sed per charitatem servite vobis invicem. » Sublato legis jugo, aliud, charitatis nimirum, jugum imponit, quod et levius et fortius est illo. Indicat autem latenter, quod dominatus cupiditate accensi, ad eos impudenter irruperint deceptores. Hæc enim est hæreseum mater. Quoniam igitur ambitio vos discidit, « Per charitatem alter alteri servite, » intensam et vehementem charitatem significans per hoc verbum, « Servite. » Ad moralem autem sermonem conversus, indicat modum et rationem qua istud effici queat, ut non carnalibus cupiditatibus inserviant.

B « Ἀλλὰ διὰ τῆς ἀγάπης δουλεύετε ἀλλήλοις. » Ἐπειδὴ ἀνεῖλε τὸν ζυγὸν τοῦ νόμου, ἕτερον ἐπιτίθησι ζυγὸν, τὸν τῆς ἀγάπης, ἐλαφρότερόν τε καὶ ἰσχυρότερον ἐκείνου. Αἰνίττεται δὲ ὅτι ἀπὸ φιλαρχίας ἐπεισεκώμασαν αὐτοῖς οἱ πλάνοι· αὕτη γὰρ τῶν αἱρέσεων μήτηρ. Ἐπεὶ οὖν φιλαρχία ὑμᾶς ἔσχισε, « διὰ τῆς ἀγάπης δουλεύετε ἀλλήλοις· » τὴν ἐπιτεταμένην δηλώσας ἀγάπην διὰ τοῦτο, « Δουλεύετε. » Εἰς τὸν ἠθικὸν δὲ λοιπὸν λόγον τραπείς, δείκνυσι τρόπον δι' οὗ ἂν κατορθωθείη τὸ μὴ ταῖς σαρκικαῖς ἐπιθυμίαις δουλεύειν.

Vers. 14. « Omnis enim lex in uno sermone completur, nempe, Diliges proximum tuum sicut teipsum [a]. » Si omnino, inquit, implere vultis legem non per circumcisionem, sed per dilectionem adimplete : nam hæc legis est impletio. Animadverte autem quomodo ad moralem sermonem egressus non obliviscitur dogmatici, **358** adeo vehementer dolebat quod seducti essent.

« Ὁ γὰρ πᾶς νόμος ἐνὶ λόγῳ πληροῦται, ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν. » Εἰ ὅλως, φησὶ, πληροῦν θέλετε τὸν νόμον, μὴ ἐν τῷ περιτέμνεσθαι, ἀλλ' ἐν τῇ ἀγάπῃ πληροῦτε· αὕτη γὰρ τοῦ νόμου πλήρωμα. Ὅρα δὲ, πῶς καὶ εἰς τὸν ἠθικὸν C λόγον διεξελθὼν [14], οὐκ ἐπιλανθάνεται τοῦ δογματικοῦ, οὕτω σφόδρα ὠδυνᾶτο ἐφ' ᾧ ἐπλανήθησαν.

Vers. 15. « Quod si invicem mordetis et devoratis, videte ne vicissim alius ab alio consumamini. » Quod novit revera contigisse, ambigue ponit, atque itidem id quod sequitur, « Ne alter ab altero consumamini. » Metuentis enim hoc est, et stabilientis, non condemnantis. Non tantum autem dixit, « Mordetis » (quod est ex indignatione), sed, « Devoratis » etiam, quod est extremæ ferocitatis. Hæc autem et de corruptis dogmatibus dicit : intelligitur etiam de mutuis insidiis, rapinis et circumventionibus. Quia vero vim facientes ac dolum meditantes, videntur allios consumere : Videte, inquit, ne in vos res ista convertatur.

« Εἰ δὲ ἀλλήλους δάκνετε καὶ κατεσθίετε, βλέπετε μὴ ὑπ' ἀλλήλων ἀναλωθῆτε. » Ὅπερ οἶδε γινόμενον ἀληθῶς, ὡς ἀμφιβάλλων τίθησι, καὶ τὸ ἑξῆς δὲ ὁμοίως, « Μὴ ὑπ' ἀλλήλων ἀναλωθῆτε· » φοβοῦντος γάρ ἐστι τοῦτο καὶ ἀσφαλιζομένου, οὐ καταδικάζοντος. Οὐκ εἶπε δὲ, « Δάκνετε, » μόνον (ὅπερ ἐστὶ θυμοῦ), ἀλλὰ καὶ, « Κατεσθίετε, » ὃ θηριωδίας ἐσχάτης. Ταῦτα δὲ λέγει μὲν καὶ περὶ τῶν διεφθαρμένων δογμάτων· νοεῖται δὲ καὶ περὶ τῶν εἰς ἀλλήλους ἐπιβουλῶν, καὶ ἁρπαγῶν, καὶ πλεονεξιῶν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ οἱ ἀδικοῦντες καὶ ἐπιβουλεύοντες δοκοῦσιν ἄλλους ἀναλίσκειν, φησί· Σκοπεῖτε, μὴ εἰς ὑμᾶς τὸ πρᾶγμα D περιτραπῇ.

Vers. 16. « Dico autem, Spiritu obambulate, et desideria carnis non perficietis. » Quia mordere ac devorare ad absumptionem vergere dixerat, remedium jam nunc hujus affert, quod et charitatem conservat, et ab ipsa conservatur, scilicet, ut spirituales sint. Si enim spirituales sumus, diligimus ferventius : et si diligimus, spirituales efficimur, ac deinceps carnalem concupiscentiam haud perficimus.

« Λέγω δὲ, Πνεύματι περιπατεῖτε, καὶ ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε. Ἐπειδὴ εἶπεν ὅτι τὸ δάκνειν καὶ κατεσθίειν, ἀναλωτικόν ἐστι, λέγει καὶ τὸ φάρμακον τούτου, ὃ καὶ τὴν ἀγάπην συντηρεῖ, καὶ συντηρεῖται ὑπ' αὐτῆς, λέγω δὴ, τὸ πνευματικοὺς εἶναι. Ἐὰν γὰρ ὦμεν πνευματικοὶ, ἀγαπῶμεν μᾶλλον· καὶ ἐὰν ἀγαπῶμεν, πνευματικοὶ γινόμεθα, καὶ λοιπὸν σαρκικὴν ἐπιθυμίαν οὐ τελοῦμεν.

Vers. 17. « Caro enim concupiscit adversus spiritum, spiritus vero adversus carnem. Hæc

« Ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός. Ταῦτα δὲ ἀντίκεινται

[a] Matth. v, 43.

Variæ lectiones.

[14] ἐξελθὼν o.

Digitized by Google

ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ἃ ἂν θέλητε, ταῦτα ποιῆτε. » Ἐν- A autem sibi invicem adversantur, ut non quæcunque
ταῦθα ἐπιτιθέμενοι Μανιχαῖοι, καὶ οἱ τοιοῦτοι πάν- vultis, illa faciatis. » Hic insurgentes Manichæi et
τες αἱρετικοὶ, λέγουσιν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος ἐκ δύο οὐ- hujusmodi omnes hæretici, hominem ex duabus
σιῶν ἐναντίων σύγκειται, καὶ μαρτυρεῖ ὁ Ἀπόστολος contrariis essentiis compositum esse dicunt, atque
δι' ὧν λέγει νῦν. Οὐκ ἔστι δέ· οὐ γὰρ περὶ τῆς οὐ- Apostolum istud testari per ea quæ nunc dicit. At
σίας διαλέγεται, ἀλλὰ σάρκα λέγει τὸν γεώδη λο- non ita est : non enim de essentia disputat, sed
γισμὸν, καὶ ῥᾴθυμον, καὶ ἠμελημένον, οὐ τὸ σῶμα· carnem dicit terrestrem cogitationem, eamque so-
καὶ πνεῦμα, τὸν πνευματικὸν λογισμὸν, οὐ τὴν ψυ- cordem et negligentem, non corpus : et spiritum
χήν. Ὁ οὖν γεώδης, φησὶ, λογισμὸς ἀντίκειται τῷ spiritualem cogitationem, non animam. Terrestris
πνευματικῷ· καὶ ὁ πνευματικὸς λογισμὸς, τῷ γεώδει. igitur, inquit, cogitatio opponitur spirituali, et spi-
Λογισμῶν οὖν πονηρῶν καὶ ἀγαθῶν μάχην εἰσάγει, ritualis cogitatio terrestri. Cogitationum itaque bona-
ἀλλ' οὐ σώματος καὶ ψυχῆς. Τὸ γὰρ θέλειν, καὶ μὴ rum et malarum pugnam inducit, non corporis et
θέλειν, τῆς ψυχῆς ἐστι τῆς λογιζομένης. Ἐπάγει animæ. Velle enim et non velle, est animæ ratiocinan-
γάρ· « Ἵνα μὴ ἃ ἂν θέλητε, ταῦτα ποιῆτε· » ἐπεὶ τό tis ; infert enim, « Ut non quæcunque velitis, ea fa-
γε σῶμα συνεργόν ἐστι τῆς ψυχῆς, οὐκ ἐναντίον· καὶ ciatis : » quandoquidem corpus animam adjuvat, non
B ἡ ψυχὴ ἀντέχεται τοῦ σώματος, καὶ πάντα πάσχει adversatur ei ; animaque corpori adhæret, omnia-
ὥστε αὐτὸ μὴ καταλιπεῖν, καὶ ἀπορῥηγνυμένη αὐ- que agit ne ipsum derelinquat, et cum ab eo abrum-
τοῦ ἀλγεῖ. Πῶς οὖν ἐναντία τὰ τοσαύτην σχέσιν πρὸς pitur, dolet. Quomodo igitur contraria sunt, quæ
ἄλληλα ἔχοντα ;

« Εἰ δὲ πνεύματι ἄγεσθε, οὐκ ἐστὲ ὑπὸ νόμον. » Vers. 18. « Quod si spiritu ducimini, non estis
Ὁ πνεῦμα ἔχων, σβέννυσι τὰς πονηρὰς ἐπιθυμίας. sub lege. » Qui spiritum habet, exstinguit pravas
Ὁ δὲ τούτων ἀπαλλαγεὶς, οὐ δεῖται τῆς συμβουλῆς cupiditates ; qui vero ab his liberatus est, non eget
τοῦ νόμου, οὔτε ὑπ' αὐτόν ἐστιν. Ὁ γὰρ μηδὲ θυ- consilio legis, neque ei subjectus est. Qui enim non
μούμενος, πῶς δεῖται τοῦ παραγγέλλοντος μὴ φο- irascitur, quomodo opus habet præcipiente ei, Ne
νεύειν ; Καὶ ὁ μηδὲ ἐπιθυμῶν, πῶς δεῖται τοῦ occidas? Et qui non concupiscit, qui opus habet con-
συμβουλεύοντος μὴ πορνεύειν ; Ὅπερ καὶ ἀλλαχοῦ sulente, Ne forniceris ? Quod et alio in loco dixit :
εἶπε· « Δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται. » Δοκεῖ δὲ καὶ **359** « Justo non est lex posita [d]. » Videtur autem
ἐγκώμιον τοῦ νόμου λέγειν, εἴ γε ἐν τάξει τοῦ πνεύ- et encomium legis canere ; siquidem spiritus loco
ματος ἦν, κατὰ δύναμιν [15] τὴν αὐτοῦ παιδαγωγῶν, erat, pro viribus suis pædagogi more instituens, ad
ὅτε καιρὸν εἶχε. Πῶς οὖν αὖθις ὑπὸ παιδαγωγοῦ C definitum usque tempus. Quomodo igitur rursus sub-
γίνεσθε, τὸ Πνεῦμα ἀφέντες τὸ τελείους ὑμᾶς ποιοῦν ; dimini pædagogo, relicto Spiritu vos perfectos
Ὥσπερ ἂν εἴ τις φιλόσοφος ὢν, δεῖται παιδαγωγοῦ. faciente? Quod perinde est ac si quis philosophus
cum sit, opus habeat pædagogo.

« Φανερὰ δέ ἐστι τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς, ἅτινά ἐστι Vers. 19. « Manifesta sunt autem opera carnis,
πορνεία καὶ μοιχεία. » Τῆς διεφθαρμένης, φησὶ, quæ sunt fornicatio, adulterium. » Corruptæ, inquit,
προαιρέσεως καὶ σαρκικῆς τὰ ἔργα ταῦτά εἰσιν, ἀφ' et carnalis voluntatis opera sunt hæc, inter quæ
ὧν [16] καὶ ἐπιγινώσκεται πορνεία καὶ μοιχεία. Δῆλον agnoscitur etiam fornicatio et adulterium. Planum
δὲ, πῶς διαφέρει πορνεία μοιχείας. est autem quonam modo fornicatio ab adulterio
discrepet.

« Ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια. » Τρόπους αἰσχροὺς [μίξεις] « Immunditia, lascivia. » Turpes mores hic notat,
ἐνταῦθα αἰνίττεται, οὓς οὐδὲ ἠνέσχετο ὀνομάσαι. quos ne sustinuit quidem nominare.

« Εἰδωλολατρεία, φαρμακεῖαι, ἔχθραι, ἔρεις, ζῆλοι, Vers. 20, 21. « Idolorum servitus, veneficia, ini-
θυμοὶ, ἐρίθειαι, διχοστασίαι, αἱρέσεις, φθόνοι, micitiæ, lis, æmulatio, iræ, contentiones, dissensio-
φόνοι, μέθαι, κῶμοι, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις· ἃ προ- D nes, hæreses, invidiæ, homicidia, ebrietas, comes-
λέγω ὑμῖν, καθὼς καὶ προεῖπον, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα sationes, horumque similia quæ prædico vobis,
πράσσοντες, βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. » sicut prædixi, quod qui talia agunt, regnum Dei non
Εἰπάτωσαν ἡμῖν οἱ τὴν σάρκα διαβάλλοντες. Ἔστω consequentur. » Dicant nobis qui carnem criminan-
ἡ ἀσέλγεια καὶ ἡ πορνεία, τοῦ σώματος ἁμαρτήματα· tur. Esto quod fornicatio et lascivia corporis sint
αἱ ἔχθραι, καὶ αἱ αἱρέσεις, καὶ τὰ τοιαῦτα, πῶς peccata ; inimicitiæ autem et hæreses et hujusmodi,
ἂν εἶεν σαρκός ; Ὥστε πρόδηλον, ὅτι πάντα τῆς δι- qui poterunt esse carnis? Est igitur perspicuum
εφθαρμένης ἐστὶ προαιρέσεως. Εἰ δὲ σαρκὸς ἦσαν, quod omnia hæc sint corruptæ voluntatis. Si autem
φυσικῶς ἡμῖν προσόντα, πῶς ἂν βασιλείας Θεοῦ ἡμᾶς carnis essent, naturaliter nobis adnata, quomodo
ἐξέβαλλον [17] ; Οὐ γὰρ φύσεως, ἀλλὰ προαιρέσεως, καὶ nos e regno Dei ejicerent? Non enim naturæ, sed
αἱ κολάσεις καὶ οἱ στέφανοι. Καὶ ἄλλως δὲ, εἰ φύσεως voluntatis sunt tum pœnæ, tum coronæ. Præterea,

[d] I Tim. I, 9.

Variæ lectiones.

[15] κατὰ δύναμιν τὴν αὐτοῦ παιδαγωγὸν, ὅτε καιρὸν εἶχε m. [16] ἐφ' ᾧ o. [17] ἐξήγαγον o.

Digitized by Google

si naturæ fuissent passiones, non dixisset, « Qui agunt, » sed, Qui patiuntur : agere enim deliberationem et voluntatem indicat. Inimicitias porro intellige injustas. Sunt enim et justæ inimicitiæ, nempe, quæ fidei nomine exercentur, ergaque omnes a recto tramite deviantes. Æmulationes autem dicit zelotypias. Est enim et bonus zelus, ut si quis bene agentem imitetur. Pulchre autem post dissensiones et contentiones, hæreses posuit : omnis enim hæresis ex contentione, contentioso nimirum propriam voluntatem statuere nitente, ac propterea hæresin constituente. Cædes deinde ex invidia, et ex comessatione temulentia. Κῶμοι enim sunt temulentorum ebriorumve contumeliosæ cantilenæ. Hinc priori loco posuit generantia ; posteriore vero, quæ ab iis nascuntur.

A ἦσαν τὰ πάθη, οὐκ ἂν εἶπε, « Πράσσοντες, » ἀλλά, Πάσχοντες· τὸ γὰρ πράσσειν προαίρεσιν ἐμφαίνει. Ἔχθρας δὲ νόει τὰς ἀδίκους· Εἰσὶ γὰρ καὶ δίκαιαι ἔχθραι, αἵ γε διὰ τὴν πίστιν γινόμεναι, καὶ αἱ πρὸς πάντας τοὺς τοῦ εὐθέος ἐκνεύοντας. Ζήλους δὲ λέγει τὰς ζηλοτυπίας· ἔστι γὰρ καὶ ζῆλος ἀγαθὸς, ὅταν τις τὸν τὸ καλὸν πράσσοντα μιμεῖται. Καλῶς δὲ, μετὰ τὰς διχοστασίας καὶ τὰς ἐριθείας, τὰς αἱρέσεις τέθεικε· πᾶσα γὰρ αἵρεσις ἀπὸ φιλονεικείας, τὸ οἰκεῖον θέλημα ἱστᾶν θέλοντος τοῦ φιλονείκου, καὶ διὰ τοῦτο αἵρεσιν συνιστῶντος. Καὶ ὁ φόνος δὲ ἀπὸ τοῦ φθόνου, καὶ οἱ κῶμοι [18] ἀπὸ μέθης. Κῶμοι γὰρ τὰ τῶν μεθυόντων μεθ' ὕβρεων ᾄσματα· διὸ προτέθεικα τὰ γεννῶντα, εἶτα τὰ ἐξ αὐτῶν γεννώμενα.

B

Vers. 22. « Fructus autem Spiritus est charitas, gaudium, pax. » Prava opera nobis solis fiunt : atque hinc opera carnis dixit, quippe quæ simul laborem ac difficultatem habeant. Bona vero, non nostra tantum cura indigent, verumetiam superna cooperatione ; eapropter Spiritus fructum ea dixit : ta quam a nobis detur semen, sive propositum : quod autem fructum ferat, isthuc in Deo situm esse. Porro, radicem omnium bonorum **360** primo charitatem ponit, deinde gaudium. Qui enim diligit, semper gaudet, etiam quando affligitur : eum enim a quo sibi injuria infertur, ceu benefactorem intuetur. Lætatur autem in Deo, cujus causa nihil non agit et patitur, ac propterea bona conscientia exhilaratur. Ex charitate autem et lætitia cum in animo suo pacem habet, cogitationibus nimirum non perturbatus, tum erga omnes externos. Nam etiamsi odisse quosdam videtur, non eos tamen odit, sed vitia eorum, ipsos ceu fratres charitate complectens, et ad eorum utilitatem odium hoc ostendens, ut ad meliorem vitam redeant.

« Longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. » Longanimitas a mansuetudine in hoc differre videtur in Scriptura, quod longanimis multum diuque cogitet, nec celeriter, sed cum cunctatione convenientem peccanti pœnam imponat; mansuetus autem omnino noxam et supplicium remittat : perinde ac Moses qui Mariæ et Aaroni remisit noxam, præ omnibus terram incolentibus mansuetus vocatus est. Benignitas autem, communius quiddam est quam bonitas. Benignus enim Dominus est universis. Bonitas vero solis dignis benefacit, secundum illud : « Benefac, Domine, bonis [e] : » Fidem autem dicit, non simplicem, sed quæ montes etiam transferat, quæ ea, quæ apud homines sunt impossibilia, apud Deum possibilia esse indubitanter credit. Præ omnibus autem est continentia, non in cibis tantum, sed etiam ab omni malo.

C

Ὁ δὲ καρπὸς τοῦ Πνεύματός ἐστιν ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη. » Τὰ μὲν πονηρὰ ἔργα ἐξ ἡμῶν γίνονται μόνον· διὸ καὶ ἔργα σαρκὸς εἶπεν, ἅμα καὶ ὡς ἐργωδίαν καὶ βαρύτητα ἔχοντα. Τὰ δὲ καλὰ, οὐχ ἡμετέρας δεῖται μόνον ἐπιμελείας, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄνωθεν συνεργείας· διὸ καρπὸν αὐτὰ εἶπε τοῦ Πνεύματος· ὡς παρ' ἡμῶν μὲν τοῦ σπόρου διδομένου, ἤτοι τῆς προθέσεως [19], τοῦ δὲ καρπὸν γενέσθαι, ἐν τῷ Θεῷ κειμένου. Τὴν ῥίζαν δὲ πάντων τῶν ἀγαθῶν τίθησι πρῶτον τὴν ἀγάπην, εἶτα τὴν χαράν. Ὁ γὰρ ἀγαπῶν ἀεὶ χαίρει, καὶ ὅταν πάσχῃ κακῶς· ὡς εὐεργέτην γὰρ ὁρᾷ τὸν κακῶς ποιοῦντα. Χαίρει δὲ καὶ ἐπὶ τῷ Θεῷ, ὡς δι' αὐτὸν πάντα παιῶν καὶ πάσχων, καὶ διὰ τοῦτο ἀγαθῷ συνειδότι ἐπευφραινόμενος. Ἐκ τῆς ἀγάπης δὲ καὶ τῆς χαρᾶς εἰρηνεύει καὶ κατὰ ψυχὴν, μὴ ταραττόμενος τοῖς λογισμοῖς· καὶ πρὸς τοὺς ἔξωθεν δὲ πάντας. Εἰ γὰρ καὶ ἀπεχθάνεσθαι δοκεῖ τισιν, οὐκ αὐτοῖς, ἀλλὰ τῇ ἐν αὐτοῖς κακίᾳ ἀπεχθάνεται, ἐκείνους ἀγαπῶν ὡς ἀδελφοὺς, καὶ πρὸς τὸ συμφέρον αὐτῶν τὴν ἀπέχθειαν ἐνδεικνύμενος ταύτην, ἵνα διορθωθῶσι.

« Μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθωσύνη, πίστις, πραότης, ἐγκράτεια. » Μακροθυμία πραότητος ἐν τούτῳ δοκεῖ παρὰ τῇ Γραφῇ διαφέρειν, τῷ τὸν μὲν μακρόθυμον πολὺν ὄντα ἐν φρονήσει, μὴ ὀξέως, ἀλλὰ σχολῇ ἐπιτιθέναι τὴν προσήκουσαν δίκην τῷ πταίοντι· τὸν δὲ πρᾶον ἀφιέναι παντάπασιν· ὡς ὁ Μωσῆς τῇ Μαριὰμ καὶ τῷ Ἀαρὼν ἀφιεὶς, πραΰς ἐκλήθη παρὰ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν. Χρηστότης δὲ κοινότερόν τί ἐστι παρὰ τὴν ἀγαθωσύνην. Χρηστὸς γὰρ Κύριος τοῖς σύμπασιν· ἡ δὲ ἀγαθωσύνη μόνους τοὺς ἀξίους εὐεργετεῖ, κατὰ τό· « Ἀγάθυνον, Κύριε, τοῖς ἀγαθοῖς. » Πίστιν δὲ λέγει οὐ τὴν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὴν καὶ ὄρη μεθιστῶσαν, τὴν τὰ παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατα πιστεύουσαν παρὰ Θεῷ δυνατὰ εἶναι ἀδιστάκτως· ἐπὶ πᾶσι δὲ ἡ ἐγκράτεια, οὐ βρωμάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ παντὸς πονηροῦ.

D

[e] Psal. xxiv, 4.

Variæ lectiones.

[18] ὁ κῶμος m. [19] προαιρέσεως m.

Digitized by Google

« Κατὰ τῶν τοιούτων οὐκ ἔστι νόμος. » Ψυχὴ γὰρ A κατορθοῦσα ταῦτα ἀπὸ Πνεύματος, οὐ δεῖται τῆς ἀπὸ τοῦ νόμου νουθεσίας, ὑψηλοτέρα αὐτὴ οὖσα· ὥσπερ καὶ οἱ φύσει ὀξεῖς ἵπποι οὐ δέονται μάστιγος. Οὐχ ὡς πονηρὸν δὲ τὸν νόμον ἐκβάλλει οὐδὲ ἐνταῦθα, ἀλλ' ὡς ἐλάττονα τῆς παρὰ τοῦ Πνεύματος διδομένης φιλοσοφίας.

« Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν [20] σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. » Ὥσπερ τινὸς ἐπόντος· Τίς ἐστιν ὁ ταῦτα, ἃ εἶπας, κατορθῶν; φησὶν, ὅτι « Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ, » τουτέστιν, οἱ τῆς μερίδος τοῦ Χριστοῦ ὄντες, « τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν, » τουτέστι, τὸ σαρκικὸν φρόνημα ἐνέκρωσαν. Οὐ γὰρ δὴ ἑαυτοὺς ἀνεῖλον· ἵνα σάρκα νοήσῃς μὴ τὴν [21] οὐσίαν τῆς σαρκὸς, ἀλλὰ τὸν γεώδη λογισμὸν, ὥστε μήτε τὰ τοῦ θυμοῦ παθήματα ἐν αὐτοῖς ζῆν, B μήτε τὰς ἐπιθυμίας [22], ἀλλὰ καὶ ταῦτα κἀκεῖνα; ἐσταυρῶσθαι, καὶ νενεκρῶσθαι. Ἢ παθήματα ἁπλῶς; τὰς ἐμπαθεῖς πράξεις φησὶ, κἂν τε ἀπὸ θυμοῦ ὦσι, κἂν τε ἀπὸ ἐπιθυμίας. Οὐ μόνον οὖν τὰς πράξεις φησὶ νεκροῦσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς τὰς ἀρχὰς τούτων, ἤτοι τὰς ἐπιθυμίας.

« Εἰ ζῶμεν Πνεύματι, Πνεύματι καὶ στοιχῶμεν. » Ἐπειδὴ, φησὶ, τοσαύτη ἡ τοῦ Πνεύματος ἰσχὺς, ἐκείνῳ ζῶμεν, ἐκείνῳ ἀρχώμεθα. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, « Στοιχῶμεν, » ἀντὶ τοῦ, Ἀρκεσθῶμεν τῇ τοῦ Πνεύματος δυνάμει, καὶ μὴ ἐπιζητῶμεν τὴν ἀπὸ τοῦ νόμου προσθήκην.

« Μὴ γενώμεθα [*vulg.* γιν.] κενόδοξοι, ἀλλήλους προκαλούμενοι, ἀλλήλοις φθονοῦντες. » Δείκνυσιν ἐνταῦθα, ὅτι οἱ πλανήσαντες αὐτοὺς, ἀπὸ φιλοδοξίας [23] εἰς τοῦτο ἦλθον (αὕτη γὰρ αἰτία πάντων τῶν κακῶν), ἀλλήλους δὴ προκαλούμενοι εἰς φιλονεικίαν καὶ ἔριδας· ὡς ὅταν τις λέγῃ τῷ ἀντιπάλῳ· Ἐὰν εἶ δυνατὸς, δεῦρο ποιήσωμεν τόδε τι. Ἐπεὶ δὲ ἀπὸ κενοδοξίας ὁ φθόνος, καὶ τοῦτον κωλύει.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

« Ἀδελφοὶ, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ, καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πραότητος. » Ἐπειδὴ πολλοὶ παρ' αὐτοῖς δοκοῦντες ἐπιτιμᾷν τοῖς ἁμαρτάνουσι, τὰ ἑαυτῶν ἐξεδίκουν πάθη, ἀπὸ φιλαρχίας εἰς τοῦτο ἐρχόμενοι· φησὶν, ὅτι « Ἐὰν προληφθῇ τις, » τουτέστι, Συναρπαγῇ, παθῶν ἐπήρειαν ὑπὸ δαίμονος, D « ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε· » τουτέστι, Μὴ κολάζετε, ἀλλὰ διορθοῦσθε « ἐν πνεύματι πραότητος. » Οὐκ εἶπεν, Ἐν πραότητι, ἀλλ', « Ἐν Πνεύματι [πραότητος], » δεικνὺς ὅτι καὶ τῷ Πνεύματι τοῦτο δοκεῖ, καὶ ὅτι πνευματικοῦ χαρίσματος, τὸ μετ' ἐπιεικείας τοὺς ἁμαρτάνοντας διορθοῦσθαι.

« Σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς [24]. » Ἵνα μὴ ἐπαρθῇ ὁ ἕτερον καταρτίζων, ἀσφαλίζεται αὐτόν. Σκόπει γὰρ, φησὶ, καὶ τήρει σεαυτὸν, μὴ καὶ σὺ τοῖς αὐτοῖς περιπέσῃς, πειρασμὸν παθῶν ὑπὸ τοῦ ἀντικειμένου. Ἐμφαντικῶς δὲ εἶπε τὸ,

VERS. 23. « Adversus hujusmodi non est lex. » A Anima enim hæc a Spiritu perficiens, non eget legis adhortatione, quippe quæ sit lege altior : quemadmodum equi natura celeres, non opus habent flagro. Legem autem ceu malam ne hic quidem rejicit, sed tanquam sapientia, quam Spiritus largitur, minorem.

VERS. 24. « Qui autem sunt Christi, carnem crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis. » Perinde ac si quis dicat : Quis est qui hæc, quæ dixisti, perficiat? « Qui Christi sunt, » inquit, id est, qui sunt a partibus Christi, « carnem crucifixerunt, » id est, carnalem affectum mortificarunt. Non enim seipsos interemerunt : ut carnem intelligas non substantiam carnis, sed terrestrem cogitationem, adeo B ut neque iræ motus in ipsis porro vivant, nec cupiditates, sed ut cum hæ, tum illi crucifigerentur et mortificarentur. Vel affectus simpliciter turbatas operationes intelligit, sive ab ira sint, sive a concupiscentia. Non solum igitur opera mortificanda esse ait, sed etiam ipsa horum principia, concupiscentias nimirum.

361 VERS. 25. « Si Spiritu vivimus, Spiritu et ambulemus. » Quia, inquit, tantum Spiritus robur est, illi vivamus illo simus contenti. Hoc enim est, Στοιχῶμεν, pro eo quod est, Satis sit nobis Spiritus potentia, nec a lege quæramus additamentum.

VERS. 26. « Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes. » Ostendit hic quod qui eos seduxerint, ex ambitione eo C pervenerint (hæc enim omnium malorum causa est), nempe, alter alterum provocantes ad contentiones et lites : quemadmodum si adversario suo quis dicat, Age, si vales, experiamur tale quid. Quandoquidem vero ex inani gloria sit invidia, hanc etiam prohibet.

CAPUT VI.

VERS. 1. « Fratres, et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, hujusmodi instaurate in spiritu lenitatis. » Quia plerique apud ipsos qui delinquentes increpare videbantur, suos ulciscebantur affectus, ex dominatus cupiditate eo provecti; ait, « Si præoccupatus fuerit aliquis, » hoc est, Correptus a dæmone, vim D passus, « Vos qui spirituales estis, instaurate, » hoc est, Non punite, sed dirigite, « In spiritu lenitatis. » Non dixit, In lenitate, sed, « In Spiritu lenitatis » indicans quod et Spiritui hoc placeat, et quod sit spiritualis doni, cum mansuetudine peccantes corrigere.

« Considerans teipsum, ne et tu tenteris. » Ne extollatur is qui alium perficit, præmunit eum. Considera enim, inquit, atque observa teipsum, ne et tu in eadem incidas, tentationem passus ab adversario. Emphatice autem dixit, « Tu : » hu-

Variæ lectiones.

[20] ἀνεσταύρωσαν ο. [21] ῥητὴν ο. [22] τὰ τῆς ἐπιθυ. ο. [23] φιλονεικείας ο. [24] ἐπαρθῇς ο.

Digitized by Google

manee namque imbecillitatis per hoc commonefecit.

VERS. 2. « Alter alterius onera portate. » Quia fieri non potest, ut qui homo sit, non peccet; adhortatur eos, ne sint nimium exacti censores in delictis proximi; sed ferant ea, ut et quæ ipsius sunt, ab alio vicissim tolerentur.

« Et sic adimplete legem Christi. » Non dixit, Πληρώσατε, implete: sed, Ἀναπληρώσατε, adimplete, hoc est, Communiter omnes implete, ita ut alter alterum ferat: exempli gratia qui asper est et iracundus, segnem tardumque ferat; et segnis vehementem illius impetum: sic fiet, ut neque ille peccet ab hoc gestatus, neque hic deliquat ab illo bajulatus. Hanc ad rationem itaque alter alteri manum porrigentes, per vos mutuo adimplete legem Christi, ut quod proximo deest, unusquisque compleat, **362** per hoc quod toleret eum. Præterea, charitatis officium est, ut alter alterius gravamina et onera portemus. Charitas autem impletio est mandatorum Christi.

VERS. 3. « Si enim videtur quispiam esse aliquid, cum nihil sit, seipsum decipit. » Rursus hic arrogantiam dejicit, ob oculos ponens, quod is qui videtur esse aliquid, nihil est: per hoc ipsum quod videtur, luculenter ostendens, quod nihili sit et contemnendus, et quod neminem nisi seipsum decipit.

VERS. 4. « Opus autem suum probet unusquisque, et tunc apud seipsum solum gloriationem habebit, et non ad alium. » Exploret, inquit, accurate sua ipsius opera (hoc enim vult verbum, « Probet »), num quidquam fecerit vana gloria ductus, num per simulationem, num alia quapiam humana causa, et tunc non adversus alterum glorietur. Cæterum si se continere non possit, ad seipsum' gloriationem transferat: hoc est, ipse sibi collatus, hesterno opere hodiernum præstantius censeat, et in bono opere glorietur. Hæc autem Paulus loquitur per condescensionem, non ut legislator, ut paulatim elationem hujusmodi consuetudinis tollat. Qui enim adversus proximum, Pharisæi in morem, non gloriari assuefactus est, idem etiam de seipso gloriari subito desistet.

VERS. 5. « Unusquisque enim proprium onus portabit. » Quid enim gloriaris adversus proximum? et tu et ille propria onera feretis, tuncque uniuscujusque opus probabitur. Proinde cum et tu onera habeas et sarcinas, neque adversus alterum, neque apud te ob bona opera gloriare.

VERS. 6. « Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis. » De doctoribus deinceps disserit, ut illi qui ab ipsis instituuntur, instituentibus communicent, non in uno quopiam, sed in omnibus bonis, alimentum, indumentum, honorem, benevolentiam, adeoque

A « Σύ· » τῆς γὰρ ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ὑπέμνησε διὰ τούτου.

« Ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε. » Ἐπειδὴ γαρ ἄνθρωπον ὄντα οὐκ ἔστιν ἀναμάρτητον εἶναι, παραινεῖ μὴ ἀκριβολογεῖσθαι πρὸς τὰ τοῦ πλησίον ἁμαρτήματα, ἀλλὰ φέρειν ταῦτα, ἵνα καὶ τὰ αὐτοῦ πάλιν παρ' ἄλλου βαστάζηται ἁμαρτήματα.

« Καὶ οὕτως ἀναπληρώσατε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ. » Οὐκ εἶπε, « Πληρώσατε, » ἀλλὰ, « Ἀναπληρώσατε· » τουτέστι, Κοινῇ πάντες πληρώσατε, δι' ὧν ἀλλήλους φέρετε· οἷον ὁ ὀξὺς τὸν νωθῆ φερέτω, καὶ ὁ νωθὴς τὴν σφοδρὰν ἐκείνου ὁρμήν· καὶ οὕτως οὔτε ἐκεῖνος ἁμαρτήσεται ὑπὸ τούτου βασταζόμενος, οὔτε οὗτος ὑπ' ἐκείνου. Οὕτω δὲ [35] ἀλλήλοις χεῖρα ὀρέγοντες, δι' ἀλλήλων πληρώσατε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ, B ὃ λείπει τῷ πλησίον ἀναπληρῶν ἕκαστος διὰ τοῦ βαστάζειν ἐκεῖνον. Καὶ ἄλλως γὰρ ἀγάπης τὸ τὰ βάρη βαστάζειν ἀλλήλων· ἡ δὲ ἀγάπη, πλήρωσις τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ.

« Εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι μηδὲν ὤν, ἑαυτὸν φρεναπατᾷ. » Πάλιν ἐνταῦθα τὴν ἀπόνοιαν καταβάλλει, δεικνὺς ὅτι ὁ δοκῶν εἶναί τι, οὐδέν ἐστιν, αὐτὸ τοῦτο δοκεῖν τεκμήριον ἐκφέρων τῆς ἑαυτοῦ οὐθενείας [36], καὶ οὐδένα ἄλλον ἀπατῶν, ἀλλ' ἑαυτόν.

« Τὸ δὲ ἔργον ἑαυτοῦ δοκιμαζέτω ἕκαστος, καὶ τότε εἰς ἑαυτὸν μόνον τὸ καύχημα ἕξει, καὶ οὐκ εἰς C τὸν ἕτερον. » Ἐξεταζέτω, φησὶ, μετὰ ἀκριβείας τὰς ἑαυτοῦ πράξεις (τοῦτο γὰρ τὸ, « Δοκιμαζέτω »), εἰ μὴ κατὰ κενοδοξίαν ἐποίησεν, εἰ μὴ ἐν ὑποκρίσει, εἰ μὴ ἄλλῃ τινὶ ἀνθρωπίνῃ αἰτίᾳ, καὶ τότε μὴ καθ' ἑτέρου καυχάσθω. Ἀλλ' εἰ ἄρα ἀκατασχέτως [37] ἔχει, εἰς ἑαυτὸν τὸ καύχημα ἐχέτω, τουτέστιν, αὐτὸς ἑαυτῷ συγκρινόμενος, τοῦ χθὲς ἔργου τὸ σήμερον κρεῖττον νομιζέτω, καὶ ἐναβρυνέσθω τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ. Ταῦτα δὲ λέγει Παῦλος συγκαταβατικῶς, οὐ νομοθετικῶς, ὡς ἂν κατὰ μικρὸν ἀποστήσῃ τὰ αὐχήματα τοῦ τοιούτου ἤθους. Ὁ γὰρ ἐθισθεὶς μὴ τοῦ πλησίον, ὡς ὁ Φαρισαῖος, κατακαυχᾶσθαι, ταχέως, καὶ τοῦ καθ' ἑαυτὸν ἐναβρύνεσθαι ἀποστήσεται.

« Ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον φορτίον βαστάσει. » Τί D γὰρ κατακαυχᾷ τοῦ πλησίον; καὶ σὺ κἀκεῖνος τὰ ἴδια φορτία βαστάσετε, καὶ τότε δοκιμασθήσεται ἑκάστου τὸ ἔργον. Ὥστε ἐπεὶ καὶ σὺ φορτία ἔχεις καὶ βάρη, μηδὲ καθ' ἑτέρου καυχῶ, μηδὲ κατὰ σαυτὸν ἐναβρύνου τῇ ἀγαθοεργίᾳ.

« Κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. » Περὶ τῶν διδασκάλων λοιπὸν διαλέγεται, ἵνα οἱ παρ' αὐτῶν κατηχούμενοι κοινωνῶσι τοῖς κατηχοῦσιν, οὐκ ἐν ἑνί τινι, ἀλλ' ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς, τροφῆς, ἐνδύματος, τιμῆς, εὐνοίας, καὶ πάντων ἁπλῶς μεταδιδόντες τῶν ἀγα-

Variæ lectiones.

[35] γὰρ o. [36] ἀσθενείας o. [37] ἀκαταισχύντως o.

Digitized by Google

θῶν. Μείζονα γὰρ ὢν δίδως λαμβάνεις· ἀντὶ γὰρ A τῶν σαρκικῶν, πνευματικά. Διὸ καὶ κοινωνίαν τὸ πρᾶγμα καλεῖ, ὡς ἀντιδόσεως γινομένης. Τίνος δὲ ἕνεκεν ὁ Χριστὸς τρέφεσθαι τοὺς διδασκάλους ὑπὸ τῶν μαθητῶν ὥρισε; Διὰ δύο ταῦτα, ἵνα μήτε οἱ διδάσκαλοι ἐπαίρωνται σφόδρα, ἀλλ' ὡς δεόμενοι τῶν μαθητῶν μετριοφρονῶσι, καὶ ἵνα μόνῳ τῷ λόγῳ σχολάζωσι, μὴ περισπώμενοι εἰς τροφάς· καὶ οἱ μαθηταὶ ἐν τῇ περὶ τοὺς διδασκάλους εὐγνωμοσύνῃ, καὶ περὶ τοὺς ἄλλους τοιοῦτοι εἶναι παιδεύωνται· καὶ ἅμα μὴ ἐπαισχύνωνται μηδὲ αὐτοὶ πενόμενοι καὶ ἐπαιτοῦντες, ὅπου γε καὶ οἱ διδάσκαλοι αὐτῶν, τοιοῦτοί εἰσι.

« Ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ Πατὴρ τῆς δόξης. » Τί δέῃ καὶ παρακαλεῖς ὑπὲρ ἡμῶν; Ἵνα ὁ Θεὸς σοφίσῃ ὑμᾶς. « Θεὸς » δὲ « τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ· » τουτέστι, τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ὁμοίου ἡμῖν κατὰ τὴν σάρκα. « Ὁ Πατὴρ τῆς δόξης· » τουτέστιν, ὁ μεγάλα καὶ ἔνδοξα δεδωκὼς ἡμῖν ἀγαθά. Ἀεὶ γὰρ ἀπὸ τῆς προκειμένης ὑποθέσεως αὐτὸν ὀνομάζει, ὡς τὸ, « Πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως· » καὶ ὁ προφήτης, « Κύριος ἰσχύς μου καὶ κέρας σωτηρίας μου. » Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν, ἐπειδὴ μεγάλα ἡμῖν καὶ ἔνδοξα ἐχαρίσατο, Πατέρα δόξης, τουτέστιν αἴτιον, αὐτὸν φησιν. Οὐ γὰρ ἔχει ἄλλως αὐτὸν καλέσαι, ἢ ἀπὸ τοῦ λαμπροτέρου παρ' ἡμῖν ὀνόματος. Ὁ δὲ Θεολόγος Γρηγόριος δόξαν τὴν θεότητα τοῦ Μονογενοῦς ἐνόησεν [70], ὥστε εἶναι τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς Χριστοῦ καὶ Θεὸν καὶ Πατέρα· Χριστοῦ μὲν, ἤγουν τοῦ ἀνθρωπίνου, Θεόν· τῆς δὲ δόξης, ἤγουν τῆς θεότητος, Πατέρα.

Vers. 17. « Ut Deus Domini nostri Jesu Christi, Pater gloriæ. » Quid nobis comprecaris? Ut Deus erudiat ac sapientes vos **375** faciat. « Deus » autem « Domini Jesu, » hoc est hominis, qui secundum carnem nobis est similis: « Pater gloriæ, » id est, qui ingentia nec non præclara nobis bona dedit. Semper enim a proposito argumento ipsum nominat, ut in illo: « Pater miserationum, ac Deus consolationis [y]. » Quin etiam Propheta: « Dominus fortitudo mea, et cornu salutis meæ [z]. » Hic igitur, postquam magna et gloriosa nobis donavit, « Patrem gloriæ, » hoc est auctorem ipsum appellat. Non potest enim eum aliter vocare, quam a splendidiore apud nos nomine. Theologus autem Gregorius per, « gloriam, » Unigeniti divinitatem intellexit, ut sit unius et ejusdem Christi et Deus et Pater: Christi quidem, sive humanitatis, Deus: gloriæ vero, sive divinitatis, Pater.

B

C

« Δῴη ὑμῖν πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως, ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας ὑμῶν. » Τουτέστι, Χάρισμα ὑμῖν παράσχῃ, ὥστε διὰ τοῦ Πνεύματος φωτισθῆναι. Εἰ μὴ γὰρ τὸ Πνεῦμα ἀποκαλύψῃ τὰ κεκρυμμένα μυστήρια, ἀδύνατον ἄλλως μαθεῖν. « Αὐτὸ » γὰρ μόνον, οὐκ ἄγγελος, οὐδὲ ἀρχάγγελος, « πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ. » — « Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος. » Ὅταν οὖν ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἀποκαλυφθῇ ἡμῖν τὰ μυστήρια, τότε καὶ ἐν ἐπιγνώσει τοῦ Θεοῦ γινόμεθα, καὶ φωτίζονται οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν, καὶ οὐκέτι ἀμφιβάλλομεν καὶ λέγομεν, ὅτι Ἀδύνατον τόδε γενέσθαι καὶ τόδε· ἀλλὰ βλέπομεν πάντα ὡς ἔχουσιν.

« Det vobis Spiritum sapientiæ ac revelationis, in agnitione ipsius illuminatos oculos cordis vestri. » Hoc est, Donum et gratiam vobis exhibeat, ut per Spiritum erudiamini. Nisi enim Spiritus revelaverit vobis abdita mysteria, fieri non potest ut alia ratione eadem discatis. « Ipse » namque solus, non angelus, neque archangelus, « omnia rimatur, etiam profunda Dei [a]. » — « Animalis autem homo non percipit quæ sunt Spiritus [a'] » Cum igitur a Spiritu revelata nobis fuerint mysteria, tum in agnitione Dei sumus, illustranturque oculi nostri, nec porro ambigimus ac dicimus, quod sit impossibile hoc vel illud fieri: cæterum videmus omnia quemadmodum sunt.

« Εἰς τὸ εἰδέναι ὑμᾶς τίς ἐστιν ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως [71] αὐτοῦ. » Τουτέστιν, Ἐπὶ ποίαις ἐλπίσιν ἐκλήθημεν. Δῆλον δὲ, ὅτι ἐπὶ υἱοθεσίᾳ, καὶ τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν ἀπολαύσει, καὶ τῷ εἶναι ἡμῶν κεφαλὴν τὸν Χριστόν. Ἐπειδὴ γὰρ τοῦτο μέλλον ἐστὶ, πνευματικῆς δεῖται ἀποκαλύψεως, εἰς τὸ μαθεῖν αὐτό.

D

Vers. 18. « Ut sciatis vos, quæ sit spes vocationis ejus. » Hoc est, ad qualem spem vocati simus. Planum est autem quod ad filiorum adoptationem, cœlestiumque bonorum perceptionem, et ut caput nostrum Christus esset. Quia enim hoc futurum est, spirituali revelatione opus est ut isthuc discamus.

« Καὶ τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τῆς κληρονομίας αὐτοῦ ἐν τοῖς ἁγίοις. » Καὶ τοῦτο ἔτι ἄδηλον ὂν, δεῖται τῆς παρὰ τοῦ Πνεύματος ἀποκαλύψεως, τίνα μέλλουσι κληρονομῆσαι οἱ ἅγιοι· μεγάλα γάρ. Διὸ

« Et quæ sint divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in sanctis. » Et hoc cum adhuc obscurum sit, opus habet revelatione Spiritus, quorumnam sunt hæreditatem adituri sancti. Magna enim sunt. Hinc et

[y] II Cor. I, 3. [z] Psal. XVII, 1. [a] I Cor. II, 10. [a'] Ibid. 14.

Variæ lectiones.

[67] μόνους δὴ τούτους m. [68] πανταχοῦ τ' οὖν m. [69] προσευχαῖς o. [70] ἐκήρυξεν m. [71] παρακλήσεως o.

Digitized by Google

« divitias gloriæ » ea nominat, hoc est inenarrabilem gloriam, et humani ingenii captum plane exsuperantem. Hæreditatem autem ista vocat, quippe quæ sint filiis danda.

A καὶ πλοῦτον δόξης ταῦτα [75] καλεῖ, τουτέστιν, ἄφατον δόξαν καὶ ὑπερβολικήν. Κληρονομίαν δὲ λέγει ταῦτα, ὡς υἱοῖς μέλλοντα δίδοσθαι.

Vers. 19, 20. « Et quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos credentes, secundum operationem potentiæ virtutis ejus, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis. » Quæ prædicta sunt, de futuris rebus fuerunt : jam vero quod factum est, memorat, ut ab hoc fidem etiam illis conciliet, ac rata ea faciat. Quale autem hoc est? Ut credamus, inquit, nos. Etenim hoc ipsum revelatione indiget, ut ipsum apertius discatis. **376** Quid igitur? non noverant Ephesii se credere? Norant sane, sed non eam ad rationem, ut Paulus hic dicit : nam haud facile est illud novisse : quoniam B magnæ potentiæ est animi sententiam mutare, atque ab errore revocare : tantæque est virtutis, quantam ne mortuorum quidem excitatio postulat. Mortuos namque uno tantum verbo excitavit Dominus; Judæis autem ne multis quidem concionibus et admirabilibus signis persuasit. Dicit ergo quod ad hoc Spiritus indigeamus revelatione, ut discamus nos, quod hoc ipsum, quod crediderimus, magna virtute et efficacia factum est. Et quemadmodum Christum excitavit a mortuis, sic et nos cum mortui essemus, excitavit ex incredulitate. Propterea excellentem magnitudinem virtutis, sive potentiæ ipsius hoc vocavit, et robur fortitudinis ejus. Quando enim prophetæ nihil effecerunt, et omnis creatura, cum visibilis per ornatum et insignem ordinem docens nos, tum invisibilis per deducentes ac erudientes nos angelos : tunc inopinato servati sumus. Illud autem, « Operatus est in Christo, » propter humanam naturam dictum esse intellige. Quod enim resurrexit, homo est, etiamsi Deo unitus fuerit.

« Καὶ τί τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος [73] αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ἣν ἐνήργησεν ἐν τῷ Χριστῷ ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. » Τὰ μὲν προρρηθέντα περὶ μελλόντων πραγμάτων ἦσαν· νῦν δὲ λέγει τὸ ἤδη γεγονός, ἵνα ἀπὸ τούτου κἀκεῖνο πιστώσηται. Ποῖον δὲ τοῦτο; Τὸ πιστεῦσαι, φησὶν, ἡμᾶς· καὶ τοῦτο γὰρ δεῖται ἀποκαλύψεως, ἵνα αὐτὸ σαφέστερον μάθητε. Τί οὖν; οὐκ ἤδεσαν Ἐφέσιοι ὅτι ἐπίστευσαν; Ἤδεσαν μέν, ἀλλ' οὐχ οὕτως ὡς νῦν φησιν ὁ Παῦλος. Οὐ γὰρ ῥᾴδιον τὸ γνῶναι· ὅτι μεγάλης δυνάμεως τὸ ψυχὴν μεταπεῖσαι, καὶ μεταστῆσαι τῆς πλάνης, καὶ τηλικαύτης ἡλίκης οὐδὲ τὸ ἀναστῆσαι νεκρόν. Νεκροὺς μὲν γὰρ καὶ λόγῳ μόνῳ ἐνὶ ἀνέστησεν ὁ Κύριος· τοὺς δὲ Ἰουδαίους οὐδὲ διὰ μακρῶν λόγων καὶ παραδόξων ἔργων μετέπεισε. Φησὶν οὖν ὅτι καὶ εἰς τοῦτο δεόμεθα τῆς ἀποκαλύψεως τοῦ Πνεύματος, ἵνα μάθωμεν ὅτι τὸ πιστεῦσαι ἡμᾶς, τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης δυνάμεως καὶ ἐνεργείας γέγονε· καὶ ὥσπερ τὸν Χριστὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, οὕτω καὶ ἡμᾶς νεκροὺς ὄντας ἐκ τῆς ἀπιστίας ἀνέστησε· διὸ καὶ « ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως » τοῦτο ἐκάλεσε, « καὶ κράτος τῆς ἰσχύος. » Ὅτε γὰρ προφῆται οὐδὲν ἤνυσαν, καὶ πᾶσα κτίσις, καὶ ὁρατὴ διὰ τῆς εὐταξίας διδάσκουσα, καὶ ἀόρατος διὰ τῶν C ὁδηγούντων [74] καὶ συνετιζόντων ἀγγέλων, τότε ἐκ τοῦ παραδόξου ἐσώθημεν. Τὸ δὲ, « Ἐνήργησεν ἐν τῷ Χριστῷ, » διὰ τὸ ἀνθρώπινον εἰρῆσθαι νόει. Τὸ γὰρ ἀναστὰν, ἄνθρωπος, εἰ καὶ Θεῷ ἥνωτο.

Vers. 20, 21. « Et constituens in dextera sua in supercœlestibus, supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem. » Non dixit, Ἄνω, id est, supra : sed Ὑπεράνω, id est, plusquam supra, ut summam altitudinem indicet. Ab infimo enim gradu ad altissimum humanam in Christo naturam subvexit. De hac enim disputat, quæ et mortua est, et excitata : quandoquidem divina natura neque mortua est, neque excitata, D neque exaltata, quæ nunquam non omnem altitudinem excellit. Superior igitur omni angelica potentia constituta est humana natura, quæ antea abominanda erat.

« Καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ κυριότητος. » Οὐκ εἶπεν, Ἄνω, ἀλλ', « Ὑπεράνω, » ἵνα τὸ ἀκρότατον ὕψος δηλώσῃ. Ἀπὸ γὰρ τοῦ ἐσχάτου βαθμοῦ εἰς τὸν ὑψηλότατον ἀνήγαγε τὴν ἀνθρωπίνην ἐν Χριστῷ φύσιν. Περὶ ταύτης γὰρ διαλέγεται, τῆς καὶ θανούσης καὶ ἐγερθείσης· ἐπεὶ ἥ γε θεία φύσις οὔτε ἀπέθανεν, οὔτε ἠγέρθη, οὔτε ὑψώθη, ἡ ἀεὶ ὑπὲρ πᾶν ὕψος οὖσα. Πάσης οὖν δυνάμεως ἀγγελικῆς ἐπάνω [75] ἐκάθισεν ἡ πρὶν ἐδεδελυγμένη φύσις.

Et omne nomen quod nominatur, non solum in hoc sæculo, verum etiam in futuro. » Si quid, inquit, in cœlo est, inferius est assumpto et exaltato, cunctisque ipse est superior. Discimus autem quasdam esse potentias quæ jam quidem nominari nequeunt, tum vero revelabuntur.

« Καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. » Εἴ τι, φησὶν, ἐν τῷ οὐρανῷ ἐστι, κατώτερον τοῦ προσληφθέντος καὶ ὑψωθέντος ἐστὶ, καὶ πάντων αὐτὸς ὑπέρτερος. Μανθάνομεν δὲ, ὅτι εἰσί τινες δυνάμεις νῦν μὲν ἀκατονόμαστοι, τότε δὲ ἀποκαλυφθησόμεναι.

Vers. 22. « Et omnia subjecit sub pedes ejus. » Ne cum audis quod sederit supra, existimes ipsum

« Καὶ πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. » Ἵνα μὴ ἀκούσας [76], ὅτι « Ἐκάθισεν ὑπεράνω, » νομί-

Variæ lectiones.

[73] αὐτὰ o. [73] μέγεθος τῆς δυνάμεως m. [74] ὁδηγούντων φρουρούντων m. [75] ὑπεράνω o. [76] ἀκούων o.

Digitized by Google

σῆς αὐτὸν πρωτιμηθῆναι μόνον, δείκνυσιν ὅτι καὶ Δεσπότην αὐτὸν ἐποίησε πάντων. Καὶ οὐχ ἁπλῶς ὑπέταξεν, ἀλλὰ τὴν ἐσχάτην ὑποταγήν· « Ὑπὸ τοὺς πόδας » γὰρ « αὐτοῦ. »

« Καὶ αὐτὸν ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ Ἐκκλησίᾳ. » Βαβαί! καὶ τὴν Ἐκκλησίαν εἰς αὐτὸν ἐκάθισε τὸν θρόνον· ἔνθα γὰρ ἡ κεφαλή, ἐκεῖ καὶ τὸ σῶμα[77]. Τὸ δὲ, « Ὑπὲρ πάντα, » τοῦτο δηλοῖ, ὅτι κεφαλὴν ἔδωκεν ὑψηλὴν καὶ ὑπὲρ πάντα οὖσαν, ὑπὲρ ἀγγέλους, ὑπὲρ ἀρχαγγέλους.

« Ἥτις ἐστὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ, τὸ πλήρωμα τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου. » Ἵνα μὴ ἀκούσας κεφαλὴν, νομίσῃς ἀρχήν τινα καὶ ἐξουσίαν δηλοῦσθαι (δηλοῖ γὰρ καὶ ταῦτα ἡ κεφαλὴ), φησὶν, ὅτι ὡς σώματός ἐστι κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας ὁ Χριστὸς, καὶ οὕτω συγγενὴς αὐτῇ καὶ ἡνωμένος· καὶ ἡ Ἐκκλησία πλήρωμά ἐστιν αὐτοῦ. Ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα πλήρωμά ἐστι τῆς κεφαλῆς, ἀναπληροῦν αὐτὴν διὰ τῶν οἰκείων μελῶν· οὕτω καὶ ἡ Ἐκκλησία πλήρωμά ἐστι τοῦ Χριστοῦ, « τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου. » Πληροῦται γὰρ ὁ Χριστὸς, καὶ οἷον ἀναγεμίζεται τὰ πάντα μέλη ἐν πᾶσι τοῖς πιστοῖς· οἷον τὴν χεῖρα ἀναπληροῦται ἐν τῷ ἐλεήμονι ἀνθρώπῳ, καὶ τῷ ἄλλως τῶν ἀσθενῶν ἀντιλαμβανομένῳ· τὸν πόδα ἀναπληροῦται ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ λόγου ἀποδημοῦντι, ἐν τῷ ἐπισκεπτομένῳ τοὺς ἀδελφούς· καὶ ἄλλο μέλος ἐν ἄλλῳ τῶν πιστῶν. Καὶ οὕτως ἀναπληροῦται τὰ πάντα μέλη ἐν πᾶσι τοῖς πιστοῖς, τουτέστι, διὰ πάντων τῶν πιστῶν, ἄλλου ἄλλην χάριν συνεισφέροντος. Τότε γὰρ πληροῦται ἡ κεφαλὴ ἡμῶν ὁ Χριστὸς, τουτέστι, λαμβάνει τέλειον τὸ σῶμα, ὅταν ὁμοῦ πάντες ὦμεν ἡνωμένοι καὶ συγκεκολλημένοι.

A prælatum tantummodo, ostendit quod et Dominum eum fecerit omnium. Nec simpliciter subjecit, sed extrema subjectione : « Sub pedes » enim « ejus. »

« Et ipsum dedit caput super omnia Ecclesiæ. » Papæ! Ecclesiam quoque in eodem throno collocavit : ubi enim caput est, illic et corpus. Quod vero ait, **377** « Super omnia, » significat, quod excelsum caput dederit, quod super omnia sit, angelos et super archangelos.

VERS. 23. « Quæ est corpus ipsius, plenitudo ejus qui omnia in omnibus adimpletur. » Ne, audito capite, putes principatum aliquem vel potestatem significari (nam et hæc caput significat), ait, Christus est caput Ecclesiæ veluti corporis, atque ita illi conjunctus et unitus : Ecclesia est plenitudo ipsius. Ut enim corpus est plenitudo capitis, replens ipsum per propria membra : hunc ad modum Ecclesia est plenitudo Christi, qui omnia in omnibus adimpletur. Adimpletur enim Christus, ac veluti plene consummatur per omnia membra in omnibus fidelibus : veluti quoad manum adimpletur in homine misericorde, et qui alias infirmis succurrit : quoad pedem adimpletur in eo qui verbi Dei amore peregrinatur, in eo qui fratres invisit : et quoad aliud membrum in alio fideli. Sic fit ut quoad omnia membra in omnibus fidelibus adimpleatur, hoc est, per omnes fideles, alio aliam gratiam contribuente. Tum enim impletur caput nostrum Christus, hoc est, perfectum corpus recipit, quando simul omnes fuerimus conjuncti et conglutinati.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

« Καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις, ἐν αἷς ποτε περιεπατήσατε, κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου, κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος τοῦ πνεύματος. » Εἶπεν[78] ἀνωτέρω, ὅτι τὴν αὐτὴν δύναμιν καὶ ἐνέργειαν ἐνεδείξατο ὁ Θεὸς εἰς ἡμᾶς, ἣν καὶ ἐν τῷ Χριστῷ. Περὶ ἐκείνου μὲν οὖν εἶπεν, ὅτι ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐκάθισεν ὑπεράνω πάντων. Λοιπὸν δὲ νῦν λέγει καὶ περὶ ἡμῶν, καί φησιν, ὅτι « Καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς » (νέκρωσιν οὐ τὴν σωματικὴν, τὴν ἐκ τοῦ Ἀδὰμ ἀρξαμένην, ἀλλὰ τὴν ψυχικὴν, τὴν ἐξ ἡμῶν αὐτῶν συνισταμένην, τὴν τῶν ἁμαρτιῶν) ἀνέστησε καὶ ἤγειρεν. Ὥστε τῇ αὐτῇ[80] δυνάμει καὶ τὸν Κύριον ἤγειρεν ἐκ τοῦ σωματικοῦ θανάτου, καὶ ἡμᾶς ἐκ τοῦ ψυχικοῦ τοῦ τῶν ἁμαρτιῶν· μᾶλλον δὲ τὸ μεῖζον τοῦ νεκροὺς ἀνιστᾶν, τὸ ψυχὰς μεταπεῖσαι, ὡς καὶ ἀνωτέρω εἴρηται. Ἡ μὲν οὖν διάνοια τοῦ ὅλου ῥητοῦ τοιαύτη· διὰ μακροῦ δὲ ἀποδέδοται εἰς τὸ, « Συνεζωοποίησε τῷ Χριστῷ· » οἷα δὴ πολλῶν παρεντεθέντων, καὶ ἐπαναλήψεως γενομένης ἐν τῷ, « Ὁ δὲ Θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει. » Εἰπὼν οὖν αὐτοὺς νεκροὺς ὄντας, καὶ δείξας πῶς ἦσαν νεκροὶ, ὅτε

CAPUT II.

VERS. 1, 2. « Et vos cum essetis mortui delictis et peccatis, in quibus aliquando ambulastis secundum sæculum mundi hujus, secundum principem potestatis aeris, spiritus. » Supra dixit quod eamdem potentiam et operationem ostenderit Deus erga nos, quam in Christo. Etenim de illo dixit, quod excitarit eum a mortuis, et constituerit super omnia : deinceps vero de nobis jam nunc verba facit, « Vos, » inquiens, « cum essetis mortui » (mortem non corporalem ex Adamo propagatam, sed animæ, a nobis ipsis conflatam, nempe peccatorum) suscitavit excitavitque. Itaque eadem potentia Dominum excitavit a morte corporea, et nos et a morte animæ, peccati scilicet ; imo vero, animos transmutare, majus est quam mortuos excitare, ut supra commemoratum est. Sensus igitur totius hujus loci est hujusmodi, etiamsi in longum extendatur, usque dum pervenerit eo ubi dicit : « Vivificavit simul cum Christo, » multis nimirum interpositis, repetitioneque facta cum ait, « Deus autem qui opulentus est in misericordia. » Cum dixisset igitur eos esse mortuos, ac monstrasset quomodo fuerint mortui, ni-

Variæ lectiones.

[77] σωμα τῆς Ἐκκλησίας m. [78] χρείαν o. [79] ὃ δ' οὖν ἔφη m. [80] αὐτοῦ o.

Digitized by Google

mirum per delicta et peccata, bifariam eos consolatur, tum per hoc quod ait, « In quibus olim ambulastis, » et non hodie : tum per hoc quod infert, quod a diabolo **378** in potestatem redacti peccabatis, et totum non erat vestrum, sed et cooperatoris vestri, qui adeo potenter vos suo juri subjugabat. Peccabatis igitur, « secundum sæculum mundi hujus circumambulantes, » hoc est, mundana et temporaria cogitantes, atque hoc sæculo perperam utentes. Non enim sæculum malum est, sed abusus ejus. Istud enim datum est nobis in ducem, quatenus corruptibile est et fluxum, excitans nos ad incorruptibilia et minime fluxa. Nos autem corruptioni et fluxui hujus alligati, fecimus illud non ducem, sed impedimentum. Principem autem potestatis aeris diabolum appellat, non Conditorem, perinde ac exsecrandi Manichæi : Principem sane, quod mortales ipsi seipsos ei subjecerunt, ac plures ipsi serviant quam Deo. Verumtamen in hoc sæculo est iste ejus principatus, ac aerem non transcendit : non enim in cœlo locum habet, sed sub cœlo. Propterea Paulus principem potestatis aeris appellat, non veluti in aerem dominetur, eumque gubernet : Absit ! sed quod in eo demoretur. Nam cum diabolus spiritus sit, in aere, veluti spiritu, commoratur, et hucusque potestatem habet atque potentiam, super eos qui sese ipsi subjiciunt principatum exercens. Nonnulli vero, « principem aeris » pro, aerearum potentiarum, intelligunt : unde et intulit, aiunt, « spiritus : » hoc est, juxta principem et dominatorem omnis spiritus in aere versantis. Postquam enim semel princeps factus est, videtur ab eo principatu ne post transgressionem quidem excidisse.

« Qui nunc operatur in filiis diffidentiæ. » Non dixit, Qui cogit, sed, « Qui operatur : » unde planum est quod in voluntarios dominetur. Si enim nobis invitis dominaretur, cogeret sane, uti ex eo quod sequitur planum est. « Operatur » enim, inquit, « in filiis inobedientiæ, » hoc est, qui non obtemperant Deo, sed qui illi non coacti obtemperant.

Vers. 3. « In quibus et nos omnes aliquando conversati sumus, in desiderlis carnis nostræ, facientes voluntates carnis et cogitationum. » Non in hoc solo consolatus est eos, quod diceret ex diabolo fuisse quod peccassent : verum etiam per hoc quod seipsum et omnes reliquos cum illis in eodem ordine collocet; nemo enim sine peccato erat. Concupiscentias autem carnis eas quæ ex carnali affectu sunt, dicit. Et quod carnem non accuset, manifestum est. Cum enim dixisset, « Facientes voluntates carnis; » subintulit, « Et cogitationum : » hoc est, nihil spirituale sentientes. Proinde caro non est accusanda, sed mens et cogitatio ad voluptatis affectiones pertrahens. Vel sic : Cogitationes et mentes nostras **379** coinquinavimus, cogitantes quæ mala

τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις, παραμυθεῖται διπλῇ, τῷ τε [81] εἰπεῖν, « Ἐν αἷς ποτε περιεπατήσατε, » καὶ οὐχὶ νῦν· καὶ τῷ ἐπάγειν [82], ὅτι Ὑπὸ τοῦ διαβόλου κατεξουσιαζόμενοι ἡμαρτάνετε, καὶ οὐχ ὑμῶν ἦν τὸ πᾶν, ἀλλὰ καὶ τοῦ συνεργοῦ ὑμῶν, τοῦ οὕτως ἰσχυρῶς κατεξουσιάζοντος ὑμῶν. Ἡμαρτάνετε τοίνυν, « κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου περιπατοῦντες, » τουτέστι, φρονοῦντες τὰ τοῦ κόσμου καὶ τὰ πρόσκαιρα, καὶ κακῶς χρώμενοι τῷ αἰῶνι τούτῳ. Οὐ γὰρ ὁ αἰὼν κακὸς, ἀλλ' ἡ παράχρησις αὐτοῦ. Αὐτὸς μὲν γὰρ ὁδηγὸς δέδοται, καθὼ φθαρτὸς καὶ ῥευστὸς, διεγείρων ἡμᾶς πρὸς τὰ ἄφθαρτα καὶ ἄρευστα· ἡμεῖς δὲ τῇ φθορᾷ καὶ τῇ ῥοῇ τούτου προσδεθέντες, ἐποιήσαμεν αὐτὸν οὐχ ὁδηγὸν, ἀλλ' ἐμποδιστήν. « Ἄρχοντα δὲ τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος » τὸν διάβολόν φησιν, οὐ τὸν Δημιουργὸν, ὡς οἱ κατάρατοι Μανιχαῖοι. Ἄρχοντα μὲν οὖν, διότι αὐτοὶ ἑαυτοὺς οἱ ἄνθρωποι ὑπέθηκαν αὐτῷ, καὶ πλείονες αὐτῷ δουλεύουσιν ἢ τῷ Θεῷ. Πλὴν ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ ἐστὶν ἡ τοιαύτη αὐτῷ ἀρχὴ, καὶ τὸν ἀέρα μὴ ὑπερβαίνουσα· οὐ γὰρ ἐν τῷ οὐρανῷ ἔχει χώραν, ἀλλ' ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος φησὶν, οὐχ ὡς τοῦ ἀέρος δεσπόζοντα, ὥστε οἰκονομεῖν αὐτὸν, ἄπαγε ! ἀλλ' ὡς αὐτῷ ἐμφιλοχωροῦντα. Πνεῦμα γὰρ ὢν ὁ διάβολος, ἐν τῷ ἀέρι, ὡς πνεύματι, διατρίβει, καὶ μέχρι τούτου τὴν δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἔχει, ἄρχων τῶν ἑαυτοὺς ὑποτιθέντων αὐτῷ. Τινὲς δὲ, « ἄρχοντα τοῦ ἀέρος, » τῶν ἐναερίων δυνάμεων νοοῦσι. Διὸ καὶ ἐπήγαγε, φασί· « Τοῦ πνεύματος· » τουτέστι, κατὰ τὸν ἄρχοντα καὶ ἐξουσιαστὴν παντὸς ἐναερίου πνεύματος. Ἐπεὶ γὰρ ἄρχων ἅπαξ ἐγένετο, δοκεῖ μὴ μεταπεπτωκέναι τῆς ἀρχῆς καὶ μετὰ τὴν παράβασιν.

« Τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας. » Οὐκ εἶπε, Τοῦ ἀναγκάζοντος, ἀλλὰ, « Τοῦ ἐνεργοῦντος. » Ὅθεν δῆλον, ὅτι ἑκόντων ἄρχει. Εἰ γὰρ ἀκόντων ἡμῶν ἐδέσποζε, καὶ κατηνάγκαζεν ἄν· καὶ ἐκ τοῦ ἑφεξῆς δὲ δῆλον. « Ἐνεργεῖ » γὰρ, φησὶν, « ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, » τουτέστι, τοῖς μὴ πειθομένοις μὲν Θεῷ, πειθομένοις δὲ ἐκείνῳ, οὐκ ἀναγκαζομένοις.

« Ἐν οἷς καὶ ἡμεῖς πάντες ἀνεστράφημέν ποτε ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν, ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν. » Οὐκ ἐν τούτῳ μόνον παρεμυθήσατο αὐτοὺς, τῷ εἰπεῖν, ὅτι Διαβόλου ἦν τὸ ὑμᾶς ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἑαυτὸν καὶ πάντας μετ' ἐκείνων τάξαι· οὐδεὶς γὰρ ἀναμάρτητος ἦν. Ἐπιθυμίας δὲ σαρκὸς τὰς τοῦ σαρκικοῦ φρονήματός φησι. Καὶ ὅτι οὐ τὴν σάρκα διαβάλλει, δῆλον. Εἰπὼν γὰρ, « Ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς, » ἐπήγαγε· « Καὶ τῶν διανοιῶν· » τουτέστιν, οὐδὲν πνευματικὸν φρονοῦντες. Ὥστε οὐχ ἡ σὰρξ διαβολῆς ἀξία, ἀλλ' ἡ διάνοια, ἡ πρὸς τὰ τῆς ἡδονῆς πάθη κατασυρομένη. Ἢ καὶ οὕτως, ὅτι Καὶ τὰς διανοίας ἐρρυπαίνομεν [83] λογιζόμενοι τὰ κακά· καὶ τὴν σάρκα, πράττοντες αὐτά. Δύνασαι δὲ σαρκὸς μὲν ἔργα πορ-

Variæ lectiones.

[81] ὥστε o. [82] ἐπαγαγεῖν o. [83] ῥυπαινόμεθα o.

Digitized by Google

νείαν καὶ τὰ τοιαῦτα νοεῖν· διανοιῶν δὲ, φθόνους καὶ μνησικακίαν, καὶ τὰ ὅμοια.

A sunt : et carnem, facientes ea. Potes autem carnis quidem opera fornicationem et hujusmodi accipere : mentis autem sive cogitationum, invidiam, vindictam, idque genus alia.

« Καὶ ἦμεν τέκνα φύσει ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί. » Ἀντὶ τοῦ, Παρωξύναμεν τὸν Θεὸν καὶ παρωργίσαμεν, καὶ οὐδὲν ἄλλο, εἰ μὴ ὀργὴ ἦμεν αὐτόχρημα· ὥσπερ καὶ τὸ τέκνον τοῦ ἀνθρώπου, φύσει ἄνθρωπός ἐστιν, οὕτω καὶ ἡμεῖς. Ὥσπερ δὲ υἱοὶ γεέννης καὶ υἱοὶ ἀπωλείας λέγονται, οἱ ἄξιοι τούτων· οὕτω καὶ « ὀργῆς τέκνα » οἱ ὀργῆς ἄξια πράττοντες. Τὸ δὲ, « Φύσει, » ἀντὶ τοῦ, ἀληθῶς, καὶ γνησίως, ὡς καὶ οἱ λοιποί· οὐδεὶς γὰρ ἐλεύθερος ἦν.

« Et eramus natura filii iræ, sicut et cæteri. » Pro, Coacerbavimus Deum et provocavimus, et nihil aliud præterquam ira revera eramus : quemadmodum et filius hominis natura est homo, sic et nos. Perinde autem ut illi filii gehennæ et perditionis dicuntur, qui istis digni sunt : sic et iræ filii, qui quæ ira digna sunt faciunt. « Natura » autem, pro vere et genuine, sicut et cæteri ; nemo enim liber erat.

« Ὁ δὲ Θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει. » Ἡμεῖς μὲν ἄξια ὀργῆς ἀδιαλλάκτου ἐπράττομεν· ὁ δὲ Θεὸς, οὐχ ἁπλῶς ἐλεήμων ὤν, ἀλλὰ καὶ « πλούσιος ἐν ἐλέει. » B

Vers. 4. « Deus autem qui dives est in misericordia. » Nos quidem ira irreconciliabili digna patrabamus : Deus autem, non simpliciter misericors exsistens, sed dives in misericordia.

« Διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς. » Καὶ ἡ ἀγάπη ἀπὸ πολλοῦ ἐλέους. Πῶς γὰρ ἂν οἱ τέκνα ὄντες ὀργῆς, ἠγαπήθημεν;

« Propter multam charitatem suam qua dilexit nos. » Dilectio etiam a multa misericordia est. Quomodo enim, cum filii iræ essemus, dilecti fuimus?

« Καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι συνεζωοποίησε τῷ Χριστῷ. » Ἐνταῦθα ἡ ἀπόδοσις τοῦ ἄνωθεν ἀρξαμένου νοήματος, τὰ δὲ ἄλλα παρεμβέβλητο. Πάλιν δὲ ὁ Χριστὸς μέσος, καὶ τὸ πρᾶγμα ἀξιόπιστον· εἰ γὰρ ἡ ἀπαρχὴ ζῇ, καὶ ἡμεῖς. Ἐζωοποίησε γὰρ κἀκεῖνον καὶ ἡμᾶς· ἐκεῖνον ἐνεργείᾳ, ἡμᾶς δυνάμει νῦν, μετ' ὀλίγον δὲ καὶ ἐνεργείᾳ. Ἰδοὺ τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, ὅτι τοὺς νεκροὺς, τοὺς τῆς ὀργῆς υἱοὺς, ἐζωοποίησεν· αὕτη ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως.

Vers. 5. « Et cum essemus mortui delictis, convivificavit nos Christo. » Hic tandem est redditio sensus quem supra inceperat ; cætera vero sunt interjecta. Iterum autem Christus medius est, et res fide digna. Nam si primitiæ vivunt, tum et nos. Vivificavit enim et illum et nos : illum quidem, in actu ; nos vero, in potentia nunc, paulo post vero etiam in actu. En excellentem magnitudinem potentiæ ejus, eo quod mortuos nos, iræ filios, vivificarit. Atque hæc est spes vocationis. C

« Χάριτί ἐστε σεσωσμένοι. » Τοῦτο ἀπὸ ἐκπλήξεως ἐνδιαθέτως μέσον παρσνέβαλε, θαυμάσας τὴν ἄφατον δωρεὰν [84] τοῦ Θεοῦ. Οὐ καμάτῳ γὰρ, φησὶ, καὶ ἔργοις ἰδίοις ἐσώθητε, ἀλλὰ χάριτι μόνῃ. Ὅσον [85] γὰρ ἐξ ἔργων, κολάσεως καὶ ὀργῆς ἄξιοι ἦτε.

« (Gratia estis servati.) » Hoc ex animi consternatione, et cum affectu in medium protulit, ineffabile Dei donum admiratus. Non enim labore et propriis operibus servati estis, sed sola gratia. Quod enim ad opera attinet, pœna et ira digni eratis.

« Καὶ συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. » Ὥσπερ τῆς ἀπαρχῆς ἡμῶν καὶ τῆς κεφαλῆς, τοῦ Χριστοῦ, φημὶ, ἐγηγερμένης, καὶ ἡμᾶς δι' αὐτῆς ἤγειρεν· οὕτω καὶ καθεζομένης αὐτῆς, καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα συγκάθηται. Διό φησιν· « Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· » τουτέστιν, Ἐν τῷ ἐκεῖνον καθῆσθαι καὶ ἡμεῖς καθήμεθα. Ἢ τὸ, « Συνήγειρεν, » οὐκ ἐπὶ τῆς ἀναστάσεως ληπτέον, ἀλλ' ἐπὶ τῆς διὰ τοῦ λουτροῦ ἀναζωώσεως. Πῶς οὖν συνεκάθισεν; « Εἰ ὑπομένομεν, » φησὶ, « καὶ συμβασιλεύσομεν. » Καὶ ὁ Χριστός· « Καθίσεσθε ἐπὶ δώδεκα θρόνους· » καὶ πάλιν, « Τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου, καὶ ἐξ εὐωνύμων μου, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται [86]. » Ὥστε ἡτοίμασται.

Vers. 6. « Et consuscitavit, et consedere fecit in cœlestibus in Christo Jesu. » Quemadmodum primitiis nostris, et capite, Christo videlicet, excitato, et nos per ipsum excitavit : hunc ad modum, illo sedente, reliquum corpus simul sedet. Propterea inquit : « In Christo Jesu, » hoc est, Quia ipse sedet, nos etiam sedemus. Vel, « Consuscitavit, » non de resurrectione accipiendum est, sed de revivificatione per baptisma. Quomodo igitur consedere fecit? D « Si sustinemus, » inquit, « et conregnabimus [b]. » Et Christus, « Sedebitis super duodecim thronos [c]. » Et rursus : « Sedere autem a dextris meis et a sinistris meis, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est [d]. » Itaque paratum est.

« Ἵνα ἐνδείξηται ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. » Ἵνα μὴ ἀπιστήσῃ τις τοῖς ῥηθεῖσι, πιθανὸν τὸν λόγον ποιεῖ· καί φησιν, ὅτι Εἰ καὶ μὴ διὰ τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀγάπην,

Vers. 7. « Ut ostenderet in sæculis superventibus abundantes divitias gratiæ suæ, in bonitate erga nos, in Christo Jesu. » Ne **380** quis fidem non adhibeat dictis, orationem probabilem facit, Etsi, inquiens, non propter charitatem quam erga

[b] II Tim. II, 12. [c] Matth. XIX, 28. [d] Marc. X, 40.

Variæ lectiones.

[84] ἄῤῥητον δύναμιν m. [85] ὅσοι o. [86] ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται. Τοῦτο οὖν λέγει καὶ νῦν, ὅτι καὶ ἡμεῖς καθεδούμεθα m. *Sed quibus paratum est. Hoc igitur et nunc ait, quia et nos sedebimus. Itaque paratum est.*

Digitized by Google

nos habet, tamen quia bonitatem suam ostendere velit, omnino faciet. Hodie enim plerique sunt increduli, in futuro tamen sæculo omnes agnoscent quid nobis donaverit, cum sanctos in gloria ineffabili conspexerint. Quod vero ait, « In Christo Jesu, » hoc est, Non ad Christum solum hæc consistent, sed per ipsum venient etiam ad nos, veluti a primitiis ad totum : ac simul vivificabimur, ac simul sedebimus. Hæc quidem magnus Joannes hic dicit. In Evangelio vero Matthæi dicit, quod tunc nemo sedebit. Vere igitur Spiritu et revelatione opus est, ut intelligamus profunditatem mysteriorum horum. Nisi enim sapientissimus ille doctor Joannes disertis verbis dixisset, quod et nos sessuri simus, posset aliquis affirmare quod in Christo sedemus, perinde atque in Christo adoramur ab angelis. Non enim nos in nostra persona adoramur, sed natura nostra unita Deo Verbo, adorata, ad nos gloria ista transit. Idem igitur et nunc dicit, quod et nos sedebimus.

Vers. 8. « Gratia enim servati estis per fidem. » Commemoratis iis quæ Dei sunt, nempe quod gratia servati sumus, intulit etiam quod nostrum est, « Per fidem : » ne destruat liberum arbitrium.

« Et hoc non ex vobis, Dei donum est. » Rursus illud sustulit, inquiens, quod neque fides ex nobis sit : nisi enim venisset, nisi vocasset, non obediissemus. « Quomodo enim, » inquit, « credent, nisi audiant [a]? Proinde et ipsa fides donum Dei est. Vel aliter : Non fidem dicit donum Dei, cæterum per fidem servari, hoc est donum Dei. Esto enim quod fides nostra sit, quomodo potuisset ista sola nos servare, nisi Deo placuisset nos suscipere per ipsam, ne in totum simus otiosi, sed ut nos quoque aliquid conferre videamur?

Vers. 9. « Non ex operibus, ne quis glorietur. » Nos opera habentes non repulit, verum proditos ab operibus gratia nos servavit, ut ex eventu nemo habeat unde gloriari queat. Nam conjunctio « Ut » hic non est causalis, sed ex eventu rei.

Vers. 10. « Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in ipsis ambulemus. » Ne si audias, non ex operibus nos esse justificatos, deses fias circa opera; ait, quod nunc post fidem operibus opus est. Conditus es enim in Christo Jesu, et nova creatura factus es, defuncto tibi vetere homine in baptismate. Ac quemadmodum in principio **381** cum non esses, produxit te ut esses, sic etiamnum ut bene esses, te protulit : conditusque es, non ut otieris, verum ut operaris, et in bonis operibus ambules, hoc est, omnem ætatis tuæ cursum in hisce perficias : non duos tresve annos, sed omnem vitæ tuæ cursum : hoc enim indicat per, ambule-

διὰ γοῦν τὸ θέλειν ἐνδείξασθαι τὴν ἀγαθότητα, ποιήσει πάντως. Νῦν μὲν γὰρ πολλοὶ ἀπιστοῦσιν, ἐν δὲ τῷ μέλλοντι αἰῶνι πάντες γνώσονται τί ἡμῖν ἐχαρίσατο, ὁρῶντες ἐν ἀφάτῳ δόξῃ τοὺς ἁγίους. Τὸ δέ, « Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, » τουτέστιν, Οὐκ ἄχρι τοῦ Χριστοῦ μόνου σταίη ταῦτα, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ ἥξει καὶ εἰς ἡμᾶς, ὡς ἀπὸ ἀπαρχῆς εἰς τὸ ὅλον· καὶ συζωοποιησόμεθα καὶ συγκαθεδούμεθα. Ταῦτα μὲν ὁ μέγας Ἰωάννης ἐνταῦθα· ἐν δὲ τῷ κατὰ Ματθαῖόν φησιν, ὅτι οὐδεὶς καθίσει τότε. Ὄντως οὖν Πνεύματος χρεία καὶ ἀποκαλύψεως, ὥστε νοῆσαι τὸ βάθος τῶν μυστηρίων τούτων. Εἰ μὴ γὰρ ῥητῶς ἔλεγεν ὁ πάνσοφος οὗτος διδάσκαλος Ἰωάννης, ὅτι καὶ ἡμεῖς καθεδούμεθα, εἶχεν ἄν τις εἰπεῖν, ὅτι ἐν Χριστῷ καθεζόμεθα, ὥσπερ καὶ ἐν Χριστῷ προσκυνούμεθα ὑπὸ ἀγγέλων. Οὐ γὰρ δὲ [87] ἡμεῖς προσκυνούμεθα αὐτοπροσώπως, ἀλλὰ τῆς φύσεως ἡμῶν τῆς ἡνωμένης τῷ Θεῷ Λόγῳ προσκυνουμένης, εἰς ἡμᾶς ἡ δόξα διαβαίνει. Τοῦτο οὖν λέγει καὶ νῦν, ὅτι καὶ ἡμεῖς καθεδούμεθα.

« Τῇ γὰρ χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ πίστεως. » Εἰπὼν τὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι χάριτι ἐσώθημεν, ἐπάγει καὶ τὸ ἡμέτερον, τὸ, « Διὰ τῆς πίστεως· » ἵνα μὴ λυμήνηται τὸ αὐτεξούσιον.

« Καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν· Θεοῦ τὸ δῶρον. » Πάλιν αὐτὸ ἀνεῖλε, καί φησιν, ὅτι οὐδὲ ἡ πίστις ἐξ ἡμῶν· εἰ μὴ γὰρ ἦλθεν, εἰ μὴ ἐκάλεσεν, οὐκ ἂν ὑπηκούσαμεν. « Πῶς γάρ, » φησί, « πιστεύσουσιν, ἐὰν μὴ ἀκούσωσιν; » Ὥστε καὶ αὕτη δῶρον Θεοῦ. Ἢ καὶ ἄλλως· Οὐ τὴν πίστιν λέγει δῶρον Θεοῦ, ἀλλὰ τὸ διὰ πίστεως σωθῆναι, τοῦτο δῶρόν ἐστι Θεοῦ. Ἔστω γὰρ ὅτι ἡ πίστις ἡμέτερον, πῶς ἂν ἴσχυσεν αὕτη μόνη σῶσαι, εἰ μὴ ὁ Θεὸς ηὐδόκησε δεχθῆναι δι' αὐτῆς ἡμᾶς, ἵνα μὴ τὸ ὅλον ὦμεν ἀργοί, ἀλλὰ δοκῶμέν τι καὶ αὐτοὶ συνεισενεγκεῖν;

« Οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μή τις καυχήσηται. » Οὐχὶ ἔχοντας ἔργα ἀπώσατο ἡμᾶς, ἀλλὰ προδεδομένους ὑπὸ τῶν ἔργων, χάριτι ἔσωσεν, ὥστε ἐξ ἀποτελέσματος μηδένα λοιπὸν ἔχειν καυχᾶσθαι. Τὸ γάρ, « Ἵνα, » οὐκ αἰτιολογικόν ἐστιν, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀποβάσεως τοῦ πράγματος.

« Αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν ὁ Θεός, ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν. » Ἵνα μὴ ἀκούσας, ὅτι οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθημεν, ῥαθυμήσῃς περὶ τὰ ἔργα, φησὶν ὅτι νῦν μετὰ τὴν πίστιν χρεία ἔργων. Ἐκτίσθης γὰρ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ νέον ποίημα ἐγένου, ἀποθανόντος σοι τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ βαπτίσματι. Καὶ ὥσπερ ἐν ἀρχῇ ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήχθης, οὕτω νῦν εἰς τὸ εὖ εἶναι παρήγαγε· καὶ ἐκτίσθης, οὐχ ἵνα ἀργῇς, ἀλλ' ἵνα ἐργάζῃ, καὶ περιπατῇς ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις· τουτέστι, πᾶσαν τὴν ὁδὸν τοῦ βίου διανύσῃς ἐν τούτοις, οὐ δύο ἢ τρεῖς ἐνιαυτούς, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν ὁδὸν τῆς ζωῆς σου. Τοῦτο γὰρ αἰνίττεται διὰ τοῦ, περιπατῇ-

[a] Rom x, 14.

Variæ lectiones.

[87] οὐδὲ γὰρ o. [88] ἐπήγαγε o.

Digitized by Google

σμι. Ὁ γὰρ Θεὸς προητοίμασε ταῦτα· ὥστε οὐκ ἔστιν ἀναβαλέσθαι, ὡς ὡρισμένου θεόθεν τοῦ Ἔργου[88]. Ἀλλὰ καὶ ἐν πᾶσιν· εἰ γὰρ ἓν λείπει, ἐκολοβώθη ἡ ἀρετή. Ὁ δὲ Θεολόγος Γρηγόριος τὸ, « Κτισθέντες ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς, » οὐ περὶ τῆς ἐν τῷ βαπτίσματι κτίσεως, ἀλλὰ περὶ τῆς δημιουργίας [89] ἐξεδέξατο.

A mus. Deus enim præparavit hæc; quocirca non licet illa rejicere, ceu opere divinitus destinato. In operibus bonis, non in uno opere, sed in omnibus: nam si unum desit, mutilata est virtus. Gregorius autem Theologus istud, « Creati in operibus bonis, » non de creatione in baptismate, verum de prima creatione interpretatus est.

« Διὸ μνημονεύετε, ὅτι ὑμεῖς ποτε τὰ ἔθνη ἐν σαρκὶ, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου, ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ. » Εἰπὼν ὅτι νεκροὺς ὄντας ἔσωσε, νῦν μέλλει εἰπεῖν, τίνων ἐποίησεν ἴσους καὶ συγκληρονόμους, καὶ ὅτι τῶν Ἰσραηλιτῶν· μέγα γὰρ ἦν τὸ τούτων ἀξίωμα· καὶ φησι· « Διὸ μνημονεύετε. » — « Διό. » Ποῖον; Διότι ἐκτίσθημεν ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς· τοῦτο γὰρ μόνον ἱκανὸν ἡμᾶς πεῖσαι τῆς ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι. « Μνημονεύετε » δὲ, εἶπε, διότι ἔθος ἐστὶ τοῖς ἀπὸ πολλῆς εὐτελείας εἰς ὕψος ἀναδραμοῦσι, μηδὲ μεμνῆσθαι τῶν προτέρων. Τί δὲ « μνημονεύετε; » Ὅτι ἀπηλλοτριωμένοι ἦτε τοῦ Χριστοῦ ἐν τοῖς πρώην καιροῖς· νῦν δὲ ἐγγὺς ἐγένεσθε αὐτοῦ, ὥσπερ καὶ ὁ Ἰσραήλ. Τοῦτο μὲν οὖν ὁ σκοπὸς τοῦ λόγου. Ὅρα δὲ, πῶς εὐφυῶς καταβάλλει τὴν περιτομὴν, δεικνὺς ἐν λόγῳ μόνῳ διαφέρουσαν τῆς ἀκροβυστίας, καὶ οὐκ ἐν ἔργῳ. « Ὑμεῖς γὰρ, » φησὶ, « τὰ ἔθνη ἐν σαρκὶ, » ἀλλ' οὐκ ἐν πνεύματι· καὶ « λεγόμενοι, » ἀλλ' οὐκ ὄντες· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, ὅτι Ἐν σαρκὶ ἔχετε τὸ ἔλαττον, οὐκ ἐν πνεύματι. Καὶ πάλιν· « Ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκί· » τὴν ἐν λόγοις μόνοις καὶ σαρκὶ προτίμησιν δηλῶν. Ἡ μὲν οὖν ἀκροβυστία οὐκ ἦν δεινὸν, οὐδὲ βδελυκτὸν, εἰ καὶ ἐλέγετο ὑπὸ τῶν ἐπὶ τῇ περιτομῇ κομπαζόντων· τὸ δὲ χωρὶς εἶναι Χριστοῦ, τοῦτο ἦν ὄντως δεινὸν καὶ ἀφόρητον. Τί δήποτε μέλλων δεῖξαι αὐτοὺς κοινωνοὺς τῆς δόξης τοῖς Ἰσραηλίταις, καθαιρεῖ τὸ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀξίωμα; Ἀλλ' ὅρα, ἐν τίσι καθαιρεῖ· ἐν τοῖς μὴ ἀναγκαίοις. Οὐ γάρ ἐστιν ἀναγκαῖον ἡ περιτομὴ, ἀλλὰ ἀδιάφορον. Ἐν δὲ τοῖς ἀναγκαίοις καὶ σφόδρα ἐπαίρει, ἁγίους ὀνομάζων τοὺς Ἰσραηλίτας καὶ οἰκείους Θεῷ [90].

Vers. 11. « Propter quod memores estote, quod vos olim gentes in carne, qui dicimini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manufacta, quod eratis illo in tempore sine Christo. » Cum dixisset quod mortuos servarit, dicturus jam est quibus æquales fecerit et cohæredes, nimirum, Israelitis: ingens enim horum erat dignitas et auctoritas. Et ait, « Propter quod memores estote: » propter quid? Propterea quod creati simus ad opera bona: hoc enim solum sufficit persuadere nobis, ut virtutis rationem habeamus. « Memores » autem « estote, » dixit, eo quod plerumque fieri soleat, ut ii qui a magna vilitate ad fastigium quoddam provecti sint, prioris status ne meminerint quidem. Quid vero est cujus memores esse debetis? Quod abalienati eratis a Christo temporibus pristinis: nunc vero viciniores ipsi facti estis, atque adeo ei appropinquastis, perinde ac Israel. Hic igitur hujus loci scopus est. Animadverte autem quam scite circumcisionem dejiciat, ostendens eam solo verbo differre a præputio, non opere. Vos enim gentes, inquit, in carne, non in spiritu: qui dicimini, sed non estis: perinde quasi dicat, In carne estis inferiores, non in spiritu. Et rursus: « Ab ea quæ dicitur circumcisio in carne, » prælationem et honorem innuens, qui in solis verbis et carne constat. Præputium igitur non erat gravis ac exsecrabilis res, etiamsi diceretur ab iis qui circumcisionis nomine cristas tollerent. Sine Christo vero esse, illud demum vere et grave et intolerabile. Quorsum igitur monstraturus eos esse participes gloriæ Israelitarum, dignitatem Israelitarum elevat? At reputa tecum in quibus elevet, in rebus videlicet non perinde necessariis. Non enim res est necessaria circumcisio, sed indifferens ac media. In rebus vero necessariis vehementer eos attollit, sanctos nominans Israelitas atque domesticos Dei.

« Ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραήλ. » Οὐκ εἶπε, Κεχωρισμένοι, ἀλλ', « Ἀπηλλοτριωμένοι· » ἐπεὶ καὶ οἱ Ἰσραηλῖται τῆς νομικῆς καὶ κατὰ Θεὸν πολιτείας ἦσαν ἐκτός· ἀλλ' οὐχ ὡς ἀλλότριοι, ἀλλ' ὡς ῥᾴθυμοι.

Vers. 12. « Alienati a conversatione Israelis. » **382** Non dixit, segregati, sed, « alienati, » quandoquidem et Israelitæ extra legalem adeoque divinam vitam erant, sed non tanquam alieni, sed tanquam socordes.

« Καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας. » Καὶ τοῦτο μέγας χωρισμός. Οὐκ εἶπε γὰρ, ὅτι Οὐ προσέχοντες ταῖς διαθήκαις, ἀλλὰ, Πάντη « ξένοι. » Εἰ καὶ γὰρ οἱ Ἰσραηλῖται ἐξέπεσον τῶν ἐπαγγελιῶν, ἀλλ' οὐχ ὡς ξένοι. Τίνες δὲ αἱ διαθῆναι τῆς ἐπαγγελίας; « Σοὶ δώσω καὶ τῷ σπέρματί σου τὴν γῆν ταύτην· » καὶ ὅσα ἕτερα ἐπηγγείλατο, πνευματικῶς πάντως νοούμενα.

[f] Gen. xv, 18.

Variæ lectiones.

[88] *Isc.* Ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, οὐχ ἑνὶ ἔργῳ. [89] τῆς πρώτης δημιουργίας m. [90] Θεοῦ o.

Digitized by Google

« Spem non habentes. » De futuris scilicet, de resurrectione et retributione.

« Et sine Deo in mundo. » Atqui deos adorabant : sed dii non erant. Adjecit autem, « In mundo, » ut ostendat quod non solum in cœlestibus Hebræis erant inferiores, verum etiam in rebus super terram celebribus. Siquidem Israelitæ propter cultum Dei celeberrimi et clarissimi fuerunt.

VERS. 13. « Nunc autem in Christo Jesu, vos qui aliquando eratis longe, prope facti estis in sanguine Christi. » Longe eramus a Deo, non loco, sed voluntate et vitæ conversatione. Nunc autem propinqui facti sumus, non conversatione (nil enim attulimus ex operibus), sed in Christo Jesu et sanguine ejus. Nam ipse sanguine suo pro nobis effuso, seque ipso pro nobis tradito, liberavit nos a captivitate, quæ nos procul removebat ab ipso, et prope adduxit. Potes autem etiam sic intelligere, quod procul eramus ab Israelitis, jam vero ipsis propinqui facti sumus.

VERS. 14. « Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum. » Ante incarnationem enim ingens erat inimicitia inter circumcisionem et præputium : nunc autem pacem adepti sumus, unum facti per fidem. Non porro enim circumcisione et præputio signamur, sed idem unumque nobis signum est, fides ipsa. Fingamus enim duos, alterum servum, alterum filium adoptatitium, atque ambos eumdem offendisse : hunc, abdicatione digna committendo, illum, quia factus sit transfuga : deinde utrique constituantur hæredes et genuini. Eu ad eumdem honorem perducti sunt, duoque isti unum sunt facti. Hunc ad modum gentes et Israelitæ : illæ quidem ut servi, hi vero Israelitæ ut filii impegerunt. Quid igitur? adeone magnum participare cum Israelitis? ad cœlos usque nos perduxisti, et jam denuo tanquam præclarum quid istud affers? Næ, inquit, illa enim oportet fide comprehendere : ista vero, ipsis etiam operibus. Præterea, non hoc asserit, quod nos ad illorum generis claritudinem **383** perduxerit : sed quod et nos et illos provexerit potius ad majora. Verumtamen major est erga nos beneficentia. Illis siquidem promiserat, nobis vero ne promisit quidem, sed procul aberamus, juxta exemplum supra positum.

« Et medium parietem maceriæ solvens, inimicitiam in carne sua. » Interpretatur quid erat medius paries maceriæ, inimicitia videlicet gentium et Judæorum adversus Deum, quæ ex nostris nascebatur delictis, ut et propheta dicit : « Nonne iniquitates vestræ dividunt inter vos et me [5]? » Medium igitur istum parietem, inimicitiam dico, dissolvit ac diremit in propria carne sua. Quomodo? Sistens illic inimicitiam. Quatenus enim univit eam deitati, perspicuum est quod reconciliationem fecerit, com-

[5] Isa. LIX, 2.

« Ἐλπίδα μὴ ἔχοντες. » Τὴν περὶ τῶν μελλόντων δηλαδὴ, τὴν τῆς ἀναστάσεως καὶ ἀνταποδόσεως.

« Καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ. » Καίτοι θεοὺς προσεκύνουν· ἀλλ' οὐκ ἦσαν θεοί. Προσέθηκε δὲ τὸ, « Ἐν τῷ κόσμῳ, » ἵνα δείξῃ ὅτι οὐ μόνον ἐν τοῖς οὐρανίοις ἠλαττοῦντο, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς κατὰ γῆν ἐνδόξοις. Οἱ γὰρ Ἰσραηλῖται καὶ διὰ τὴν θεοσέβειαν ἔνδοξοι καὶ εὐγενέστατοι.

« Νυνὶ δὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὑμεῖς οἵ ποτε ὄντες μακρὰν, ἐγγὺς ἐγενήθητε ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. » Μακρὰν ἦμεν Θεοῦ, οὐ τῷ τόπῳ, ἀλλὰ τῇ προαιρέσει καὶ τῇ πολιτείᾳ· νυνὶ δὲ ἐγγὺς ἐγενήθημεν, οὐ τῇ πολιτείᾳ (οὐδὲν γὰρ εἰσηνέγκαμεν ἐξ ἔργων), ἀλλ' ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ τῷ αἵματι αὐτοῦ. Αὐτὸς γὰρ τὸ αἷμα ἐκχέας, καὶ δοὺς ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν, ἐῤῥύσατο ἡμᾶς τῆς αἰχμαλωσίας τῆς μακρυνούσης ἡμᾶς ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἐγγὺς ἤγαγε. Δύνασαι δὲ καὶ οὕτω νοῆσαι, ὅτι Μακρὰν ἦμεν τῶν Ἰσραηλιτῶν· νῦν δὲ ἐγγὺς αὐτῶν γεγόναμεν.

« Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν. » Πρὸ γὰρ τῆς ἐνανθρωπήσεως [91], μεγάλη ἔχθρα τῇ περιτομῇ πρὸς τὴν ἀκροβυστίαν· νῦν δὲ εἰρηνεύσαμεν, ἓν γεγονότες τῇ πίστει. Οὐκέτι γὰρ τῇ περιτομῇ καὶ ἀκροβυστίᾳ χαρακτηριζόμεθα, ἀλλ' ἓν ἐπίσημον ἔχομεν, τὴν πίστιν. Ἔστωσαν γὰρ δύο τινὲς, ὁ μὲν δοῦλος, ὁ δὲ υἱοποίητος [92]· ἀμφότεροι δὲ τῷ αὐτῷ προσκρουσάτωσαν [93]· ὁ μὲν ἀποκηρύξεως ἄξια πράξας, ὁ δὲ δραπετεύσας· εἶτα ἀμφότεροι γενέσθωσαν κληρονόμοι καὶ γνήσιοι. Ἰδοὺ εἰς μίαν ἦχθησαν τὴν τιμὴν, καὶ οἱ δύο γεγόνασιν ἕν. Οὕτω καὶ οἱ ἐθνικοὶ καὶ οἱ Ἰσραηλῖται· οἱ μὲν ὡς δοῦλοι, οἱ δὲ Ἰσραηλῖται ὡς υἱοὶ, προσκεκρουκότες. Τί οὖν; μέγα τὸ κοινωνῆσαι τοῖς Ἰσραηλίταις; Εἰς τοὺς οὐρανοὺς [94] ἡμᾶς ἀνήγαγες, καὶ νῦν ὡς; μέγα πάλιν τοῦτο φέρεις; Ναὶ, φησὶν· ἐκεῖνα μὲν γὰρ τῇ πίστει χρὴ καταλαμβάνειν [95]· ταῦτα δὲ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῖς. Ἄλλως τε, οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι εἰς τὴν εὐγένειαν ἐκείνων [96] ἡμᾶς ἀνήγαγεν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἡμᾶς κἀκείνους εἰς μείζονα. Πλὴν μείζων ἡ πρὸς ἡμᾶς εὐεργεσία· ἐκείνοις μὲν γὰρ ἐπηγγείλατο· ἡμῖν δὲ οὔτε ἐπηγγείλατο, καὶ πορρωτέρω ἦμεν, κατὰ τὸ ἀνωτέρω ὑπόδειγμα.

« Καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λυσας, τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ. » Ἑρμηνεύει τί ἦν τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, καί φησιν, ὅτι ἡ ἔχθρα ἡ πρὸς Θεὸν τῶν ἐθνικῶν τε καὶ τῶν Ἰουδαίων, ἥτις ἐκ τῶν ἡμετέρων ἐτίκτετο παραπτωμάτων, ὡς καὶ ὁ προφήτης φησίν· « Οὐχὶ αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν διιστῶσιν ἀνάμεσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν; » Τοῦτο οὖν τὸ μεσότοιχον, τὴν ἔχθραν φημὶ, ἔλυσεν ἐν τῇ οἰκείᾳ σαρκί. Πῶς; Στήσας ἐκεῖ τὴν ἔχθραν. Καθὸ γὰρ ἥνωσεν αὐτὴν τῇ θεότητι, πρόδηλον ὅτι καταλλαγὴν

Variæ lectiones.

[91] ἐνανθρωπησεως τοῦ λόγου m. [92] ἰδιοποίητος o. [93] προσκρούσαντες o. [94] ἀνθρώπους o. [95] παραλαμβ. o. [96] ἐκείνην o.

Digitized by Google

ἐποίησε, πλακεισῶν καὶ περιπτυξαμένων ἀλλήλας τῶν δύο φύσεων. Καὶ ἄλλως δὲ, καὶ τῷ [97] ἀναμάρτητος φανῆναι, καὶ τὸν νόμον πάντα πληρῶσαι, τὴν ἔχθραν ἔλυσεν. Ὁ γὰρ νόμος φραγμὸς μὲν ἦν, ἅτε πρὸς ἀσφάλειαν δοθείς, ἵνα περιφράττῃ· παραβαινόμενος δὲ, μεσότοιχον ἀνέδειξε τὴν ἁμαρτίαν· δι' οὗ [98] οὐκ ἐν ἀσφαλείᾳ καθιστάμεθα, ἀλλ' ἐχωριζόμεθα τοῦ Θεοῦ.

« Τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας. » Ἵνα μή τις εἴπῃ· Τί οὖν, εἰ τῆς μὲν προτέρας παραβάσεως τοῦ νόμου ἀπηλλάγημεν [99], πάλιν δὲ αὐτὸν ἀναγκαζόμεθα τηρεῖν; φησὶν, ὅτι Καὶ αὐτὸν ἔλυσε. Δοὺς γὰρ ἡμῖν τοῦτον εἰς ἀσφάλειαν, ἐπειδὴ οὐκ ἐφυλάξαμεν, δέον κολάσαι, ὁ δὲ τὸν νόμον κατέλυσεν, ὥσπερ ἂν εἴ τις παιδαγωγῷ παραδοὺς παιδίον, ἐπειδὴ μὴ ὑπακούει, καὶ τοῦ παιδαγωγοῦ ἐλευθερώσειε. Νόμον δὲ ἐντολῶν τοῦτόν φησιν, ὡς περὶ πολιτείας διατατόμενον [1]· δόγματα δὲ τὴν πίστιν, οἷα διὰ δογμάτων συνισταμένην· ὡς εἰ ἔλεγεν, ὅτι ἀντὶ τοῦ βίου πίστιν εἰσήγαγεν. Οὐ γὰρ ἐξ ἐντολῶν ἐδικαιώθημεν, τῶν τάδε καὶ τάδε διοριζομένων ποιεῖν· ἀλλ' « ἐὰν πιστεύσῃς τῇ καρδίᾳ, καὶ ὁμολογήσῃς τῷ στόματι, σωθήσῃ. » Ἢ δόγματά φησι τὰς ἀποφαντικὰς τοῦ Κυρίου παραγγελίας, τόδε· « Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὁμόσαι ὅλως· » καὶ, « Μὴ ὀργισθῆναι· » καὶ τὰ τοιαῦτα.

« Ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον. » Οὐ τὸν Ἕλληνα ἐποίησεν Ἰουδαῖον, ἀλλ' ἀμφοτέρους εἰς κρεῖττω κατάστασιν ἀνήγαγεν Οὐκ εἶπε δὲ, Μεταβάλῃ [2], ἀλλὰ, « Κτίσῃ, » ἵνα δείξῃ [3] ἐναργῶς τὸ λεγόμενον, καὶ ὅτι ὡς ἀπὸ φυσικῶν πραγμάτων ἀποπηδᾷν ἡμᾶς οὐ χρὴ λοιπόν. Τὸ δὲ, « Ἐν ἑαυτῷ, » ἢ ἀντὶ τοῦ, « Δι' ἑαυτοῦ· » οὐ γὰρ ἄλλος τοῦτο ἔπραξεν [4], ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ, καὶ τὸν Ἰουδαῖον καὶ τὸν ἐθνικὸν ἀναχωνεύσας, ἕνα ἀνήνεγκε καινὸν καὶ θαυμαστόν. Ἢ ὅτι αὐτὸς πρῶτος τύπον παρασχὼν καὶ ὑπόδειγμα, καὶ φανεὶς καὶ αὐτὸς πρῶτον τοῦτο ὅπερ ἐκείνους ἐποίησε· καὶ ὅτι μέσος ἀμφοῖν γενόμενος, καὶ ἔνθεν τὸν Ἰουδαῖον κατασχὼν, κἀκεῖθεν τὸν Ἕλληνα, καὶ συμμίξας αὐτοὺς, καὶ πᾶν τὸ ἀλλότριον ἀφανίσας, ἀνέπλασεν ἄνωθεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος. Ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ ὧν φύσει, ἣν προσέλαβε, κοινῇ οὔσῃ τοῦ τε ἐθνικοῦ καὶ τοῦ Ἰουδαίου, καὶ ὑπὲρ ἀμφοτέρων προσληφθείσῃ, ἐν ταύτῃ πάσης φθορᾶς καὶ παλαιότητος τῆς ἐξ ἁμαρτιῶν ἠλλοτριωμένῃ, ἔκτισε τοὺς δύο εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, τοῦ γήρως τῶν ἁμαρτιῶν καὶ τῆς ἀδικίας [5] ἀπηλλαγμένον· οὐκέτι γὰρ τοῖς ἰδίοις [6] ἰδιώμασι καὶ οὗτος κἀκεῖνος χαρακτηρίζονται, ἀλλ' ἑνὸς ἀνθρώπου τοῦ κατὰ Χριστὸν μορφωθέντος ἰδιώματα ἀμφοτέρους χαρακτηρίζουσιν. Ἐγγύτερον δὲ ἄψῃ τοῦ λεγομένου, ἐὰν ἐννοήσῃς τὸν Κύριον ἀκρογωνιαῖον λίθον, τούτους δὲ δύο, τοίχους ἐν τούτῳ κτιζομένους.

« Ποιῶν εἰρήνην. » Καὶ πρὸς ἀλλήλους μὲν (ὁ

plicatis et se invicem amplectentibus duabus naturis. Atque etiam alia ratione, quod expers peccati apparuerit, universamque legem impleverit, inimicitiam diluit. Lex enim sepes erat, nempe ad securitatem data, ut obfirmaret. Non servata autem, ostendit medium parietem peccatum, a quo factum est ut non essemus in tuto et securitate, sed a Deo potius separaremur.

Vers. 15. « Legem mandatorum in decretis abolens. » Ne quisquam objiciat : Quid prodest, si a priori legis transgressione liberati, rursus eam servare adigamur? ait, Ipsam quoque solvit. Cum enim hanc nobis ad munitionem dedisset, quia non custodivimus eam, debebat nos punire : atqui legem is plane dissolvit et abrogavit, æque ac si quis, ubi puerum pædagogo tradidisset, hunc, cum non obediret, a pædagogo quoque liberet. Legem autem mandatorum ait, tanquam de vita et moribus præcipientem : dogmata vero seu decreta, fidem, ut quæ per dogmata consistat; perinde quasi dicat, Pro vita fidem introduxit. Non enim ex mandatis hæc et illa facere præcipientibus justificamur : verum si credideris in corde, et ore confessus fueris, tu salvus eris. Vel dogmata appellat negativa Domini mandata : « Ego dico vobis, ne omnino juretis [h] : » et, « Ne irascamini [i], » et id genus alia.

« Ut duos condat in seipso, in unum novum hominem. » Non ex Græco Judæum fecit, sed ambos ad meliorem statum reduxit. Non dixit autem, Permutet, sed, « Condat, » ut perspicue ostendat quod dixit, et quod a naturalibus rebus deinceps non oporteat resilire. Illud autem, « In seipso, » accipitur, vel pro, « Propter seipsum : » non enim aliquis alius istud fecit, sed ipse per seipsum, et Judæum et gentilem conflans, unum protulit novum et **384** admirandum. Vel quod ipse primum exhibuerit formulam nobis et exemplar, visusque sit ille primus id, quod illos fecit : et quia medius utrisque factus, hinc Judæum occupans, illinc vero Græcum, commiscens illos, ac omne quod alienum erat exterminans, divinitus per ignem et aquam refinxerit. In humana igitur natura quam assumpsit, quæ communis est cum Græco tum Judæo, et pro utriusque salute assumpta, in hac, inquam, ab omni corruptione et vetustate ex peccatis contracta, alienata, condidit duos in unum novum hominem a senio peccati atque injustitiæ liberatum. Non adhuc enim hic et ille suis cujusque proprietatibus exprimuntur, sed unius hominis secundum Christum formati idiomata utrumque denotant. Propius autem attinges quod dicitur, si intellexeris ipsum Dominum esse angularem summum lapidem, hos autem duos, parietes in ipso conditos.

« Faciens pacem. » Et inter se mutuo : nam

[h] Matth. v, 34. [i] Isa. LIV, 9.

Variæ lectiones.

[97] τὸ o. [98] διὸ o. [99] ἀπηλλάγμεθα o. [1] διατεγόμενον o. [2] μεταποιήσῃ m. [3] δόξῃ o. [4] ἄλλῳ τοῦτο ἐπέταξεν o. [5] ἀνοία o. [6] οἰκείοις o.

Digitized by Google

Judæus tum gentili copulatur, quando fidelis fuerit, maxime vero apud Deum : quod magis proprium est, ut deinceps pateſiet.

VERS. 16. « Et ut reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem. » Non dixit, Conciliet, sed, « Reconciliet, » ostendens quod et olim per legem conciliabatur ad Deum humana natura : deinde per transgressionem inimica magis facta, rursus ad Deum reconciliatione opus habuit, quæ quasi perfecta, merito appellatur reconciliatio. « In uno » autem « corpore, » hoc est, suo. Quæ enim nobis debebatur pœna, ipse sustinuit in corpore suo per crucem, id quod supra dixit, « In carne : » ac rursus, Duos condet in seipso. Nonnulli autem, « In uno corpore » sic intellexerunt, pro eo quod est, veluti unum corpus factos utrosque; cujus ipse est caput, conciliavit Deo.

« Interficiens inimicitiam in ipso. » Non dixit, solvens, verum quod et majorem habet emphasim, « Interficiens » ut non amplius resurgat. Quomodo igitur rursus resurgit inimicitia? Illa quidem nunquam resurgit, sed aliam progeneramus nos denuo peccantes. Quod ait, « In ipso, » vel ad crucem referendum est, vel ad corpus ipsius. Etenim inimicitiam in cruce etiam occidit et in proprio corpore, in quo crucem recepit.

VERS. 17. « Et veniens, evangelizavit pacem vobis qui longe eratis, et iis qui prope. » Non alium misit, sed ipse venit servi ac ministri formam induens, « prædicavitque pacem, » ad Deum videlicet, illis « qui longe » erant gentibus, « et iis qui prope » erant Judæis. Hi enim Deo familiariores putabantur. Dixit enim Christus : « Pacem relinquo vobis [i] : » et, « Confidite, **385** ego vici mundum [k] : » et, « Pater vos amat [l] : » et, « Omnia quæcunque petieritis, accipietis [m]. » Hæc enim omnia pacis signa sunt.

VERS. 18. « Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno Spiritu ad Patrem. » Iram solvit per propriam mortem, deinceps autem amabiles fecit Patri per Spiritum, gratos nos faciens una gratia. Non enim illos ut viciniores, majori, nos vero ut remotiores, minori donavit : sed in uno Spiritu utrisque unam gratiam dedit, sicque ad Patrem conduxit. Vel, « In, » præpositionem, pro, Per, accepit, ut sit sententia hujusmodi : Per ipsum et per Spiritum adducti sumus ad Patrem.

VERS. 19. « Ergo jam non estis hospites et advenæ, sed concives sanctorum. » Quia Filius manet in sempiternum, qui non sunt consecuturi supernam civitatem, hospites et advenæ sunt. Nos autem tales nunc non sumus, verum concives sanctorum, non simpliciter Judæorum, cæterum sanctorum illorum patriarcharum et prophetarum, ac in eamdem

A γὰρ Ἰουδαῖος τότε τῷ ἐθνικῷ συνάπτεται, ὅταν πιστὸς γένηται), μάλιστα δὲ πρὸς τὸν Θεόν· ὃ καὶ οἰκειότερον, ὡς διὰ τῶν ἑξῆς δηλοῖ.

Ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν. Πολλὰ νῦν πάσχει τὸ σῶμα· δεσμεῖται, μαστίζεται, μυρίοις δεινοῖς ὑποβάλλεται. Διὰ τοῦτο ταπεινώσεως σῶμα, ὅτι φθορᾷ καὶ ἀλγηδόσιν [18] ὑπόκειται· ἀλλὰ μετασχηματισθήσεται, τουτέστι, τὸ αὐτὸ μένον ἐνδύσεται ἀφθαρσίαν· μετασχηματισμὸν γὰρ, τὴν ἀπὸ φθορᾶς ἀλλαγὴν νόησον.

VERS. 21. *Qui transfigurabit corpus humiliationis nostræ.* Multa nunc patitur corpus: vincitur, flagellatur, innumeris malis objicitur. Ob hanc rem humiliationis corpus est, quod corruptioni atque dolori subjectum sit: sed transfigurabitur, id est, idem permanens induet incorruptibilitatem. Per transfigurationem enim a corruptione mutationem intellige.

Εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. Ἐπειδὴ σύμμορφον αὐτοῦ, φησὶν, ἐγένετο διὰ τῆς κοινωνίας τῶν παθῶν, σύμμορφον γενήσεται καὶ τῇ δόξῃ. Βαβαί! τί εἶπε; Τῷ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων προσκυνουμένῳ, τῷ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς καθημένῳ, τῷ τῆς δόξης ὄντι σώματι σύμμορφον γίνεται τὸ σῶμα ἡμῶν, καὶ οὕτω δοξάζεται, ὡς ἐκεῖνο! Ἆρα ἂν πᾶσα ἡ οἰκουμένη ἐπὶ τὸ αὐτὸ δακρύῃ τοὺς ἐκπίπτοντας τῆς τοιαύτης δόξης, ἀξίως δακρύσει;

Ut efficiatur conforme ipsum corpori gloriæ ipsius. Quandoquidem, inquit, conforme ipsi factum est per afflictionum communicationem, conforme etiam efficietur gloriæ ipsius. Papæ! quid dixit? Ei quod ab angelis adoratur, quod ad dextram Patris sedet, gloriæ corpori conforme fit corpus nostrum, ac perinde glorificatur ut illud! Nonne igitur si universus mundus simul lacrymetur ac defleat eos qui a gloria hac excidunt, digne lacrymabitur? D

Κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι ἑαυτῷ τὰ πάντα. Ἐπειδὴ μέγα εἶπε καὶ σχεδὸν ἄπιστον, φησί· Μὴ ἀπιστήσῃς· δύναμιν γὰρ ἔχει, δι' ἧς ἐνεργεῖ τὰ πάντα, καὶ ὑπέταξεν ἀγγέλους, καὶ ἀρχαγγέλους, καὶ δαίμονας· ὥστε ἐπεὶ ἐκεῖνα τὰ μείζω ἐποίησε, πολλῷ μᾶλλον τοῦτο τὸ ἔλαττον ἐκείνων ποιήσει. Τί; δὲ ὑπέταξεν; Οἱ μέν φασιν, ὅτι ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ὑπέταξεν αὐτῷ, τῷ Χριστῷ δηλαδὴ, τὰ

Secundum operationem qua potest ipse etiam suo jugo sibi omnia. Quia magnum dixerat, ac propemodum incredibile, Ne dubites, inquit: habet enim potentiam, per quam operatur omnia, ac subjecit angelos et archangelos et dæmones. Quare si illa majora fecit, multo magis hoc, quod minus illis, faciet. Quis vero subjecit? Nonnulli asseverant quod Deus Pater subjecerit ipsi, Christo videlicet, omnia.

[a] I Cor. xv, 32.

Variæ lectiones.

[16] ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο o. [17] γὰρ o. [18] - γηδόνι o.

Digitized by Google

Cæterum inconsequens illud est : non enim de Patre supra locutus est. Satius igitur est hoc de Christo intelligere, qui per virtutem divinitatis subjecit ipsi, corpori suo videlicet, omnia. Non enim metuemus dividere Christum : unum enim novimus ipsum etiam in diversitate naturarum.

A πάντα. Πλὴν ἀνακόλουθόν ἐστιν· οὐ γὰρ εἶπεν ἄνω περὶ τοῦ Πατρός. Βέλτιον οὖν περὶ τοῦ Χριστοῦ τοῦτο νοεῖν, ὃς διὰ τῆς δυνάμεως τῆς θεότητος ὑπέταξεν αὐτῷ, τῷ σώματι αὐτοῦ δηλαδή, τὰ πάντα. Οὐ γὰρ δὴ φοβηθησόμεθα μήποτε διέλωμεν τὸν Χριστόν· ἕνα γὰρ οἴδαμεν αὐτὸν καὶ ἐν τῇ ἑτερότητι τῶν φύσεων.

CAPUT IV.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Vers. 1. *Proinde, fratres mei dilecti et desiderabiles, gaudium meum et corona mea, sic state in Domino, dilecti.* Itaque, inquit, etsi cernatis hos gaudentes et gloria affectos, state vos perinde ac consistitis, sperando quod una cum Christo glorificabimur, neque ab ea spe excidatis. Observa autem quantis encomiis eos evehat. *Fratres*, inquit, et non simpliciter, verum, *Dilecti :* et adhuc, *Desiderabiles*, hoc est, A me inquisiti, quando a me videamini. Præterea, *Gaudium ;* neque hoc simpliciter, verumetiam, *Corona*, qua non est aliud quiddam celebrius. Ante adhortationem eos commendavit, ac rursus post exhortationem : in tanto fuerunt apud eum pretio, ut tali tantoque honore ipsos dignaretur Paulus.

Ὥστε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ καὶ ἐπιπόθητοι, χαρὰ καὶ στέφανός μου, οὕτω στήκετε ἐν Κυρίῳ, ἀγαπητοί. Ὥστε, φησὶν, εἰ καὶ ὁρᾶτε τούτους χαίροντας καὶ δεδοξασμένους, ἀλλ' ὑμεῖς στήκετε οὕτως, ὥσπερ ἵστασθε, ἐν τῷ ἐλπίζειν ὅτι συνδοξασθησόμεθα Χριστῷ, μὴ παρατραπῆτε. Ὅρα δὲ, πόσα τὰ ἐγκώμια· Ἀδελφοί, καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ', Ἀγαπητοί, καὶ ἔτι, Ἐπιπόθητοι, τουτέστιν, Ἐπιζητούμενοι πότε ὀφθήσεσθέ μοι. Καὶ ἔτι· Χαρὰ, καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ, Στέφανος, οὗ ἐνδοξότερον οὐκ ἔστιν ἄλλο[28] τι. Καὶ πρὸ τῆς παραινέσεως ἐγκώμιον, καὶ αὖ μετὰ τὴν παραίνεσιν· οὕτως ἦσαν ἀξιόλογοι, ὥστε τοσαύτης τιμῆς ἀξιοῦσθαι παρὰ Παύλου.

B

454 Vers. 2, 3. *Evodiam rogo, et Syntychem rogo idem sapere in Domino. Etiam rogo et te, germane compar, adjuva eas.* Videntur mihi mulieres istæ caput esse Ecclesiæ quæ ibi erat. Commendat itaque has viro cuipiam admirando, qui aut frater fuit alterius ipsarum, aut maritus. Forsan autem et custos iste fuit carceris ; perinde quasi dicat : Jam tandem frater es germanus, nunc genuinus vir, si in opere Domini idem jugum trahas, adjuvans illas. Nonnulli autem in errorem inducti, aiunt Paulum hic propriam suam conjugem precari ; verum enimvero ita non est : ut enim alia prætermittam, si suam uxorem intelligere voluisset, Γνησία σύζυγε, dicere debuisset.

Εὐωδίαν[29] παρακαλῶ, καὶ Συντύχην παρακαλῶ τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν Κυρίῳ. Καὶ ἐρωτῶ καὶ σὲ, γνήσιε σύζυγε, συλλαμβάνου αὐταῖς. Δοκοῦσί μοι αὗται αἱ γυναῖκες τὸ κεφάλαιον εἶναι τῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐκεῖ. Παρατίθεται οὖν ταύτας ἀνδρί τινι θαυμαστῷ, ὃς ἢ ἀδελφὸς ἦν μιᾶς αὐτῶν, ἢ καὶ ἀνήρ. Τάχα δὲ καὶ ὁ δεσμοφύλαξ ἴσως ἂν ἦν οὗτος· ὡς ἂν εἰ ἔλεγε· Νῦν ἀδελφὸς εἶ γνήσιος, νῦν ἀνὴρ γνήσιος, ἐὰν ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Κυρίου τὸν αὐτὸν ἕλκῃς ζυγὸν, συλλαβόμενος[31] αὐταῖς. Τινὲς δὲ πλανηθέντες, τὴν αὐτοῦ γυναῖκά φασι τὸν Παῦλον παρακαλεῖν ἐνταῦθα· ἀλλ' οὐκ ἔστιν. Ἵνα γὰρ τἆλλα ἐάσω, ἔδει, Γνησία σύζυγε, εἰπεῖν.

C

Quæ mecum laboraverunt in Evangelio, cum Clemente et cæteris adjutoribus meis. Non exiguam, inquit, partem istæ quoque contulerunt, etiamsi haud pauci alii essent auxiliatores. Propterea, *Laboraverunt mecum*, ait. Non parum enim tum sane Ecclesiæ conjungebantur, altero alterum honorante et adjuvante. Verum hodie quis noster, proh dolor! status est? Alter alterum dejicimus : hinc etiam fit, ut simus plane diversi ab iis qui tum vixere.

Αἵτινες ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι, μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν τῶν συνεργῶν μου. Οὐ μικρὸν καὶ[32] αὗται, φησὶ, συνεβάλοντο μέρος, καίτοι πολλῶν ὄντων καὶ ἄλλων τῶν συνεργούντων. Διὸ καὶ, Συνήθλησάν μοι, λέγει. Οὐ μικρῶς γὰρ τότε συνεκροτοῦντο αἱ Ἐκκλησίαι, ἄλλου τὸν ἄλλον τιμῶντος καὶ βοηθοῦντος. Ἀλλὰ νῦν, φεῦ! ὅπως ἔχομεν. Εἰς τὸν ἕνα καταβάλλομεν· διὰ τοῦτο καὶ οὕτως ἐχόμεν ἐναντίως τοῖς τότε.

D

Quarum nomina sunt in libro vitæ. Animadvertis quantum virtutis mulierculis tribuat? Nam quod Dominus apostolis dixit, *Nomina vestra scripta sunt in cœlis* p, hoc iis Paulus attribuit, quod nomina earum cum reliquis inscripta sint in libro vitæ, hoc est, in cognitione et judicio Dei. Vel illis vitam adjudicavit etiamnum ex fide earum, quemadmodum, *Qui non credit jam judicatus est* q, atque forte libro mortis insertus est.

Ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. Ὁρᾷς, ὅσην ἀρετὴν ταῖς γυναιξὶ μαρτυρεῖ; Ὁ γὰρ τοῖς ἀποστόλοις ὁ Κύριος εἶπεν, ὅτι *Τὰ ὀνόματα ὑμῶν γέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, τοῦτο καὶ αὐταῖς ὁ Παῦλος προσμαρτυρεῖ, μετὰ τῶν λοιπῶν ἐν βίβλῳ ζωῆς γεγράφθαι τὰ ὀνόματα, τουτέστι, τῇ γνώσει τοῦ Θεοῦ καὶ τῇ κρίσει. Ἢ τὴν ζωὴν αὐταῖς ἐπεψηφίσατο ἐντεῦθεν ἤδη, ὥσπερ, Ὁ μὴ πιστεύων ἤδη κέκριται, καὶ τάχα ἐν βίβλῳ θανάτου γέγραπται.

Vers. 4. *Gaudete in Domino semper.* Quomodo

Χαίρετε ἐν Κυρίῳ πάντοτε. Πῶς οὖν ὁ Κύριος

p Luc. x, 20. q Joan. III, 18.

Variæ lectiones.

[28] ἕτερον o. [29] Εὐδοκίαν θ. [31] συλλαμβανόμενος o. [32] δὲ o.

Digitized by Google

λέγει· *Μακάριοι οἱ πενθοῦντες;* Ὅτι τοῦτο αὐτό ἐστι χαίρειν, τὸ οὕτω πενθεῖν. Οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπε, Χαίρετε, ἀλλ', *Ἐν τῷ Κυρίῳ.* Ὁ δὲ ὢν ἐν Κυρίῳ πάντοτε χαίρει, κἂν στρεβλῶται, κἂν ξαίνηται. Ὑπέστρεφον γὰρ, φησὶ, *χαίροντες ἀπὸ τοῦ δικαστηρίου, ὅτι ἠξιώθησαν ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ ἀτιμασθῆναι.*

Πάλιν ἐρῶ, χαίρετε. Ἐπειδὴ τῶν πραγμάτων ἡ φύσις λύπην ἔτικτε, διὰ τοῦ διπλασιασμοῦ δείκνυσιν, ὅτι πάντως δεῖ χαίρειν.

Τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν γνωσθήτω πᾶσιν ἀνθρώποις. Ἐπειδὴ ἄνω διέβαλλέ τινας ὁ Παῦλος, ὡς ἐχθροὺς τοῦ σταυροῦ, παραινεῖ μὴ ἀπεχθῶς πρὸς τούτους ἔχειν, ἀλλ' ἐπιεικῶς κεχρῆσθαι τούτοις, κἂν ἐχθροὶ ὦσι.

Ὁ Κύριος ἐγγύς, μηδὲν μεριμνᾶτε. Ἀλλὰ ζηλοῦτε, ὅτι τρυφῶσιν ἐκεῖνοι καὶ ὑβρίζουσιν, ὑμεῖς δὲ ἐν θλίψει. *Ὁ Κύριος ἐγγύς,* ἤδη ἡ κρίσις ἐπέστη, μηδὲν μελέτω ὑμῖν μήτε τῆς ἐκείνων ὕβρεως, μήτε τῆς ὑμῶν θλίψεως· δώσουσι γὰρ λόγον ἐκεῖνοι, καὶ ὑμεῖς ἀναπαύσεσθε.

Ἀλλ' ἐν παντὶ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει μετὰ εὐχαριστίας τὰ αἰτήματα ὑμῶν γνωριζέσθω πρὸς τὸν Θεόν. Ἰδοὺ καὶ ἑτέρα παραμυθία, τὸ εὔχεσθαι ἐν παντὶ πράγματι, καὶ τοῦτο μετὰ εὐχαριστίας. Πῶς γὰρ ἄν τις αἰτήσει [33] τὰ μέλλοντα, μὴ ὑπὲρ τῶν προτέρων εὐγνωμοσύνην ἐπιδειξάμενος; Ὥστε ὑπὲρ πάντων, καὶ τῶν δοκούντων ἐναντίων, εὐχαριστεῖν δεῖ. Τὸ γὰρ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς εὐχαριστεῖν, καὶ ἡ φύσις τῶν πραγμάτων ἀπαιτεῖ· ἐκεῖνο δὲ, ψυχῆς εὐγνώμονος. Αἱ τοιαῦται εὐχαὶ γνωρίζουσι τὰ αἰτήματα ἡμῶν πρὸς τὸν Θεόν. Τὰς γὰρ ἄλλως γινομένας οὐδὲ ἐπιγινώσκει.

Καὶ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τουτέστιν, ἡ καταλλαγὴ, ἣν πρὸς ἀνθρώπους ἐποιήσατο, ἥτις ὑπερέχει πάντα νοῦν, οὐκ ἀνθρώπινον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀγγελικόν· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν· Ὁ ῥυσάμενος ἡμᾶς οὕτως, ὡς οὐδὲ ὁ νοῦς καταλαβεῖν δύναται. Τίς γὰρ προσεδόκησεν, ὅτι τοσαῦτα ἡμῖν ἔσεται ἀγαθὰ, καὶ ὅτι [34] καταλλαγησόμεθα τῷ Θεῷ; αὐτὸς ὑμᾶς φυλάξει καὶ ἀσφαλίσαιτο, ὥστε μηδὲ ἐννοῆσαί τι πονηρόν. Ἢ εἰρήνην φησὶν, ἣν ὁ Κύριος εἶπεν· *Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν·* αὕτη φρουρήσει ὑμᾶς. Καὶ γὰρ ἡ εἰρήνη αὕτη ὑπερέχει πάντα νοῦν, ὅταν κελεύῃ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς εἰρηνεύειν, πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας. Εἰ δὲ ἡ εἰρήνη ὑπερέχει πάντα νοῦν, πόσῳ μᾶλλον ἡ οὐσία; Τὸ δὲ, *Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ,* τοῦτ' ἔστιν, Ἐν αὐτῷ φυλάξει [35], ὥστε μὴ ἐκπεσεῖν αὐτοῦ, ἀλλὰ μᾶλλον μένειν ἐν αὐτῷ.

Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί. Ὡς ἐπειγόμενος, καὶ οὐδὲν κοινὸν ἔτι ἔχων πρὸς τὰ παρόντα [36], οὕτω φησίν.

A igitur Dominus dixit, *Beati qui lugent* [s]? Quia hoc ipsum sic lugere, est gaudere. Non enim simpliciter dixit, Gaudete, sed, *In Domino.* Qui autem in Domino est, semper gaudet, etiamsi torqueatur, vel dilaceretur. *Revertebantur,* inquit, *a concilio gaudentes, quoniam digni habiti essent pro Christo contumelia affici* [t].

Iterum dico, gaudete. Quia rerum natura mœrorem pariebat, per duplicationem verbi ostendit, omnino esse gaudendum.

Vers. 5. *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus.* Quia supra accusabat quosdam Paulus, ecu inimicos crucis, adhortatur jam ut non infense, sed clementer istos tractent, etiamsi hostes sint.

B

Vers. 5, 6. *Dominus prope est, nihil solliciti sitis.* At vero æmulamini, quod isti in voluptatibus vivant, vosque injuria afficiant, cum vos in afflictione laboretis. *Dominus prope est,* jam judicium **455** instat : nihil vobis sit curæ, neque illorum injuria, neque vestra afflictio : isti enim Deo rationem reddent, et vos quiete fruemini.

Sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum. Eu aliam consolationem, nempe, orare in omni re, idque cum gratiarum actione. Quomodo enim quisquam futura rogaverit, qui sese pro prioribus beneficiis non exhibuit gratum? Itaque pro omnibus, etiam iis quæ adversa videntur, gratiæ sunt agendæ. Nam pro bonis nos gratos esse vel ipsa rerum natura postulat : illud autem est animæ vere gratæ. Hujusmodi orationes patefaciunt petitiones nostras coram Deo : aliter enim factas ne agnoscit quidem.

C

Vers. 7. *Et pax Dei, quæ exsuperat omnem intellectum, custodiet corda vestra, et intelligentias vestras in Christo Jesu.* Hoc est, reconciliatio quam cum hominibus fecit, quæ excedit omnem intellectum, nedum humanum, verum etiam angelicum, perinde ac si dicat : Qui sic nos liberavit, ut ne intellectus quidem comprehendere possit. Quis enim exspectasset tanta nobis obventura esse bona, nosque Deo reconciliandos? Ipse vos custodiat et muniat, ne aliquid mali intelligatis, aut cogitetis. Vel pacem dicit, de qua Dominus loquitur, *Pacem relinquo vobis* [t], ista custodiet vos. Etenim pax ista exsuperat omnem intellectum, quando jubet ut pacem cum inimicis habeamus, et cum his qui nos injuria afficiunt. Si autem hæc pax exsuperat omnem intellectum, quanto magis substantia? Quod vero ait, *In Christo Jesu,* hoc est : In ipso vos custodiet, ut ab eo non excidatis, sed potius ut perseveretis in eo.

D

Vers. 8. *Quod reliquum est, fratres.* Tanquam festinans, et nihil commune habens cum eis quæ præsentia sunt, sic inquit.

[s] Matth. v, 4. [t] Act. v, 22. [t] Joan. xiv, 17.

Variæ lectiones.

[33] αἰτήσηται o. [34] οὕτω o. [35] φυλάξειν o. [36] πρὸς ταῦτα δὴ τὰ παρόντα o.

Digitized by Google

Quæcunque vera sunt. Hoc est, virtutibus prædicta. Vitium enim mendacium est, et voluptas ejus.

Quæcunque severa sunt. Ad eos qui terrena sapiunt.

Quæcunque casta. Ad eos quorum deus venter est.

Quæcunque amabilia. Id est, Deo et hominibus grata. Hoc vero, ne offendant aliquos.

Quæcunque boni nominis : si qua virtus, et si qua laus. Viden' quod et eorum quæ attinent ad homines rationem habere eos velit? sed non simpliciter, verum cum appendice hac, *Si qua virtus.*

Hæc cogitate. Quia e cogitationibus prava opera nascuntur, *Hæc cogitate*, inquit, quæ sunt prædicta.

456 VERS. 9. *Quæ et didicistis, et accepistis, et audivistis, et vidistis in me.* Quia non licebat de omnibus exacte dicere, de ingressibus, exitibus, verbo, habitu, in summa inquit : Quæcunque didicistis et audivistis per doctrinam, et accepistis in scriptis, et vidistis in me per ipsa opera. Hæc enim, ut sæpe commemoratum est, optima est doctrina, seipsum exemplar exhibere.

Hæc agite. Non solum cogitate, ut paulo ante dictum, neque dicite solummodo, verum etiam facite.

Et Deus pacis erit vobiscum. Hoc est, In tranquillitate vivetis, si hæc egeritis. Si enim pacem habeamus, et apud Deum, videlicet per virtutem, et apud homines (*Cum odientibus enim pacem eram*, inquit, *pacificus* [a]), erit ipse Deus nobiscum. Qui enim fugientes sectatur, qui accedentibus non aderit?

VERS. 10. *Gavisus sum in Domino vehementer, quod tandem aliquando refloruistis pro me sentire.* Non mundano more gavisus sum, inquit, neque pro hujus sæculi ratione, sed, *In Domino*, non quod ego refocillationem habuerim, verum quod vos progressi estis. Propterea et vehementer dicit, quia pro ipsorum utilitate. Cum autem ob præteritum tempus clanculum eos objurgasset, ut continuo et semper impertire doceat, idem rursus adumbravit. Nam istud, *Tandem aliquando*, longi temporis lapsum demonstrat. *Refloruistis* autem dixit, veluti de plantis, postquam germinassent, arefactis, ac denuo repullulascentibus. Et vos, inquit, cum essetis floridi, emarcuistis, deinde refloruistis. Itaque hoc pariter objurgatio est et laus : non enim parum est, eum, qui exaruit, repullulascere. Ne vero existimet aliquis quod et in reliquis exaruerint, intulit, *Pro me sentire :* in hoc solum, ut

A *Ὅσα ἀληθῆ.* Τουτέστιν, ἐνάρετα. Ἡ γὰρ κακία ψεῦδος, καὶ ἡ ἡδονὴ αὐτῆς.

Ὅσα σεμνά. Πρὸς τοὺς τὰ ἐπίγεια φρονοῦντας (2).

Ὅσα ἁγνά. Πρὸς τοὺς, ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία.

Ὅσα προσφιλῆ. Τουτέστι, καὶ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. Τοῦτο δὲ, διὰ τὸ μὴ προσκρούειν τισί.

Ὅσα εὔφημα· εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος. Ὁρᾷς, ὅτι καὶ τῶν πρὸς ἀνθρώπους προνοεῖν αὐτοὺς βούλεται; ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ τὸ εἰπεῖν· *Εἴ τις ἀρετή.*

B *Ταῦτα λογίζεσθε.* Ἐπειδὴ ἀπὸ ἐννοιῶν αἱ πονηραὶ πράξεις γίνονται, *Ταῦτα λογίζεσθε*, φησὶ, τὰ προειρημένα.

Ἃ καὶ ἐμάθετε, καὶ παρελάβετε, καὶ ἠκούσατε, καὶ εἴδετε ἐν ἐμοί. Ἐπειδὴ οὐκ ἐνῆν περὶ πάντων ἀκριβολογεῖσθαι, περὶ εἰσόδων, περὶ ἐξόδων, ῥήματος, σχήματος [37], ἐν κεφαλαίῳ φησίν· Ὅσα ἐμάθετε καὶ ἠκούσατε διὰ διδασκαλίας, καὶ παρελάβετε ἐγγράφως [38], καὶ εἴδετε ἐν ἐμοὶ δι' ἔργων αὐτῶν. Τοῦτο γὰρ, ὡς πολλάκις εἴρηται, διδασκαλία ἀρίστη, τὸ ἑαυτὸν τύπον παρέχειν.

Ταῦτα πράσσετε. Μὴ μόνον λογίζεσθε, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, μηδὲ λέγετε μόνον, ἀλλὰ καὶ πράττετε.

Καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν. Τουτέστιν, Ἐν γαλήνῃ ἔσεσθε, ἐὰν ταῦτα πράσσητε. Ἐὰν γὰρ εἰρηνεύωμεν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν, δι' ἀρετῆς δηλαδὴ, καὶ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους (*Μετὰ τῶν μισούντων* γὰρ, φησὶ, *τὴν εἰρήνην, ἤμην εἰρηνικός*), ἔσται αὐτὸς μεθ' ὑμῶν. Ὃς γὰρ καὶ φεύγοντας διώκει, πῶς οὐ προστοῦσι συνέσται [39];

D *Ἐχάρην δὲ ἐν Κυρίῳ μεγάλως, ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε εἰς τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν.* Οὐ κοσμικῶς ἐχάρην, φησὶν, οὐδὲ βιωτικῶς, ἀλλ', *ἐν Κυρίῳ*· οὐχ ὅτι ἀνάπτυσιν ἔσχον ἐγὼ, ἀλλ' ὅτι ὑμεῖς προεκόψατε. Διὰ τοῦτο καὶ μεγάλως, ὅτι ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ὠφελείας. Ἠρέμα δὲ ἐπιτιμήσας ὑπὲρ τοῦ παρελθόντος [40] χρόνου, ὡς ἂν διδάξῃ συνεχῶς καὶ διαπαντὸς μεταδιδόναι, πάλιν αὐτὸ συνεσκίασε. Τὸ γὰρ, *Ἤδη ποτὲ*, χρόνον δηλοῖ μακρόν. Καὶ τὸ, *Ἀνεθάλετε* δὲ, ὡς ἐπὶ φυτῶν βλαστησάντων [41], εἶτα ξηρανθέντων, καὶ αὖθις ἀναθαλλόντων. Καὶ ὑμεῖς, φησὶν, ὄντες ἀνθηροὶ ἐμαράνθητε, εἶτα ἀνεθάλετε. Ὥστε καὶ ἐπιτίμησίς ἐστι καὶ ἔπαινος τοῦτο [42]. Οὐ γὰρ μικρὸν τὸ μαρανθέντα ἀναθῆλαι πάλιν. Ἵνα δὲ μὴ νομίσῃ τις ὅτι [43] καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἐμαράνθησαν, ἐπήγαγεν· *Εἰς τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν*· εἰς τοῦτο μόνον τὸ φροντίζειν μου τῆς ἀναγκαίας χρείας. Ζητητέον δὲ, πῶς ὁ λέγων; *Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβά-*

[a] Psal. CXIX, 7.

Variæ lectiones.

[37] ῥήματα, σχήματα O. [38] ἀγράφως O. [39] -σεται O. [40] παρόντος O. [41] τῶν βλαστησ. O. [42] οὗτος O. [43] νομίσῃ; ὅτι O.

(2) Vix dubitari potest, mutilum hic esse textum. Adde ex cod. S. Marci Veneti : *Ὅσα δίκαια.* Πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας. « [*Quæcunque justa.* Ad iniuste facientes. »

Digitized by Google

νειν· καὶ πάλιν πρὸς Κορινθίους, *Καλόν μοι μᾶλλον ἀποθανεῖν, ἢ τὸ καύχημά μου, ἵνα τις κενώσῃ*, νῦν εὑρίσκεται λαμβάνων; Ἐκεῖ εἰκότως οὐκ ἐλάμβανε, διὰ τοὺς ψευδαποστόλους ὑποκρινομένους τὸ μὴ λαμβάνειν, *Ἵνα ἐν ᾧ, φησὶ, καυχῶνται, εὑρεθῶσι ὡς κἀγώ*. Καὶ γὰρ οὐχ ἁπλῶς; εἶπεν· Οὐ φραγήσεται τὸ καύχημά μου, ἀλλ', *Ἐν τοῖς κλίμασι τῆς Ἀχαΐας*· ἐπεὶ, *Ἄλλας*, φησὶν, *Ἐκκλησίας ἐσύλησα*. Ὥστε ἐκεῖ οἰκονομικῶς οὐκ ἐλάμβανεν· ἐνταῦθα δὲ ἀγαπητοὶ οἱ διδόντες καὶ ἐπιπόθητοι, οὓς, εἰ μὴ ἐλάμβανεν [46], ἔπληξεν ἄν. Ἄλλως τε, καὶ τὸ λαμβάνειν, ὑπὲρ τῶν διδόντων μᾶλλόν ἐστιν· αὐτοὶ γὰρ [48] ὠφελοῦνται μᾶλλον ἢ οἱ λαμβάνοντες. Τὸ δὲ λέγειν, *Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν*, οὐκ ἀπαγόρευσις ἁπλῶς ἐστι τοῦ λαμβάνειν, ἀλλὰ σύγκρισίς ἐστι, τὸ κρεῖττον ὑποδεικνύουσα. Οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ κλλίων ὁ χρυσὸς, ἤδη ἀπαγορεύει τις τὸ ἔχειν ἀργύριον. Ἄλλως δὲ καὶ ἐκεῖνο [48] περὶ τοῦ ἐργάζεσθαι, καὶ ἐκ τοῦ ἔργου διδόναι λέγει, καὶ δεῖ οὕτω ποιεῖν. Ἐὰν δὲ μὴ ᾖ καιρὸς τοῦ ἐργάζεσθαι, δεσμῶν [47] περιτεθειμένων ἢ ἀῤῥωστίας, τί δεῖ] ποιητέον; οὐ δεῖ λαμβάνειν; Ἐγὼ μὲν οἶμαι.

A solliciti sitis in subministratione eorum quæ mihi sunt necessaria. Quærendum autem est, Quomodo is qui dicit, *Beatius est dare quam accipere* [y]: et rursus ad Corinthios, *Satius est mihi emori, quam ut gloriationem meam quisquam evacuet* [x]: nunc invenitur accipere? At illic non injuria nihil accipiebat, propter pseudapostolos, qui se nihil accipere simulabant, *Ut in quo gloriantur*, inquit, *inveniantur sicut et ego* [y]. Etenim non simpliciter dixit, Non infringetur gloriatio mea, sed, *In finibus Achaiæ* [z]. Nam, *Alias*, inquit, *Ecclesias deprædatus sum* [a]. Consulto itaque illic non accipiebat: hic vero dilecti sunt dantes ac desiderabiles, a quibus nisi accepisset, perturbasset eos. Insuper, accipere pro dantibus magis est: etenim majori commoditate afficiuntur ii qui dant quam qui accipiunt. Quod vero ait, *Beatius* **457** *est dare quam accipere*, non est simpliciter interdictio accipiendi, verum comparatio est, quæ id quod melius est submonstrat. Non enim quia potius est aurum, vetat quisquam ne argentum habeas. Præterea illud de labore, et de eleemosyna ex opere nostro danda dicit, atque ita sane faciendum est. Sin vero tempus operandi non fuerit, vinculis nimirum impositis, vel ægritudine, quid tum faciendum? nonne accipiendum est? Equidem opinor.

B

Ἐφ' ᾧ καὶ ἐφρονεῖτε. Τουτέστιν, Εἴχετε μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ τὴν περὶ ἐμοῦ φροντίδα, καὶ ἐμεριμνᾶτε ὑπὲρ ἐμοῦ· καὶ γὰρ καὶ ἔθος ὑμῖν φροντίζειν [ὑπέρ] μου.

Sicut et sentiebatis. Hoc est, Gerebatis quidem in corde pro me sollicitudinem, et pro me solliciti eratis: nam et in more vobis est, ut pro me solliciti sitis.

C

Ἠκαιρεῖσθε δέ. Οὐ τῆς ῥᾳθυμίας ὑμῶν, φησὶν, ἀλλὰ τῆς ἀνάγκης τοῦτο· τουτέστιν, Οὐκ εἴχετε ἐν χερσὶν, οὐδὲ ἐν ἀφθονίᾳ ἦτε· ἀπὸ τῆς κοινῆς συνηθείας τοῦτο λαβών. Ὡς λέγομεν· Στενοχωρία μοι ἐπῆλθε, κακὸς καιρὸς νῦν ἐστιν.

Non habebatis autem opportunitatem. Hoc non socordiæ vestræ fuit, inquit, sed necessitatis: hoc est, Non habebatis in manibus vestris, neque abundabatis: a communi loquendi consuetudine hoc desumens. Solemus enim dicere, Angustia me invasit, malum tempus nunc est.

Οὐχ ὅτι καθ' ὑστέρησιν λέγω. Οὐ διὰ τοῦτο μέμφομαι ὑμῖν, ὡς ἐν ἐνδείᾳ ὤν, καὶ τὸ ἐμαυτοῦ σκοπῶν.

VERS. 11. *Non quod per penuriam hæc dicam.* Non propterea de vobis conqueror, quod penuria angar, atque meam ipsius rem spectem.

Ἐγὼ γὰρ ἔμαθον, ἐν οἷς εἰμι, αὐτάρκης εἶναι. Ὁρᾷς, ὅτι δυσκατόρθωτόν ἐστι τὸ ἐν αὐταρκείᾳ χαίρειν, καὶ γυμνασίας δεῖται καὶ μελέτης; *Ἔμαθον γὰρ*, φησίν.

Ego enim didici, in quibus sum, iis contentus esse. Observas hic difficile esse ut aliquis sua sufficientia gaudeat, et quod exercitio et meditatione opus habeat? *Didici enim*, inquit.

Οἶδα καὶ ταπεινοῦσθαι, οἶδα καὶ περισσεύειν. Τουτέστι, Καὶ ὀλίγοις κεχρῆσθαι οἶδα, καὶ λιμὸν ὑποφέρειν καὶ ἔνδειαν, καὶ αὖ περισσεύειν. Καὶ ποία τοῦτο ἀρετὴ, τὸ εἰδέναι περισσεύειν; Καὶ σφόδρα μὲν οὖν μεγάλη. Πλείους γὰρ ἡ περισσεία ἐκτραχηλίζει, ἢ ἡ ἔνδεια, εἰς πλείους ἐπιθυμίας καὶ ἀτόπους ἐκκαίουσα. Πῶς δὲ ᾔδει ὁ Παῦλος περισσεύειν; Ὅτι εἰς ἄλλους ἀνήλισκε, καὶ οὐκ ἔχαιρεν ἐπὶ τῇ περισσείᾳ [48], ἀλλ' ἴσος ἦν ἔν τε πλησμονῇ καὶ ἐν ἐνδείᾳ, οὔτε ἐπὶ ταύτῃ χαυνούμενος, οὔτε ἐπὶ τῇ ἐνδείᾳ πιεζόμενος.

VERS. 12. *Scio et humiliari, scio et abundare.* Id est, et paucis uti novi, et famem perferre, et penuriam, et rursus exuberare. Qualis autem virtus est istud, novisse exuberare? Omnino certe magna: plures enim abundantia subvertit quam penuria, ad plurimas et absurdas cupiditates accendens. Quomodo autem novit Paulus abundare? Quoniam in alios impendebat, nec gaudebat in superabundantia, sed æqualis erat in saturitate et indigentia; neque enim ob hanc laxabatur, neque ob inopiam premebatur.

D

Ἐν παντὶ καὶ ἐν πᾶσι μεμύημαι. Ἐν παντὶ τῷ μακρῷ χρόνῳ, καὶ ἐν παντὶ πράγματι, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς παρεμπίπτουσι πεῖραν ἔλαβον.

In omni et in omnibus institutus sum. In omni longo tempore, et in omni re, et in omnibus quæ obiter incidunt, experientiam accepi.

[y] Act. xx, 35. [x] I Cor. ix, 15. [y] II Cor. xi, 12. [z] ibid. 10. [a] ibid. 8.

Variæ lectiones.

[46] ἔλαβεν o. [48] καὶ γὰρ o. [48] ἄλλως τε ἐκεῖ o. [47] πολέμων καὶ ταραχῶν o. [48] παῤῥησίᾳ o.

Digitized by Google

Et satiari, et esurire, et abundare, et penuriam pati. Israelitæ neque esurire noverunt : oblocuti sunt enim Deo, dicentes : *Numquid poterit Deus parare mensam* [b]? Sed neque satiari. Manducaverunt enim, et impleti sunt, et recalcitrarunt. Verum Paulus, et Christiani sese aliter gerunt. Monstrat autem per hæc, quod neque antea, cum non conferrent, tristaretur, neque nunc, cum darent, gavisus sit humana ratione, sed eorum nomine lætatum se indicat, ceu ipsi per hæc adjutarentur.

A *Καὶ χορτάζεσθαι, καὶ πεινᾷν, καὶ περισσεύειν, καὶ ὑστερεῖσθαι.* Οἱ Ἰσραηλῖται οὔτε πεινᾷν ἤδεσαν· κατελάλησαν γὰρ τοῦ Θεοῦ, καὶ εἶπον· *Μὴ δυνήσεται ὁ Θεὸς ἑτοιμάσαι τράπεζαν;* ἀλλ' οὐδὲ χορτάζεσθαι· ἔφαγον γὰρ, καὶ ἐνεπλήσθησαν, καὶ ἀπελάκτισαν. Ἀλλ' ὁ Παῦλος, καὶ οἱ κατὰ Χριστὸν, οὐχ οὕτω. Δείκνυσι δὲ διὰ τούτων, ὅτι οὔτε πρότερον, μὴ διδόντων, ἐλυπεῖτο, οὔτε νῦν, δόντων, ἐχάρη ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῶν, ὡς ὠφελουμένων.

VERS. 13. *Omnia possum in eo qui me confortat, Christo.* Quia sentiebat quod magna **458** de se locutus esset, ait : Non meum opus est, sed Christi, qui mihi robur dedit.

Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. Ἐπειδὴ ἤσθετο μεγάλα εἰπὼν περὶ ἑαυτοῦ, φησίν· Οὐκ ἐμὸν τὸ κατόρθωμα, ἀλλὰ τοῦ τὴν ἰσχὺν δεδωκότος Χριστοῦ.

VERS. 14. *Verumtamen bene fecistis, communicantes tribulationi meæ.* Dixerat, Novi esse contentus. Ne igitur propter hoc Philippenses offenderentur, ceu non libenter accepisset, quæ illi obtulissent, sed inutilia hæc reputasset (solent enim dantes offendi, quando accipientes asserunt se non indigere), huic rei medetur, inquiens : *Verumtamen recte fecistis* : hoc est, Etsi opus non habeam, attamen gratiam et munus vestrum accepi. Expende hic sapientiam, quomodo rem extollit. *Communicantes afflictioni meæ*, inquiens, pares ipsos sibi constituit. Ego quidem, inquit, hæc patior ; quia vero mei curam gessistis, Deus etiam vos pro colluctatoribus meis reputat. Per ea igitur quæ supra dicta sunt, fastum eorum dissipavit : per ea vero quæ nunc dicuntur, promptitudinem eorum corroborat.

B *Πλὴν καλῶς ἐποιήσατε, συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει.* Εἶπεν, ὅτι Οἶδα αὐτάρκης εἶναι. Ἵνα οὖν μὴ σκανδαλισθῶσιν οἱ Φιλιππήσιοι ἐπ' αὐτῷ, ὡς μὴ ἡδέως δεξαμένῳ τὰ παρ' αὐτῶν, ἀλλ' ἄχρηστα αὐτὰ ἡγησαμένῳ (εἰώθασι γὰρ οἱ διδόντες σκανδαλίζεσθαι, ἐπειδὰν οἱ λαμβάνοντες λέγωσιν, ὅτι Οὐ δεόμεθα)· θεραπεύει τοῦτο, λέγων· *Πλὴν καλῶς ἐποιήσατε*· τουτέστιν, Εἰ καὶ μὴ δέομαι, ἀλλ' ὅμως τὴν ὑμετέραν χάριν ἀπεδεξάμην. Καὶ ὅρα σοφίαν, πῶς ἐπαίρει τὸ πρᾶγμα· *Συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει*· ἴσους ἑαυτῷ αὐτοὺς κατέστησεν. Ἐγὼ μὲν γὰρ, φησὶ, ταῦτα πάσχω· ἐπεὶ δὲ ἐφροντίσατέ μου, ὁ Θεὸς καὶ ὑμᾶς συναθλητάς μου λογίζεται. Διὰ μὲν οὖν τῶν ἄνω ῥηθέντων, τὸ φρόνημα αὐτῶν κατέσπασε [49]· διὰ δὲ τῶν νῦν λεγομένων, τὴν προθυμίαν αὐτῶν ἀναῤῥώννυσιν.

VERS. 15. *Scitis autem et vos, Philippenses, quod in principio Evangelii, quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati et accepti, nisi vos soli.* Quia supra videbatur eos carpsisse, cum diceret, *Tandem aliquando refloruistis* : sapienter jam nunc hoc excusat. Hoc ipsum, inquit, quod visus sum vos carpere, non feci tanquam voluerim quidquam accipere, sed quod plurimum sim vobis confisus, tum quod vos mihi ejus rei causa estis : primi enim vos inter cæteros conati estis rationem habere necessitatis meæ. Atque hinc accepta fiducia, vos objurgare visum est, ut eos qui, quod consueverant facere, prætermiserint. Ingens igitur encomium est, et quod in principio Evangelii, et quod non solum cum apud vos agerem, sumptum mihi suppeditastis, verum etiam quando exivi e Macedonia, hoc est, quando ex vestra regione ac finibus discessi. Non dixit autem, Nulla mihi Ecclesia dedit, cæterum, *Nulla Ecclesia communicavit mecum in ratione dati et accepti.* Etenim communicatio est res ipsa. Das carnalia, et accipis spiritualia, perinde ac alibi dictum est : *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si nos vestra carnalia metamus* [c]? Aliæ igitur Ecclesiæ non communicarunt in ratione dationis carnalium, et acceptionis spiritualium.

C *Οἴδατε δὲ καὶ ὑμεῖς, Φιλιππήσιοι, ὅτι ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου, ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Μακεδονίας, οὐδεμία μοι Ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, εἰ μὴ ὑμεῖς μόνοι.* Ἐπειδὴ ἐδόκει ἐπιπλῆξαι αὐτοῖς ἀνωτέρω, εἰπών· *Ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε*· νῦν ἀπολογεῖται σοφῶς, ὅτι Τοῦτο αὐτὸ ὃ ἔδοξα ἐπιπλῆξαι, οὐχ ὡς θέλων λαμβάνειν, ἀλλ' ἐκ τοῦ σφόδρα θαῤῥεῖν ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς αἴτιοι. Πρῶτοι γὰρ τῶν ἄλλων ὑμεῖς ἐπεχειρήσατε φροντίζειν τῆς χρείας μου. Καὶ ἐκ τούτου λαβὼν παῤῥησίαν, ἐπιτιμῆσαι ἔδοξα ὑμῖν, ὡς τὸ εἰωθὸς ἐλλείψασι. Μέγα οὖν τὸ ἐγκώμιον, καὶ ὅτι [50] ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ ὅτι οὐ μόνον μένοντι παρ' ὑμῖν ἐχορηγήσατε, ἀλλὰ καὶ ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Μακεδονίας, τουτέστι, καὶ ὅτε τῆς ὑμετέρας ἐνορίας ἀπέβην. Οὐκ εἶπε δὲ, Οὐδεμία μοι Ἐκκλησία δέδωκεν, ἀλλ', *Οὐδεμία μοι Ἐκκλησία κεκοινώνηκεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως.* Καὶ γὰρ κοινωνία [51] ἐστὶ τὸ πρᾶγμα. Δίδως σαρκικὰ, καὶ λαμβάνεις πνευματικὰ, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ· *Εἰ ἡμεῖς ὑμῖν τὰ πνευματικὰ ἐσπείραμεν, μέγα εἰ ἡμεῖς ὑμῶν τὰ σαρκικὰ θερίσομεν ;* Αἱ ἄλλαι τοίνυν Ἐκκλησίαι οὐκ ἐκοινώνησαν εἰς λόγον δόσεως τῶν σαρκικῶν, καὶ λήψεως τῶν πνευματικῶν.

[b] Psal. LXXVII, 19. [c] I Cor. IX, 11.

Variæ lectiones.

[49] κατέπαυσε O. [50] ὅτι τε O. [51] κοινωνίας O.

Digitized by Google

Ὅτι καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς εἰς τὴν χρείαν μου ἐπέμψατε. Μέγα καὶ τοῦτο αὐτῶν ἐγκώμιον, ὅτι καὶ ἐν τῇ μητροπόλει καθήμενος, παρὰ τῆς μικρᾶς ἐτρέφετο πόλεως. *Χρείαν* γὰρ τὰ χρειώδη δαπανήματά φησι· χρείαν δὲ, οὐ [52] τρυφὴν, οὐδὲ σπατάλην.

Οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ τὸ δόμα, ἀλλ' ἐπιζητῶ τὸν καρπὸν τὸν πλεονάζοντα εἰς λόγον ὑμῶν. Ἐπειδὴ ταπεινόν τι ἐφθέγξατο, εἰπών· *Εἰς τὴν χρείαν μου*· ἵνα μὴ ἐκ τούτου ἐπαρθῶσιν ἐκεῖνοι, φησὶν· Οὐ λέγω ταῦτα, ὅτι ἐπιζητῶ τὰς ὑμῶν δόσεις, ἀλλὰ διὰ τὸ ὑμῖν συμφέρον, ἵνα ὑμεῖς καρπὸν ἐνέγκητε· ὃς καρπὸς εἰς λόγον ὑμῶν ἐστι· τουτέστιν, ὑμᾶς ὠφελεῖ. Ὁρᾷς, ὅτι αὐτοὶ ὠφελοῦντο [53] ἐκ τοῦ παρέχειν;

Ἀπέχω δὲ πάντα καὶ περισσεύω. Ἐπειδὴ εἶπεν, *Οὐ ζητῶ*· ἵνα μὴ πάλιν ῥᾳθυμοτέρους ποιήσῃ (ὅσῳ γὰρ ἂν ὦσι φιλοσοφώτεροι, τοσούτῳ καὶ τὰς παρὰ τῶν εὖ παθόντων εὐχαριστίας ἐπιζητοῦσιν οἱ εὖ ποιοῦντες), φησὶν· *Ἀπέχω δὲ πάντα καὶ περισσεύω*· τουτέστι, Διὰ ταύτης τῆς δόσεως, οὐ μόνον τὰ ἐλλειφθέντα ἐπληρώσατε, ἀλλὰ καὶ ὑπερεβάλετε. Εἰπὼν δὲ τὸ [54], *Ἀπέχω*, ὡς ἐπὶ ὀφειλῆς, ἵνα μὴ ἐπαίρωνται, πάλιν ἱλαρύνων δείκνυσιν, ὅτι καὶ ὑπὲρ ὀφειλὴν ἔπραξαν, περισσὰ πέμψαντες.

Πεπλήρωμαι, δεξάμενος παρὰ Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν, ὀσμὴν εὐωδίας, θυσίαν δεκτὴν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ. Βαβαί! ποῦ τὸ δῶρον αὐτῶν ἀνήγαγεν! Οὐκ ἐγὼ, φησὶν, ἔλαβον, ἀλλ' ὁ Θεὸς δι' ἐμοῦ. Ὥστε κἂν ἐγὼ μὴ χρῄζω, μὴ μελέτω ὑμῖν· ἐπεὶ οὐδὲ ὁ Θεὸς ἐχρῄζεν· ἀλλ' ὅμως οὕτως ἀπεδέξατο, ὡς καὶ τὴν Γραφὴν εἰπεῖν· [ὡς] *Ὠσφράνθη Κύριος ὀσμὴν εὐωδίας*· ἵνα μὴ ἀκούσαντες ἀνενδεῆ εἶναι τὸν Θεὸν, ῥᾳθυμότεροι περὶ τὸ διδόναι γενώμεθα.

Ὁ δὲ Θεός μου πληρώσαι πᾶσαν χρείαν ὑμῶν, κατὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ, ἐν δόξῃ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἐπειδὴ εἶπεν ἄνω, ὅτι *Ἠκαιρεῖσθε*· τουτέστιν, Ἐστενοχωρεῖσθε· ἐπεύχεται νῦν αὐτοῖς, ὥστε ἐν αὐταρκείᾳ εἶναι. Εἰ μὲν γὰρ φιλόσοφοι ἦσαν, οὐκ ἂν αὐτοῖς τὰ σωματικὰ ἐπηύξατο· ἐπεὶ δὲ βιωτικοὶ ἄνθρωποι, καί τινα ἐπιθυμίαν καὶ τῶν παρόντων ἔχοντες, ἐπεύχεται αὐτοῖς συγκαταβατικῶς, οὐ περισσείαν ἢ τρυφὴν, ἀλλὰ τῶν χρειωδῶν εὐπορίαν. *Πληρώσαι* γὰρ, φησὶ, *πᾶσαν χρείαν ὑμῶν, ὥστε μὴ εἶναι ἐν ἐνδείᾳ.* Εἶτα, ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι στενοχωρήσει αὐτοὺς, *Κατὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ*, φησὶ· τουτέστι, Πλουσίως καὶ ἀστενοχωρήτως τὰ χρειώδη ὑμῖν δύναται δοῦναι. Ὥστε εἰς δόξαν αὐτοῦ χρᾶσθε τῇ περιουσίᾳ. Τὸ δὲ, *Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*, δύναται μὲν καὶ οὕτω νοηθῆναι, ὅτι Ταῦτα ποιήσει ὁ Πατὴρ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τουτέστι, μεσιτεύοντος τοῦ Χριστοῦ· δύναται δὲ καὶ οὕτως·

A Vers. 16. *Quia et Thessalonicam semel et bis in usum mihi misistis.* Magnum et hoc ipsorum præconium est, quod in metropoli agens, a parva alebatur civitate. *Usum* enim necessarios sumptus appellat : necessitatem, inquam, non delicias neque luxum.

Vers. 17. *Non quod quæro datum, sed requiro fructum abundantem in rationem* **459** *vestram.* Quia humile quiddam prolocutus erat, dicens, *In usum meum :* ne ex hoc efferantur illi, Non hæc, inquit, dico, quod inquiram vestra dona, sed vestri commodi causa, ut vos fructum referatis, qui fructus in rationem vestram est, hoc est, vobis commodat. Viden' quod ipsi dando utilitatem percepe-

B runt?

Vers. 18. *Habeo autem omnia, et abundo.* Quia dixit, *Non quæro :* ne rursus eos socordes magis reddat (quanto enim fuerint sapientiæ studiosiores ii qui benefaciunt, tanto majorem quærunt gratiarum actionem ab iis quibus beneficia impertiuntur) ; *Habeo*, inquit, *omnia, et exubero :* id est, Hoc vestro dono nedum quæ nobis defuerant replestis, verum et super adjecistis. Dicens autem, *Habeo*, tanquam de debito, ne cristas erigant, rursum exhilarans ostendit, quod ultra etiam debitum fecerint, superflua mittendo.

Repletus sum, posteaquam accepi ab Epaphrodito quæ misistis, odorem suavitatis, hostiam acceptam, beneplacentem Deo. Papæ! Quonam donum ipsorum

C evexit! Non ego, inquit, accepi, sed Deus per me. Proinde etiamsi ego non indigeam, ne sit curæ vobis : quandoquidem neque Deus indigebat, sic tamen accepit, ut et Scriptura dicat, *Odoratus est Dominus odorem suavitatis* [d] : ne, si audiamus Deum hisce non egere, segniores in dando efficiamur.

Vers. 19. *Deus autem meus impleat omnem necessitatem vestram, secundum divitias suas, in gloria, in Christo Jesu.* Cum in superioribus dixerat, *Non habebatis opportunitatem*, hoc est, eratis in angustia, precatur nunc ut et ipsi satis habeant. Nam si philosophi fuissent, non comprecatus esset eis corporalia. Quia vero erant homines hujus vitæ

D negotiis occupati, atque aliquam etiam rerum præsentium cupiditatem habentes, comprecatur eis, acquiescendo illis, non abundantiam aut delicias, sed necessariarum rerum copiam. *Impleat* enim, inquit, *Omnem necessitatem vestram, ne sitis in indigentia.* Præterea, ne arbitrentur quod ad angustiam eos velit conjicere, subdit, *Juxta divitias suas :* hoc est, Abunde et large necessaria vobis dare potest : quare ad gloriam ipsius utimini abundantia. Quod autem ait, *In Christo Jesu*, sic potest intelligi, quod Pater faciet hæc in Jesu Christo,

[d] Gen. VIII, 21.

Variæ lectiones.

[52] οὐχὶ ο. [53] -λοῦνται ο. [54] ὅτι ο.

Digitized by Google

hoc est, mediante Christo. Potest etiam hac ratione intelligi: in gloria quæ ad Christum Jesum refertur. Infert igitur :

VERS. 20. *Deo vero et Patri nostro gloria in sæcula sæculorum Amen.* Quia dixerat, In gloriam Filii, subintulit, quod gloria ista Christi sit etiam gloria Patris.

460 VERS. 21. *Salutate omnem sanctum in Christo Jesu.* Haud parum benevolentiæ est, per litteras eos salutare.

Salutant vos qui mecum sunt fratres. Fuerunt enim plures cum ipso, fortasse qui etiam ex ipsa Roma erant, qui tamen tales non erant, ut apostolicam reciperent functionem. Solus enim Timotheus erat hujusmodi, quem et supra ejusdem secum animi nominavit. Haud refugit tamen hos etiam fratres appellare.

VERS. 22. *Salutant vos omnes sancti, maxime qui ex Cæsaris domo.* Confortatus est eos, ostendens quod et regiam domum Evangelii prædicatio attigerit: et quod, si illi qui in regia versabantur omnia propter Christum posthabebant, quanto magis vos inferiores idem facietis? Pariter autem submonet, quod ipsorum virtutis apud illos etiam meminerit: alioqui enim non potuisset eos qui in regia essent, in desiderium eorum pertrahere, ut salutarent ipsos.

VERS. 23. *Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.* Precatione, uti solet, Epistolam claudit. Pariter eos docet, ut si quas habeant virtutes, eas ex gratia Christi habere se credant, et non propter eas extollantur : sic enim futurum, ut gratia nunquam non sit apud eos permansura, si non efferantur. Contingat autem et nos omni virtute, maxime ea qua aliis impertiamus, abundare per gratiam Christi; ut et nos ipsi adjuti, propterea quod omnibus indigentibus impertiamus, potissimum vero iis qui pro Christo mala patiuntur, fruamur divitiis bonitatis ipsius. Cui gloria et potentia, nunc et semper et in sæcula. Amen.

A Ἐν δόξῃ τῇ εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ἀναφερομένῃ. Ἐπάγει οὖν·

Τῷ δὲ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡμῶν δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, Εἰς δόξαν τοῦ Υἱοῦ, ἐπήγαγεν, ὅτι αὕτη ἡ δόξα τοῦ Χριστοῦ, τοῦ Πατρός ἐστιν.

Ἀσπάσασθε πάντα ἅγιον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Οὐ μικρᾶς εὐνοίας τὸ διὰ γραμμάτων ἀσπάζεσθαι αὐτούς.

Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοί. Ἦσαν γὰρ πλείους μετ' αὐτοῦ, τάχα καὶ ἐκ τῆς Ῥώμης αὐτῆς ὄντες, οὐκ ὄντες μὴν τοιοῦτοι, ὥστε καὶ ἀποστόλων ἀναδέχεσθαι πράγματα. Μόνος γὰρ Τιμόθεος ἦν τοιοῦτος, ὃν καὶ ἰσόψυχον ὠνόμασεν ἀνωτέρω. B Οὐ παραιτεῖται δὲ ὅμως καὶ τούτους ἀδελφοὺς καλεῖν.

Ἀσπάζονται ὑμᾶς πάντες οἱ ἅγιοι, μάλιστα οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας. Ἀνέῤῥωσεν αὐτούς, δείξας ὅτι καὶ τῆς βασιλικῆς οἰκίας τὸ κήρυγμα [55] ἥψατο· καὶ ὅτι Εἰ οἱ ἐν τοῖς βασιλείοις πάντων κατεφρόνησαν διὰ Χριστόν, πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς δεῖ τοὺς εὐτελεῖς; Δείκνυσι δὲ ὅτι καὶ παρ' ἐκείνοις μέμνηται αὐτῶν τῆς ἀρετῆς. Οὐ γὰρ ἂν εἰς πόθον αὐτῶν ἤγαγε τοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις, ὥστε καὶ ἀσπάζεσθαι αὐτούς.

Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν. Τὸ σύνηθες αὐτῷ, εὐχῇ C κατακλείει [56] τὴν Ἐπιστολήν. [Καὶ] διδάσκει δὲ ἅμα, ἵνα κἂν κατορθώματα ἔχωσι, χάριτι ταῦτα Χριστοῦ [57] ἔχειν πείθωνται, καὶ μὴ ἐπαίρωνται. Οὕτω γὰρ καὶ ἔσται ἀεὶ ἡ χάρις μετ' αὐτῶν, ἐὰν μὴ ἐπαρθῶσι. Γένοιτο οὖν καὶ ἡμᾶς τὴν τε ἄλλην πᾶσαν ἀρετὴν, καὶ δὴ καὶ τὴν τῆς μεταδόσεως πλουτῆσαι, διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ· ἵνα ἡμεῖς αὐτοὶ ὠφελούμενοι διὰ τοῦ διδόναι, καὶ πᾶσι μὲν τοῖς χρῄζουσι, μάλιστα δὲ τοῖς ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ κακοπαθοῦσιν, ἀπολαύσωμεν τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ. Ὧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Variæ lectiones.

[55] τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα m. [56] κατακλείεσθαι o. [57] Θεοῦ o.

Digitized by Google

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

ΤΗΣ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΚΟΛΟΣΣΑΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

—

THEOPHYLACTI

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI

EPISTOLÆ DIVI PAULI AD COLOSSENSES

EXPOSITIO.

—

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΚΟΛΟΣΣΑΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

Πᾶσαι μὲν αἱ Ἐπιστολαὶ Παύλου ἅγιαι, μάλιστα δὲ αἱ δεδεμένου αὐτοῦ πεμπόμεναι, ὥσπερ ἂν εἰ ἀριστεὺς ἐν τῷ μεταξὺ σφαγὰς καὶ τρόπαια ἱστῶν, ἐπέστελλεν. Οἶδε δὲ καὶ αὐτὸς τοῦτο μέγα ὂν καὶ πρὸς φιλοτιμίαν. Τῷ γὰρ Φιλήμονι γράφων φησίν· Ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου. Τοῦτο δὲ εἶπεν, ἵνα καὶ ἡμεῖς μὴ ἀσχάλλωμεν πρὸς τὰ δεινὰ, ἀλλὰ καὶ φιλοτιμώμεθα. Πολλαὶ μὲν οὖν εἰσι τοιαῦται, ἥ τε πρὸς Ἐφεσίους, καὶ ἡ πρὸς Φιλήμονα, καὶ ἡ πρὸς Τιμόθεον, καὶ ἡ πρὸς Φιλιππησίους, καὶ αὕτη δὲ ἡ πρὸς Κολοσσαεῖς, ἐν δεσμοῖς ὄντος ἐστάλη. Ὥσπερ δὲ Ῥωμαίους μὴ ἰδὼν καὶ Ἑβραίους, ὅμως ἔγραψεν· οὕτως οὐδὲ τούτους ἰδὼν γράφει. Παρὰ τούτοις δὲ ἦν καὶ Φιλήμων καὶ Ἄρχιππος, ὃς καὶ δοκεῖ μοί τινα Ἐκκλησίαν ἐγκεχειρίσθαι. Γράφει δὲ καὶ Κολοσσαεῦσιν ἐπὶ τοιαύτῃ ὑποθέσει· Πονηρόν τι δόγμα αὐτοῖς ἐνεπολιτεύετο· ᾤοντο γὰρ, οὐ διὰ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ δι' ἀγγέλων προσαχθῆναι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ἄτοπον οἰόμενοι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ πιστεύειν ἐν ἐσχάτοις καιροῖς φανῆναι, ὅπου γε ἐν τῇ Παλαιᾷ πάντα δι' ἀγγέλων ἐγένοντο. Εἶχον δὲ καὶ παρατηρήσεις πολλὰς Ἰουδαϊκὰς καὶ Ἑλληνικὰς, ἡμέρας παρατηρούμενοι, καὶ καιροὺς, καὶ βρώματα. Ἃ δὴ πάντα δεόμενα διορθώσεως, ἐκίνησε τὸν Ἀπόστολον πρὸς τὸ γράψαι ταύτην τὴν Ἐπιστολήν.

ARGUMENTUM EPISTOLÆ AD COLOSSENSES.

A 461 *Omnes quidem divi Pauli Epistolæ sanctæ sunt, maxime vero quæ ab ipso vinclo mittuntur, tanquam jam primas in bello consecutus, et victoria parta, in media cæde tropæa statuens, eas conscripserit. Novit autem et ipse hoc magnum esse, atque ad honorem pertinere. Philemoni enim scribens ait:* Quem genui in vinculis meis [a]. *Hoc autem dixit, ne et nos contristemur ob pericula, sed potius honori nobis ducamus. Sunt autem multæ hujusmodi Epistolæ, ad Ephesios nimirum, et ad Philemonem, et ad Timotheum, et ad Philippenses, atque hæc ipsa ad Colossenses, quas ipse in vinculis suis conscripsit. Quemadmodum autem Romanis, cum eos non vidisset antea, et Hebræis, scripsit tamen; pari ratione hisce* B *antea* 462 *non visis litteras mittit. Apud hos autem erat Philemon et Archippus, cujus curæ mihi videtur Ecclesia quædam fuisse commissa. Scribit autem Colossensibus tali de causa. Pravum quoddam et impium dogma eos invaserat. Arbitrabantur enim, non per Filium, sed per angelos sese ad Deum Patrem adduci, absurdum putantes credere, quod Filius Dei in extremis temporibus apparuerit, cum in Veteri Testamento per angelos omnia fierent. Habebant autem observationes multas Judaicas et Græcas, dies observantes, et tempora, et cibos. Quæ omnia cum indigerent correctione, moverunt apostolum ut scriberet hanc Epistolam.*

[a] Philem. 10.

Digitized by Google

THEOPHYLACTI COMMENTARIUS

IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES.

463 CAPUT PRIMUM. A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Vers. 1. *Paulus apostolus Jesu Christi, per voluntatem Dei.* Statim in principio illorum dogmata clanculum tollit. Non enim angelorum est apostolus, sed *Jesu Christi*: atque hæc est voluntas Dei, ut illius sit apostolus, non angelorum. Quod si *Per voluntatem Dei* sum apostolus, planum est quod vera prædico. Quæ autem sunt hæc? Quod a Filio adducti sumus ad Patrem: quod liberati sumus et a Judaicis et a Græcis observationibus. Animadverte hic, quod præpositionem (*Per*) Patri tribuerit.

Et Timotheus frater. Igitur et ipse apostolus fuit. Verisimile autem erat et hunc ipsis innotescere.

Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, διὰ θελήματος Θεοῦ. Εὐθὺς ἐν ἀρχῇ καθαιρεῖ λεληθότως τὰ δόγματα [58] αὐτῶν. Οὐ γὰρ ἀγγέλων ἀπόστολος, ἀλλ' *Ἰησοῦ Χριστοῦ* · καὶ τοῦτο θέλημα Θεοῦ, τὸ ἐκείνου εἶναι ἀπόστολον, οὐχὶ ἀγγέλων. Εἰ οὖν *διὰ θελήματος Θεοῦ* εἰμι ἀπόστολος, εὔδηλον ὡς ἀληθῆ κηρύττω. Τίνα δέ εἰσι ταῦτα; Ὅτι ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ προσήχθημεν · ὅτι ἐρρύσθημεν τῶν Ἰουδαϊκῶν καὶ Ἑλληνικῶν παρατηρήσεων. Σημείωσαι δὲ τὸ, *Διά*, ἐπὶ Πατρὸς κείμενον.

Vers. 2. *Iis qui sunt Colossis sanctis et fidelibus in Christo.* Phrygiæ urbs est Colossæ, quæ nunc dicitur Chone: quod inde perspicuum est, quod Laodicea huic sit vicina. Unde autem sancti facti estis? Nonne per baptisma in mortem Christi? Unde fideles? Nonne quia in Christum creditis? nonne quia tanta sunt vobis a Christo credita mysteria? Fideles enim non ideo tantum vocamur, quia credimus, sed quia mysteria nobis a Deo credita sunt, quæ ne angeli quidem norant. Unde fratres? Num per propria opera, virtutisve operationes? Minime, verum in Christo. Equidem igitur angelis ascribitis accessum ad Deum? B

Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro. Christi nomen hic non apponit, licet id ei sit in more, ne si statim in epistolæ exordio eis aperte repugnet, a reliquo argumento harum litterarum eos resilire faciat. Dicant autem hic qui Spiritum elevant, unde Pater noster Deus dicatur? Nonne per Spiritum? Magna, adeoque ingenii nostri captum excedentia quis donavit? Nonne Spiritus? Quomodo igitur auctoritatem ejus imminuis? C

Τοῖς ἐν Κολοσσαεῦσιν [59] *ἁγίοις καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ.* Πόλις Φρυγίας αἱ Κολοσσαὶ, αἱ νῦν λεγόμεναι Χῶναι · καὶ δῆλον ἐκ τοῦ τὴν Λαοδίκειαν εἶναι πλησίον. Πόθεν δὲ ἅγιοι γεγόνατε; οὐ διὰ τοῦ βαπτίσματος τοῦ εἰς τὸν θάνατον τοῦ Χριστοῦ; Πόθεν πιστοί; οὐχ ὅτι εἰς Χριστὸν πιστεύετε; οὐχ ὅτι τοσαῦτα ἐνεπιστεύθητε μυστήρια παρὰ [60] τοῦ Χριστοῦ; Πιστοὶ γὰρ, οὐ διὰ τὸ πιστεῦσαι μόνον κεκλήμεθα [61], ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ πιστευθῆναι παρὰ [62] Θεοῦ μυστήρια, ἃ οὐδὲ οἱ ἄγγελοι ᾔδεσαν. Πόθεν ἀδελφοί; ἆρα ἐν ἔργοις ἰδίοις, ἢ ἐν κατορθώμασιν; Οὐκ ἔστιν · ἀλλ' ἐν Χριστῷ. Πῶς οὖν ἀγγέλοις ἐπιγράφετε τὴν προσαγωγήν;

Gratias agimus Deo et Patri Domini nostri Jesu Christi, semper pro vobis orantes. Jesus Christus est Dominus noster, non angeli qui sunt servi. Non solum autem per gratiarum actionem, verum etiam per assiduam pro ipsis precationem charitatem suam ostendit, quippe 464 quia quos non viderat, hos semper in seipso habebat.

Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν. Τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα ἐνταῦθα οὐ προστίθησι, καίτοι εἰωθὸς αὐτῷ ὄν, ἵνα μὴ εὐθὺς ἐκ προοιμίων φανερῶς αὐτοῖς ἀντιπέσῃ, καὶ ἀποπηδήσαι ποιήσῃ τοῦ λοιποῦ λόγου [63]. Εἰπάτωσαν δὲ οἱ τὸ Πνεῦμα κατασμικρύνοντες, πόθεν Πατὴρ ἡμῶν ὁ Θεός; Οὐχὶ διὰ τοῦ Πνεύματος; Τὰ μεγάλα καὶ ὑπὲρ νοῦν τίς ἐχαρίσατο; οὐχὶ τὸ Πνεῦμα; Πῶς οὖν αὐτὸ σμικρύνεις;

Vers. 3. *Gratias agimus Deo et Patri Domini nostri Jesu Christi, semper pro vobis orantes.* Jesus Christus est Dominus noster, non angeli qui sunt servi. Non solum autem per gratiarum actionem, verum etiam per assiduam pro ipsis precationem charitatem suam ostendit, quippe 464 quia quos non viderat, hos semper in seipso habebat.

Εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πάντοτε ὑπὲρ ὑμῶν προσευχόμενοι. Ἰησοῦς Χριστός ἐστι Κύριος ἡμῶν, οὐχ οἱ δοῦλοι ἄγγελοι. Οὐ διὰ [64] τῆς εὐχαριστίας δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς διηνεκοῦς ὑπὲρ αὐτῶν εὐχῆς τὴν ἀγάπην δείκνυσιν, ὅτι καὶ οὓς οὐχ ἑώρα, τούτους εἶχε διαπαντὸς ἐν ἑαυτῷ.

Vers. 4. *Audientes fidem vestram, quæ est in Christo Jesu.—Gratias agimus*, inquit, eo quod audiverimus ab Epaphrodito *fidem vestram*, non eam quam in angelos, sed quam in *Dominum Jesum* habetis. Per

Ἀκούσαντες τὴν πίστιν ὑμῶν τὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. — Εὐχαριστοῦμεν, φησὶ, διότι ἠκούσαμεν παρὰ τοῦ Ἐπαφροδίτου *τὴν πίστιν ὑμῶν*, οὐ τὴν ἐν ἀγγέλοις, ἀλλὰ *ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*. Προκατα-

Variæ lectiones.

[58] τὸ δόγμα ο. [59] Κολοσσαῖς ο. [60] διὰ ο. [61] καλούμεθα ο. [62] περὶ ο. [63] ἀποπηδήσωσι τοῦ λόγου ο. [64] περὶ ο. [65] *Ισ.* Ἐπαφρᾶ ο.

Digitized by Google

λαμβάνει δὲ αὐτοὺς [66] διὰ τούτου. Καὶ τὰ ὀνόματα δὲ ταῦτα, τὸ, Χριστὸς, καὶ τὸ, Ἰησοῦς, τῆς εὐεργεσίας σύμβολα. Αὐτός τε γὰρ ἐχρίσθη [67] ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ αὐτὸς ἔσωσε τὸν λαὸν ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν.

Καὶ τὴν ἀγάπην, τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους. Οὐκ εἰς τόνδε ἢ τόνδε, ἀλλ' εἰς πάντας. Οὐκοῦν καὶ ἡμᾶς. Ὥστε καὶ ἀκούσεσθε ἡμῶν ἡδέως. Οἰκειουμένου δὲ αὐτοὺς ταῦτα τὰ ῥήματα. Δοκεῖ δέ μοι ἀγάπην τὴν ἐλεημοσύνην καὶ τὸ κοινωνικὸν λέγειν, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ.

Διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ὑμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἀγαπᾶτε, φησὶ, τοὺς ἁγίους, οὐ διά τι ἀνθρώπινον, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐλπίζειν τὰ μέλλοντα ἀγαθά· ἢ, ὅτι Εὐχαριστοῦμεν διότι μέλλετε κληρονομήσειν [68] τῶν ἀφθάρτων. Οὐ γὰρ ἐν τῇ γῇ ἀπόκεινται, ἵνα φθαρῶσιν, ἀλλ' ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὥστε τὸ βέβαιον ἔχουσι. Μὴ οὖν ἀμφιβάλλετε περὶ τῆς ἐλπίδος· ἐν ἀσφαλεῖ γὰρ ἀπόκειται. Τοῦτο δὲ πρὸς τοὺς πειραζομένους, ὥστε μὴ ἐνταῦθα ζητεῖν τὴν ἄνεσιν, μηδὲ ἐκκακεῖν πρὸς τοὺς πειρασμοὺς, ὡς μεγάλην ἔχοντας τὴν ἀντιμισθίαν.

Ἣν προηκούσατε ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας τοῦ Εὐαγγελίου. Οὐκ εἶπε, Τοῦ κηρύγματος, ἀλλὰ, *Τοῦ Εὐαγγελίου*, ἵνα ἀναμνήσῃ αὐτοὺς τῶν εὐεργεσιῶν τοῦ Θεοῦ· ἐπὶ γὰρ τοῖς ἀγαθοῖς τὸ Εὐαγγέλιον. Εἰ δὲ λόγος ἀληθείας ἐστὶν, οὐδὲν ψεῦδος ἐν αὐτῷ. Πῶς οὖν ὑμεῖς ψευδῆ αὐτὸν ποιεῖτε, μὴ πιστεύοντες, ὡς προεδιδάχθητε παρ' αὐτοῦ, ὅτι διὰ τοῦ Χριστοῦ ἡ σωτηρία; Τίς δὲ ἦν ὁ κηρύξας ἐκεῖ; Ὁ Ἐπαφρᾶς, ὡς ἐκ τῶν ἑξῆς φαίνεται.

Τοῦ παρόντος εἰς ὑμᾶς, καθὼς καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ. Ὡς ἐπὶ ἐμψύχου τινὸς εἶπε τὸ, *Παρόντος*. Οὐ παρεγένετο, φησὶ, πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἀπέστη, ἀλλὰ πάρεστι καὶ κρατεῖ ἐν ὑμῖν. Διὰ τούτων δὲ ἱλαρύνει αὐτούς. Ἐπειδὴ δὲ οἱ πολλοὶ μᾶλλον στηρίζονται, ὅταν καὶ κοινωνοὺς ἔχωσι τῶν δογμάτων, φησί· *Καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ*. Πανταχοῦ γάρ ἐστι, πανταχοῦ ἔστηκε.

Καὶ ἔστι καρποφορούμενον καὶ αὐξανόμενον. —*Καρποφορούμενον* διὰ τὰ ἔργα, *αὐξανόμενον*, διὰ τὸ πολλοὺς εἰς τὴν πίστιν προσλαμβάνεσθαι ἑκάστοτε. Οὐκ ἂν δὲ ἐκαρποφόρει, εἰ μὴ ἐστήρικται. Καὶ γὰρ τὰ δένδρα ὅταν στηριχθῇ, τότε πλεῖω καρπὸν φέρει.

Καθὼς καὶ ἐν ὑμῖν. Προκαταλαμβάνει, ὡς καὶ ἀνωτέρω, αὐτοὺς τοῖς ἐπαίνοις, ὥστε μηδὲ θέλοντας ἀποστῆναι. Εἰ γὰρ καὶ εἰς πάντας, καὶ εἰς ὑμᾶς οὕτως ἐκηρύχθη τὸ Εὐαγγέλιον, πῶς νῦν ἄλλως δογματίζουσί τινες;

Ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσατε καὶ ἐπέγνωτε τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ. Καρποφορεῖται, φησὶ, καὶ αὐξάνεται τὸ Εὐαγγέλιον ἐν ὑμῖν ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐπέγνωτε τὴν χάριν. Πῶς; Οὐκ ἐν ἀπάτῃ καὶ λόγοις εἰκαίοις, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ, τουτέστι, σημείοις καὶ ἔργοις παραδόξοις.

Καθὼς· καὶ ἐμάθετε ἀπὸ Ἐπαφρᾶ. Οὕτως ἐπέγνωτε, φησὶν, αὐτοῖς τοῖς ἔργοις τὴν χάριν, ὥσπερ

A hæc autem præoccupat eos. Quinetiam nomina hæc, Christus, et, Jesus, beneficentiæ sunt symbola. Ipse enim unctus est pro nobis, et ipse servavit populum a peccatis.

Et dilectionem quam habetis in sanctos omnes. Non erga hunc vel illum, sed erga omnes. Ergo et in nos quare audietis nos libenter. Conciliantis autem eos hæc verba sunt. Videtur autem mihi per dilectionem eleemosynam et communicationem dicere, perinde ac in aliis locis.

B Vers. 5. *Propter spem quæ reposita est vobis in cœlis.* Diligitis, inquit, sanctos, non ob humanum aliquid, sed quia futura bona speratis : vel, gratias agimus, quia incorruptibilia bona consecuturi estis. Non enim in terra sunt reposita, ut corrumpantur, sed in cœlis, ut stabilitatem habeant. Ne igitur ambigatis de spe : in tuto enim reposita est. Hoc autem pertinet ad eos qui tentantur, ne hic quietem exspectent, neque tentationibus succumbant, quia magnam retributionem habent.

Quam prius audivistis in verbo veritatis Evangelii. Non dixit, Prædicationis, sed *Evangelii*, ut commonefaciat eos beneficiorum Dei : propter bona enim Evangelium est. Si autem verbum veritatis est, nullum mendacium est in ipso. Quomodo igitur vos mendax ipsum facitis, non credentes, quemadmodum jam antea instituti estis ab ipso, quod per Christum sit salus? Quis autem erat qui illic prædicaverat? Epaphras, perinde ac in sequentibus planum fit.

C Vers. 6. *Quod præsens est apud vos quemadmodum in universo mundo.* Tanquam de re aliqua animata dixit, *Quod præsens est.* Non advenit ad vos, inquit, ac defecit a vobis : sed præsens est, ac dominatur in vobis. Per hæc autem exhilarat eos. Quia vero plerique stabiliuntur magis, quando et participes habuerint dogmatum, addit propterea, *et in omni mundo.* Ubique enim est, et ubique consistit.

Vers. 21. *Patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros, ne pusillo animo fiant.* Hoc est, Ne omnia quæcunque agunt, amarulenter et exacte inquirite, sed quædam a vobis sunt dissimulanda, ne contentiosiores eos faciatis, atque in mœrorem conjiciatis. Observa autem ejus sapientiam, quomodo infregerit parentes, eorumque viscera inflexerit per hoc quod dixit, *Ne pusillo fiant animo.* Universa enim parentum cura in hoc incumbit, ne liberi dejecto sint animo.

Οἱ δοῦλοι, ὑπακούετε κατὰ πάντα τοῖς κατὰ σάρκα κυρίοις. Εὐθέως δικαίωμα τοῦ ὑπακούειν αὐτὸ τὸ ὄνομα τὸ τοῦ δουλοῦ· ἀλλ' ἵνα μὴ ἀλγήσῃ, ἐπήγαγε· *Τοῖς κατὰ σάρκα κυρίοις.* Τὸ γὰρ κρεῖττόν σου, ἡ ψυχὴ, φησὶν, ἠλευθέρωται. Πρόσκαιρος ἡ δουλεία· μᾶλλον οὖν ὑπόταξον τὴν ψυχὴν, ἵνα ἐθελουσίως [-λούσιος?] ᾖ ἡ δουλεία.

Vers. 22. *Servi, obedite per omnia dominis carnalibus.* Statim jus obedientiæ ipsum servi nomen attulit: sed, ne illos angeret, addidit, *Dominis carnalibus.* Potior enim tui pars, anima, inquit, D est libera; servitus est temporaria: animam **495** igitur potius submitte tuam, ut voluntaria sit servitus.

Μὴ ἐν ὀφθαλμοδουλείᾳ, ὡς ἀνθρωπάρεσκοι. Ποίησον, φησὶ, τὴν ἀπὸ τοῦ νόμου δουλείαν ἀπὸ τοῦ φόβου γίνεσθαι τοῦ Χριστοῦ. Ὅταν γὰρ μὴ ὁρῶντος τοῦ δεσπότου πράττῃς τὰ δέοντα, δῆλον ὡς διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμὸν ποιεῖς· ἐὰν δὲ ὅταν ὁρᾷ ὁ δεσπότης μόνον, τότε ἀνθρωπάρεσκος εἶ· τοιοῦτος δὲ ὢν, σαυτὸν βλάψεις. *Κύριος γὰρ διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων.*

Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes. Effice, inquit, ut servitus ex lege debita, ex metu Christi fiat. Cum enim hero non cernente functus fueris fidelis servi officio, perspicuum est quod ob Dei oculum isthuc agas; si autem solummodo cum herus conspexerit, tunc hominibus places. Talis autem si fueris, teipsum damno afficies: *Dominus enim dispersit ossa hominibus placentium* [h]

[h] Psal. LII, 6.

Variæ lectiones.

[68] παραπικρ. o.

Digitized by Google

Sed in simplicitate cordis metuentes Dominum. Hoc enim est metuere Dominum, quando nemine vidente nihil agimus mali : hæc autem cordis est simplicitas, non ad homines respicere. Qui hominibus igitur placet, non est simplex.

VERS. 23. *Et quodcunque facitis, ex animo operamini, tanquam Domino, et non hominibus.* Non solum a simulatione, verum etiam a torpore eos liberari cupit : imo ipsos pro servis liberos facit, quippe qui non opus habeant dominorum imperio. Quod enim ait, *Ex animo*, hoc est, cum benevolentia, non cum servili necessitate, sed libere et voluntario facere.

VERS. 24. *Scientes quod a Domino accipietis retributionem hæreditatis.* Domini enim non sæpe servos hæredes faciunt, etiamsi decies millies eis bene servierint : Dominus autem hæreditatis quæ in cœlis est, retributionem vobis dabit, si benevolentiam erga dominos custodiatis.

Domino enim Christo servitis. Qui ordinem vobis hunc destinavit et subjectionem. Quod autem serviatis Christo, planum est ex eo quod ipse sit vester remunerator.

VERS. 24. *Qui autem injuriam facit, recipiet id quod inique gessit, et non est personarum acceptio.* Servus autem qui dominum suum vel negligenter serviendo, vel res heriles suffurando injuria afficit, mercedem a Deo feret. Non enim personarum acceptor est Deus, ut miscreatur servi, ceu infirmæ partis, qui lege sancivit, ne judex pauperis misereatur in judicio [i]. Vel aliter : Christianus servus Græcum et infidelem herum injuria afficiens, non arbitretur evasurum sese condemnationem. Non enim personarum acceptor est Christus, ut ipsi ceu Christiano remittat quod adversus infidelem dominum deliquit. Etsi autem ad servos videatur dicere istud, *Non est personarum respectus :* domini tamen hoc etiam ceu ipsis conveniens accipiant.

496 CAPUT IV.

VERS. 1. *Domini, quod justum est et æquum servis præstate.* Quid est justum? Ipsos pro laboribus remunerare, rerumque omnium copiam suppeditare, nec permittere ut aliena ope indigeant. Non enim postquam audivisti quod a Deo sint mercedem accepturi, tu eos privabis iis ad quæ tu obstringeris.

Scientes quod et vos Dominum habetis in cœlis. Perinde ac illi vos dominos habent, sic et vos Dominum habetis. Qua igitur mensura mensi fueritis vestris servis, metietur et vobis Dominus vester [j]. Vel, quia et vos cum illis eumdem habetis Dominum, itaque tanquam conservis vos ipsis exhibete. Hic enim communem servitutem fecit.

VERS. 2. *Orationi instate, vigilantes in ea in gra-*

[i] Levit. XIX, 15. [j] Luc. VI, 38.

A *Ἀλλ' ἐν ἁπλότητι καρδίας φοβούμενοι τὸν Κύριον.* Τοῦτο γάρ ἐστι φοβεῖσθαι τὸν Κύριον, ὅταν μηδενὸς ὁρῶντος, μηδὲν πράττωμεν κακόν· τοῦτο δὲ καὶ ἁπλότης τῆς καρδίας, τὸ μὴ πρὸς ἀνθρώπους ὁρᾷν. Ἆρα οὖν ὁ ἀνθρωπάρεσκος οὐχ ἁπλοῦς.

Καὶ πᾶν ὃ ἐὰν ποιῆτε, ἐκ ψυχῆς ἐργάζεσθε, ὡς τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐκ ἀνθρώποις. Οὐ μόνον ὑποκρίσεως, ἀλλὰ καὶ ἀργίας αὐτοὺς ἀπηλλάχθαι βούλεται. Μᾶλλον δὲ ἐλευθέρους αὐτοὺς ἀντὶ δούλων ποιεῖ, ὅταν μὴ δέωνται τῆς τῶν δεσποτῶν ἐπιστασίας. Τὸ γάρ, *Ἐκ ψυχῆς*, τοῦτό ἐστι, τὸ μετ' εὐνοίας, μὴ μετὰ δουλικῆς ἀνάγκης, ἀλλὰ μετὰ ἐλευθερίας καὶ προαιρέσεως ποιεῖν.

B *Εἰδότες ὅτι ἀπὸ Κυρίου λήψεσθε τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας.* Οἱ μὲν γὰρ δεσπόται οὐ ποιοῦσι πολλάκις κληρονόμους τοὺς δούλους, κἂν μυριάκις αὐτοῖς καλῶς δουλεύσωσιν· ὁ δὲ Κύριος τῆς ἐν οὐρανοῖς κληρονομίας τὴν ἀνταπόδοσιν δώσει ὑμῖν, ἐὰν εὔνοιαν φυλάττητε πρὸς τοὺς δεσπότας.

Τῷ γὰρ Κυρίῳ Χριστῷ δουλεύετε. Τῷ τάξιν νομοθετήσαντι καὶ ὑποταγήν. Ὅτι δὲ δουλεύετε Χριστῷ, δῆλον ἐκ τοῦ αὐτὸν εἶναι ὑμῖν τὸν μισθαποδότην.

Ὁ δὲ ἀδικῶν κομίσεται ὃ ἠδίκησε, καὶ οὐκ ἔστι προσωπολημψία. Ὁ δὲ ἀδικῶν δοῦλος τὸν δεσπότην, ἢ ἐν τῷ ἀμελῶς δουλεύειν, ἢ ἐν τῷ νοσφίζεσθαι τὰ δεσποτικά, τὴν ἀντιμισθίαν ἕξει παρὰ τοῦ Θεοῦ. Οὐ γάρ ἐστι προσωπολήπτης ὁ Θεὸς, ἵνα ἐλεήσῃ τὸν δοῦλον ὡς ἀσθενὲς μέρος· ὅς γε καὶ διὰ τοῦ νόμου προσέταξε μὴ ἐλεεῖν πτωχὸν ἐν κρίσει. Ἢ καὶ ἄλλως· Ὁ Χριστιανὸς δοῦλος ἀδικῶν Ἕλληνα δεσπότην, μὴ οἰέσθω ὡς ἐκφεύξεται τὴν κατάκρισιν. Οὐ γάρ ἐστι προσωπολήπτης ὁ Χριστὸς, ἵνα αὐτῷ ὡς Χριστιανῷ ἀφῇ τὸ πρὸς τὸν Ἕλληνα δεσπότην ἁμάρτημα. Κἂν πρὸς τοὺς δούλους δὲ δοκῇ λέγειν τὸ, *Οὐκ ἔστι προσωπολημψία*, ἀλλ' οὖν καὶ οἱ δεσπόται ὑποδεχέσθωσαν τοῦτο καὶ ὡς αὐτοῖς ἁρμόζον.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Οἱ κύριοι, τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχεσθε [42]. Τί ἐστι τὸ δίκαιον; Τὸ ἀμείβεσθαι αὐτοὺς τῶν πόνων, καὶ πάντων ἐν ἀφθονίᾳ καθιστᾷν, καὶ μὴ ἐᾷν ἑτέρων δεῖσθαι. Μὴ γὰρ ἐπειδὴ ἤκουσας ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἔχουσι τὸν μισθὸν, ἀποστερήσῃς σὺ αὐτοὺς τῶν παρὰ σοῦ ὀφειλημένων.

Εἰδότες ὅτι καὶ ὑμεῖς ἔχετε Κύριον ἐν οὐρανοῖς. Ὥσπερ ἐκεῖνοι ὑμᾶς, οὕτω καὶ ὑμεῖς ἔχετε Κύριον. ὯΙ οὖν μέτρῳ μετρεῖτε τοῖς ὑμετέροις δούλοις, μετρήσει καὶ ὑμῖν ὁ Κύριος ὑμῶν. Ἢ, ὅτι Καὶ ὑμεῖς μετ' ἐκείνων ἔχετε Κύριον, ὥστε ὡς ὁμοδούλοις προσφέρεσθε. Ἐνταῦθα γὰρ κοινὴν τὴν δουλείαν ἐποίησε.

Τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖτε, γρηγοροῦντες

[42] παρέχετε O.

Digitized by Google

ἐν αὐτῇ ἐν εὐχαριστίᾳ. Οἶδεν ὁ διάβολος ὅσον ἀγαθὸν ἡ εὐχὴ, καὶ διὰ τοῦτο ἀποπηδᾷν ἡμᾶς ποιεῖ. Διό φησι Παῦλος· *Προσκαρτερεῖτε.* Ἐπεὶ δὲ ὁ προσκαρτερῶν πολλάκις εἰς ῥᾳθυμίαν καὶ ἔκλυσιν ὑπάγεται, φησί· *Γρηγοροῦντες*· τουτέστι νήφοντες, ἀεὶ νεκροὶ ὄντες πρὸς τὸ ἔργον τῆς προσευχῆς· ἀλλὰ καὶ ἐν εὐχαριστίᾳ, τουτέστι, μετὰ εὐχαριστίας ταύτην ποιοῦντες· αὕτη γὰρ ἡ ἀληθινὴ εὐχὴ ἡ εὐχαριστίαν ἔχουσα ὑπὲρ πάντων ὧν ἴσμεν, καὶ ὧν οὐκ ἴσμεν, ὧν εὖ ἐπάθομεν, ἢ ἐθλίβημεν, ὑπὲρ τῶν κοινῶν εὐεργεσιῶν.

Προσευχόμενοι ἅμα καὶ ὑπὲρ [64] *ἡμῶν.* Ὅρα ταπεινοφροσύνην, εἴ γε Παῦλος τῆς τούτων ἐδεῖτο εὐχῆς.

Ἵνα ὁ Θεὸς ἀνοίξῃ ἡμῖν θύραν τοῦ λαλῆσαι τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ (δι' ὃ καὶ δέδεμαι), ἵνα φανερώσω αὐτό, ὡς δεῖ με λαλῆσαι. Τουτέστιν, Ἵνα παῤῥησίαν μοι δῷ, οὐχ ὅπως ἀπαλλαγῶ τῶν δεσμῶν, ἀλλ' ὅπως λαλήσω τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ, ὡς δεῖ με λαλῆσαι· τουτέστι, μὴ μετὰ ὑποστολῆς, ἀλλ' εὐπαῤῥησιάστως. Πῶς δὲ δεδεμένος ἑτέρους παρακαλεῖ καὶ ἀξιοῖ λαβεῖν ὃ εἶχεν; Οὐ μόνον ταπεινοφρονῶν, ἀλλὰ καὶ δεικνὺς τὴν δύναμιν τῆς φιλαδέλφου εὐχῆς [65]. Ἐδεῖτο γὰρ καὶ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, ἣν αὐτῷ πλείονα ἡ εὐχὴ τῶν ἀδελφῶν ἔμελλε δώσειν· ἅμα δὲ καὶ ἐνάγων αὐτοὺς εἰς τὸ εὔχεσθαι. Εἰ γὰρ ὑπὲρ αὐτοῦ, πόσῳ μᾶλλον ὑπὲρ ἑαυτῶν;

Ἐν σοφίᾳ περιπατεῖτε πρὸς τοὺς ἔξω. Ὅπερ καὶ ὁ Κύριος εἶπεν· *Ἰδοὺ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων. Γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί*· τοῦτο δὲ οὗτος [66] νῦν φησιν, ὅτι Φυλακτικοὶ γίνεσθε, μηδεμίαν λαβὴν διδόντες τοῖς ἔξω καθ' ὑμῶν ἐν οἷς οὐ βλάπτουσι, μηδὲ ἀκαίρως σκανδαλίζοντες αὐτούς. Ἔξω γάρ εἰσι, τουτέστιν, οὐ συνήθεις ἡμῖν, οὐδὲ τῆς αὐτῆς αὐλῆς, ἀλλὰ κἂν τὸν αὐτὸν οἰκῶσι κόσμον, ἔξω εἰσὶν, ὡς καὶ τῆς Ἐκκλησίας καὶ τῆς βασιλείας πόῤῥω ὄντες. Διὸ ἐν φρονήσει δεῖ προσφέρεσθαι αὐτοῖς. Σοφίαν γὰρ τὴν φρόνησιν λέγει ἐνταῦθα. Πρὸς γὰρ τοὺς συνήθεις οὐ τοσαύτης δεῖ ἀσφαλείας. Παραμυθεῖται δὲ αὐτοὺς καὶ διὰ τοῦ καλέσαι τοὺς Ἕλληνας ἔξω.

Τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι. Οὐ ποικίλους ἡμᾶς εἶναι βουλόμενος ἢ ὑποκριτὰς, ταῦτά φησιν, ἀλλὰ τοῦτο λέγει, ὅτι Οὐκ ἔστιν ὑμέτερος ὁ καιρὸς, ἐκείνων ἐστί. Δύνασθε οὖν καὶ ὑμέτερον τοῦτον [67] ποιῆσαι ἑτέρως, ἐὰν μετὰ φρονήσεως περιπατῆτε, ἐὰν μὴ μάχας ἀκαίρους ἀναδέχησθε, ἀλλὰ τὴν προσήκουσαν τιμὴν ἀπονέμητε αὐτοῖς, ὅταν μὴ κατὰ ψυχὴν βλάπτησθε. Ἄκουε τούτου αὐτοῦ πρὸς Ἀγρίππαν λέγοντος· *Μακάριον ἐαυτὸν οἶομαι* [68] *ἐπὶ σοῦ μέλλων ἀπολογεῖσθαι.* Οὕτω καὶ τοὺς ἔξω ἐσω

tiarum actione. Novit diabolus quantum bonum sit oratio, ac propterea nos ab ea resilire facit: quocirca dicit Paulus, *Instate.* Quia vero qui perseverat, sæpenumero ad socordiam ac defectionem perducitur, ait: *Vigilantes*, hoc est, attenti, semper recentes ad opus orationis. Insuper, in gratiarum actione, hoc est, cum gratiarum actione hanc facientes. Hæc enim vera est oratio, quæ gratiarum actionem continet pro omnibus quæ scimus, et quæ nescimus, pro acceptis beneficiis, aut etiam afflictionibus, et pro communibus beneficiis.

Vers. 3. *Orantes simul et pro nobis.* Vide humilitatem ejus; siquidem ipse Paulus horum precibus indigebat.

Vers. 3, 4. *Ut Deus aperiat nobis ostium sermonis, ad loquendum mysterium Christi (propter quod etiam vinctus sum). Ut manifestem illud ita ut oportet me loqui.* Hoc est, Ut libertatem mihi det, non ut liberer a vinculis, verum ut loquar mysterium Christi, quemadmodum oportet me loqui: hoc est, non cum submissione, cæterum cum magna fiducia. Quomodo autem, cum ipse vinctus esset, alios adhortatur, et rogat excipere quod habeat? Non solum moderate sapiens, cæterum vim fraternæ orationis ostendens. Indigebat enim et ipse cœlesti auxilio, quod fratrum oratio majus uberiusque datura erat. Simul etiam inducens eos ad orandum. Si enim pro eo intercedere debeant, quanto potius pro seipsis?

Vers. 5. *In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt.* Quod Dominus dixit: *Ecce mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes ut serpentes, ac simplices ut columbæ* [k]: hoc et iste nunc ait: Sitis, inquit, cauti, neque ullam detis occasionem iis qui foris sunt **497** adversum vos, cum vobis nihil damni afferunt, neque intempestive eos offendatis. Foris enim sunt, id est, non assueverunt nobis, nec ejusdem sunt nobiscum ovilis, sed etiamsi eumdem nobiscum inhabitent mundum, foris sunt, tanquam procul agentes ab Ecclesia, regnoque Dei. Quare prudenter cum eis conversandum. Sapientiam enim hic prudentiam dicit. Erga familiares enim non tanta opus est cautione. Addit autem illis animum, dum Græcos exteros vocat.

Tempus redimentes. Non varios nos esse volens aut hypocritas, hæc dicit, verum hoc ait: Tempus non est vestrum, sed illorum est. Potestis igitur aliter ipsum etiam vestrum facere, si cum prudentia ambuleti-, si non pugnas intempestivas suscipiatis, verum convenientem ipsis honorem tribuatis, si in anima nihil accipiatis detrimenti. Audi ipsum adeo Paulum Agrippæ loquentem: *Existimo me beatum, apud te cum sim me defensurus* [l]. Sic eos qui foris sunt, intus esse faciemus,

[k] Matth. x, 16, [l] Act. xxvi, 2.

Variæ lectiones.

[64] περὶ o. [65] ψυχῆς o. [66] αὐτὸς o. [67] αὐτὸν o. [68] ἐμαυτὸν ἡγημαι o.

Digitized by Google

per mansuetudinem ipsos ad prædicationem attrahentes.

Vers. 6. *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus.* Sermoni vestro insit jucunditas, inquit; verumtamen in scurrilitatem absque ullo personarum discrimine non incidat, neque dissolutionem[69], sed stringendi vim habeat; ic enim sal indicat: neque sis supra modum jucundus, nec supra modum austerus: quemadmodum cibus si sale careat, injucundus est: si vero præsalsus sit, gustui est ingratus omnino: utroque autem modo edi non potest. Nonne vides Danielem, quanam ratione hominem impium curet? Nonne vides tres pueros, quomodo nihil asperum aut molestum, sed fortitudinem et libertatem ostendebant? Temerarium enim gloriæ.

Ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere. Aliter diviti, et aliter pauperi. Illius enim animus, quippe infirmus, multa condescensione indiget: pauperis autem solidior est: quare potest etiam ferre, si gravius quadantenus cum eo agas. Si nulla necessitas urgeat, ne voces Græcum pollutum, neque contumeliose eum incessas. Præterea, si ad principem adducaris, decentem ei honorem tribue: sin de dogmate ipsorum interrogeris, dic illud esse profanum et impium. Paulus sane apud Athenienses cum eorum laude loquitur [m]: Elymæ autem maledicit, quia dignus erat [n].

Vers. 7 *Quæ circa me sunt omnia vobis nota faciet Tychicus.* Hoc quoque sapientiam indicat, non omnia Epistolis inserere, sed necessaria tantum atque urgentia: primum, ut eas non supra modum **498** prolixas faciat: deinde, ut is qui proficiscitur, habeat etiam quod recenseat, atque hinc honoratior habeatur. Tertio, ostendit quonam erga ipsum affectu imbutus fuerit: non enim ei talia credidisset. Deinde, nonnulla habuit, quæ per litteras palam fieri non oportuit.

Dilectus frater, et fidelis minister, et conservus in Domino. Si dilectus, omnia novit: si fidelis, non mentietur: si conservus, particeps est tentationum.

Vers. 8. *Quem misi ad vos ad hoc ipsum, ut cognoscat quæ circa vos sunt, et ut consoletur corda vestra.* Hic quam erga ipsos habebat charitatem, indicat; siquidem ideo ipsum misit, ut res illorum cognoscat, non ut sua ipsis denuntiet, sed ut eos consoletur. Ostendit autem eos tentationibus pressos esse, atque opus habere solamine.

Vers. 9. *Cum Onesimo fideli ac dilecto fratre, qui est ex vobis.* Onesimus iste est servus Philemonis. Papæ! ad quantam dignitatem pervenit, ut frater etiam Pauli sit! Paulus autem non pudefit frater esse servi. Cedit porro in laudem urbis eorum, id quod ait, *Qui est ex vobis*, ut glorientur quod talem protulerint.

ποιήσωμεν, διὰ τῆς ἐπιεικείας αὐτοὺς προσάγοντες τῷ κηρύγματι.

Ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι ἅλατι ἠρτυμένος. Ἐχέτω μὲν, φησὶ, χαριεντισμὸν ὁ λόγος ὑμῶν· πλὴν μὴ εἰς ἀδιαφορίαν [69] ἐκπιπτέτω καὶ ἐκλυσιν, ἀλλ' ἔστω καὶ στύφων· τοῦτο γὰρ τὸ ἅλας δηλοῖ. Μήτε πέρα τοῦ μέτρου ἐπίχαρις ἔσο, μήτε αὖ αὐστηρός· ὥσπερ τὸ βρῶμα, ἐάν τε ἄναλον ᾖ, ἀηδές ἐστιν· ἐάν τε ἁλυκὸν, ἀπαράδεκτον ὅλως τῇ γεύσει· ἀμφοτέρως δὲ ἄβρωτον. Οὐχ ὁρᾷς τὸν Δανιὴλ πῶς ἀνθρωπον ἀσεβῆ θεραπεύει; οὐχ ὁρᾷς τοὺς τρεῖς παῖδας, ὡς οὐδὲν θρασὺ καὶ ἐπαχθὲς, ἀλλ' ἀνδρίαν καὶ παῤῥησίαν ἐπεδείκνυντο; Τὸ γὰρ θρασύνεσθαι οὐκ ἔστι παῤῥησίας, ἀλλὰ κενοδοξίας.

esse et audacem, non est fiduciæ, sed vanæ

Εἰδέναι πῶς δεῖ ὑμᾶς ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι· Ἄλλως τῷ πλουσίῳ, καὶ ἄλλως τῷ πένητι. Τοῦ μὲν γὰρ ἡ ψυχὴ, ὡς ἀσθενὴς, δεῖται συγκαταβάσεως πολλῆς· τοῦ δὲ πένητος στερρότερα, διὸ καὶ δύναται βαστάζειν, κἂν ἐμβριθέστερον αὐτῷ προσαχθῇς. Μηδεμιᾶς οὔσης ἀνάγκης, μὴ κάλει τὸν Ἕλληνα μιαρὸν, μηδὲ ἔσο ὑβριστής. Ἀλλὰ καὶ κἂν πρὸς ἄρχοντα εἰσαχθῇς, τὰς προσηκούσας τιμὰς ἀπόνεμε· ἂν δὲ περὶ τοῦ δόγματος ἐρωτηθῇς, λέγε αὐτὸ μιαρὸν καὶ ἀσεβές. Ὁ Παῦλος Ἀθηναίοις μὲν μετ' εὐφημίας ὁμιλεῖ· τὸν δὲ Ἐλύμαν κακολογεῖ· ἄξιος γὰρ ἦν.

Τὰ κατ' ἐμὲ πάντα γνωρίσει ὑμῖν Τυχικός. Καὶ τοῦτο ἀπὸ σοφίας, τὸ μὴ πάντα τιθέναι ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς, ἀλλὰ τὰ ἀναγκαῖα καὶ κατεπείγοντα. Πρῶτον μὲν διὰ τὸ μὴ μηκύνειν ταύτας· ἔπειτα ἵνα καὶ ὁ ἀπερχόμενος ἔχῃ τι διηγεῖσθαι, κἀντεῦθεν αἰδεσιμώτερος ᾖ. Τρίτον, δείκνυσι πῶς πρὸς αὐτὸν διάκειται· οὐ γὰρ ἂν αὐτῷ τοιαῦτα ἐπίστευσεν. Ἔπειτα, ἦν ἃ οὐκ ἔδει διὰ γραμμάτων δηλωθῆναι.

Ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς, καὶ πιστὸς διάκονος, καὶ σύνδουλος ἐν Κυρίῳ. Εἰ ἀγαπητὸς, πάντα οἶδεν· εἰ πιστὸς, οὐ [70] ψεύσεται· εἰ σύνδουλος, κεκοινώνηκε τῶν πειρασμῶν.

Ὃν ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, ἵνα γνῷ τὰ περὶ ὑμῶν, καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν. Ἐνταῦθα τὴν πρὸς αὐτοὺς ἀγάπην δείκνυσιν, εἴ γε διὰ τοῦτο αὐτὸν ἀπέσταλκεν, ἵνα γνῷ τὰ αὐτῶν, οὐχ ἵνα τὰ αὐτοῦ ἀπαγγείλῃ αὐτοῖς, ἀλλ' ἵνα αὐτοὺς παρακαλέσῃ. Δείκνυσι δὲ αὐτοὺς ἐν πειρασμοῖς ὄντας, καὶ παρακλήσεως χρῄζοντας.

Σὺν Ὀνησίμῳ τῷ πιστῷ καὶ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ, ὅς ἐστιν ἐξ ὑμῶν. Ὀνήσιμος οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ Φιλήμονος δοῦλος. Βαβαὶ δὲ, εἰς ἡλίκον ἀνέβη ἀξίωμα, ὥστε καὶ ἀδελφὸς εἶναι Παύλου! Καὶ Παῦλος δὲ οὐκ αἰσχύνεται τοῦ δούλου εἶναι ἀδελφός. Ἐγκώμιον δὲ τῆς πόλεως αὐτῶν, τὸ, Ὃς ἐστιν ἐξ ὑμῶν, ἵνα καὶ ἐγκαλλωπίζωνται ὡς τοιοῦτον προενεγκόντες.

[m] Act. xvi, 22. [n] Act. xiii, 10.

Variæ lectiones.

[69] διαφθορίαν o. [70] οὐδὲν o.

Digitized by Google

Πάντα ὑμῖν γνωριοῦσι τὰ ὧδε. Τουτέστι, Τὰ δεσμὰ, καὶ τὰ ἄλλα τὰ κατέχοντά με. Εἰ γὰρ μὴ ταῦτα ἦν, ἦλθον ἂν πρὸς ὑμᾶς. A

Omnia quæ hic aguntur, nota facient vobis. Hoc est, vincula, aliaque me detinentia. Si enim hæc non essent, venissem ad vos.

Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἀρίσταρχος ὁ συναιχμάλωτός μου. Οὗτός ἐστιν ὁ ἀπὸ Ἱεροσολύμων ἀναχθεὶς μετ' αὐτοῦ. Μεῖζον δὲ εἶπε τῶν προφητῶν ὁ Παῦλος, εἴ γε ἐκεῖνοι μὲν ξένους καὶ παρεπιδήμους ἑαυτοὺς ἐκάλουν, οὗτος δὲ καὶ αἰχμάλωτον ἑαυτόν. Καὶ γὰρ τῷ ὄντι [71] καθάπερ αἰχμάλωτος, οὕτως ἤγετο καὶ ἐφέρετο· μᾶλλον δὲ καὶ χεῖρον. Τῶν μὲν γὰρ αἰχμαλώτων, ὡς οἰκείων κτημάτων, οἱ κεκρατηκότες ἐπιμελοῦνται· τοῦτον δὲ, ὡς ἐχθρὸν καὶ πολέμιον πάντες ἦγον καὶ ἔφερον. Τοῦτο καὶ ἐκείνοις παράκλησις, εἴ γε ὁ διδάσκαλος ἐν τοιούτοις.

VERS. 10. *Salutat vos Aristarchus concaptivus meus.* Hic est qui una cum ipso ab Hierosolymis est reductus. Majus autem quam prophetæ Paulus dixit : nam illi sese hospites et peregrinos, hic vero et captivum seipsum nominat. Revera enim captivi instar tractabatur agebaturque, imo pejus. Nam captivorum, ut suarum possessionum, qui eos ceperunt, curam gerunt : hunc autem ceu inimicum et hostem omnes ducebant et tractabant. Hoc illis etiam in consolationem dicitur, quandoquidem præceptor eorum hujusmodi patiatur.

Καὶ Μάρκος ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα. Καὶ τοῦτον ἐγκωμιάζει ἀπὸ τῆς συγγενείας· μέγας γὰρ ὁ Βαρνάβας. B

Et Marcus consobrinus Barnabæ. Et hunc a cognitione commendat : magno enim in pretio erat Barnabas.

Περὶ οὗ ἐλάβετε ἐντολὰς, ἐὰν ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς, δέξασθε αὐτόν. Περὶ Βαρνάβα ἴσως ἔλαβον τὰς ἐντολὰς, ὥστε δέξασθαι αὐτὸν μετὰ τιμῆς. Δύνασαι δὲ στίξαι μὲν εἰς τὸ, *Ἐλάβετε ἐντολάς*· εἶτα ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ἀναγνῶναι τὸ, *Ἐὰν ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς*, ὦ Κολοσσαεῖς, *δέξασθε αὐτὸν* ἐντίμως.

De quo accepistis mandata, si venerit ad vos, suscipite illum. De Barnaba forsan acceperant mandata, ut illum honorifice exciperent. Potes autem hic punctum affigere post, *Mandata accepistis*, deinde ab alio principio legere, *Si venerit ad vos*, o Colossenses, *suscipite eum* honorifice.

Καὶ Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Ἰοῦστος. Ἴσως Κορίνθιος ἦν οὗτος.

VERS. 11. *Et Jesus qui dicitur Justus.* Fortasse hic fuit Corinthius.

Οἱ ὄντες ἐκ περιτομῆς, οὗτοι μόνοι συνεργοὶ εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Εἰπὼν τὸ ἰδιάζον ἑκάστῳ [72] ἐγκώμιον, νῦν τὸ κοινὸν τίθησι. Μέγα γὰρ ἐδόκει τὸ ἐξ Ἰουδαίων εἶναι. Ἐπειδὴ δὲ αἰχμαλωσίας ἐμνήσθη, ἵνα μὴ κατενέγκῃ τὴν τοῦ ἀκούοντος ψυχὴν, διανίστησι λοιπὸν, εἰπών, ὅτι Συνεργοῦσί μοι ἐν τοῖς εἰς βασιλείαν εἰσάγουσιν. Ὥστε τῆς αἰχμαλωσίας κοινωνοῦντες, καὶ τῆς βασιλείας κοινωνήσουσιν. Ὁ δὲ μακάριος Ἰωάννης οὕτως ἀνέγνω, ὡς ἀμυδρῶς παρηνίξατο· *Οἱ ὄντες ἐκ περιτομῆς, οὗτοι μόνοι.* Οἱ γὰρ πλείους, ἐξ ἐθνῶν ἦσαν. C

Qui sunt ex circumcisione : hi soli sunt cooperarii ad regnum Dei. Cum propriam cujusque laudem dixisset, nunc **499** communem etiam ponit : magnum enim videbatur ex Judæis esse. Quoniam autem captivitatis meminerat, ne dejiciat auditoris animum, deinceps excitat, inquiens, Cooperantur mihi in iis quæ ad regnum inducunt. Proinde qui socii sunt captivitatis, erunt etiam participes regni. Divus autem Joannes Chrysostomus hunc ad modum legit, quasi obscure notasset Judæos, inquiens, *Qui sunt ex circumcisione, hi soli :* plures namque ex gentibus fuerunt.

Οἵτινες ἐγενήθησάν μοι παρηγορία. Δείκνυσι καὶ ἑαυτὸν ἐν μεγάλαις κακώσεσι, καὶ τούτους μεγάλους τινὰς, εἴ γε Παύλῳ παρηγορία γεγένηνται. Ὅρα δὲ, πῶς τὸν ἐν δεσμοῖς ὄντα παρηγορῶν, κοινωνὸς αὐτῷ τῆς βασιλείας ἀνακηρύττεται. Ὥστε δεῖ τοὺς κακουχουμένους διὰ Χριστὸν περιποιεῖσθαι.

Qui mihi fuerunt solatio. Ostendit sese in magnis afflictionibus fuisse, eosque magnos esse quosdam, quippe qui Paulo consolationi fuerint. Observa autem quomodo is qui captivum consolatur, simul particeps esse regni prædicetur cum eo. Eos igitur qui propter Christum affliguntur, redimere oportet.

Ἀσπάζεται ὑμᾶς ὁ Ἐπαφρᾶς, ὁ ἐξ ὑμῶν, δοῦλος Χριστοῦ. Καὶ ἐν ἀρχῇ τῆς Ἐπιστολῆς, καὶ νῦν αὐτὸν συνίστησιν, ἵνα ὡς ἀγαπῶντα αὐτοὺς ἀνταγαπῶσι, καὶ ἡδέως ἀκούωσιν αὐτοῦ, εἴ τι διδάσκει. Τὸ γὰρ αἰδέσιμον εἶναι τὸν διδάσκαλον, ὠφέλεια τῶν μαθητῶν, πειθομένων αὐτῷ ὃ ἂν λέγῃ. Μέγα δὲ αὐτοῦ ἐγκώμιον τὸ, δοῦλον εἶναι Χριστοῦ. Δόξα οὖν ὑμῶν ἐστι τοιοῦτος ὢν, ὡς [73] ἐξ ὑμῶν γεγονώς. D

VERS. 12. *Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, servus Christi.* Et in principio Epistolæ, et nunc ipsum commendat, ut veluti amantem ipsos redament, ac libenter eum audiant, si quid doceat. Præceptorem enim in honore esse, in commoditatem discipulorum cedit, obtemperantium ei in iis quæ dicit. Ingens autem ejus præconium est, servum esse Christi. Gloria igitur vestra est ille, utpote qui cum talis sit, ex vobis sit oriundus.

Πάντοτε ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὑμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς. Οὐχ ἁπλῶς εὐχόμενος, ἀλλ' ἀγωνιῶν καὶ τρέμων ὑπὲρ ὑμῶν, οὐ νῦν μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντοτε.

Semper sollicitus pro vobis in orationibus. Non simpliciter orans, sed sollicitus ac tremens pro vobis, non nunc solum, sed semper.

Variæ lectiones.

[71] ὄντως γὰρ m. [72] ἑκάστου o. [73] ἅτε o.

Digitized by Google

Ut stetis perfecti. Tacite eos mordet ceu imperfectos. Claudicabant enim omnino in dogmate de angelis. Quia vero potest quispiam esse perfectus, nec stare tamen, quemadmodum cum aliquis omnia noverit, non consistat tamen firmiter : propterea vicit, *Ut stetis perfecti*, videlicet et in doctrina et in vita.

A Ἵνα στῆτε τέλειοι. Δάκνει αὐτοὺς ἠρέμα ὡς ἀτελεῖς ὄντας. Ἔσκαζον γὰρ πάντως περὶ τὸ δόγμα τοῦ περὶ τῶν ἀγγέλων λόγου. Ἐπεὶ δὲ ἕνι τέλειον μὲν εἶναι, μὴ ἑστάναι δέ, ὥσπερ ὅταν τις πάντα μὲν εἰδῇ, μὴ ἑστήκοι δὲ βεβαίως· διὰ τοῦτό φησιν· Ἵνα στῆτε τέλειοι, ἔν τε τῷ δόγματι δηλαδὴ καὶ ἐν τῷ βίῳ.

Et pleni in omni voluntate Dei. Hoc est, Ut nullam aliam voluntatem faciatis, præter divinam : hoc enim est completum et perfectum esse. Ostendit autem per hæc, eos partim habere quiddam, partim etiam illis aliquid deesse.

Καὶ πεπληρωμένοι ἐν παντὶ θελήματι τοῦ Θεοῦ. Τουτέστιν, Ἵνα μηδὲν ἄλλο θέλημα ποιῆτε, ἢ τὸ τοῦ Θεοῦ· τοῦτο γὰρ τὸ πεπληρῶσθαι καὶ τὸ τετελειῶσθαι. Δείκνυσι δὲ αὐτοὺς διὰ τούτων, τὸ μέντι ἔχοντας, τὸ δὲ ὑστεροῦντας.

Vers. 13. *Testimonium enim illi perhibeo, quod habeat zelum multum pro vobis, et pro iis qui sunt Laodiceæ, et qui Hierapoli.* Utraque exaggerationem habent, cum quod *zelum* dicit, tum quod *multum*. Commendat autem eum Laodicensibus et Hierapolitanis : omnino enim perlecta Epistola, de eo audirent.

Μαρτυρῶ γὰρ αὐτῷ, ὅτι ἔχει ζῆλον πολὺν ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ τῶν ἐν Ἱεραπόλει. Ἀμφότερα ἐπιτάσεως, καὶ ζῆλον, καὶ πολύν. B Συνίστησι δὲ αὐτὸν καὶ τοῖς Λαοδικεῦσι, καὶ τοῖς Ἱεραπολίταις· πάντως γὰρ τῆς Ἐπιστολῆς ἀναγινωσκομένης, ἤκουσαν ἂν περὶ τούτου.

Vers. 14. *Salutat vos Lucas medicus dilectus.* Lucas iste evangelista est, cujus non exiguum est encomium, eum esse Paulo dilectum. Neque hunc aliis postposuit, ut eum imminueret, verum ut Epaphram **500** apud concives magni faceret. Verisimile est autem alios etiam hoc nomine vocatos fuisse.

Ἀσπάζεται ὑμᾶς Λουκᾶς ὁ ἰατρὸς ὁ ἀγαπητός [74]. Λουκᾶς οὗτος ὁ εὐαγγελιστής ἐστιν, οὗ μέγα ἐγκώμιον τὸ ἀγαπητὸν εἶναι Παύλου. Οὐ τοῦτον δὲ κατασμικρύνων, ὕστερον τέθεικεν, ἀλλὰ τὸν Ἐπαφρᾶν πρὸς τοὺς συμπολίτας σεμνύνων. Εἰκὸς δὲ, εἶναι καὶ ἄλλους καλουμένους τῷ ὀνόματι τούτῳ.

Ac Demas. Nondum enim, ut videtur, magistrum reliquerat.

Καὶ Δημᾶς. Οὔπω γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἐγκατέλιπε τὸν διδάσκαλον.

Vers. 15. *Salutate fratres qui sunt Laodiceæ.* Animadverte qui eos conglutinet ac copulet inter se mutuo.

Ἀσπάσασθε τοὺς ἐν Λαοδικείᾳ ἀδελφούς. C Ὅρα, πῶς αὐτοὺς συγκολλᾷ καὶ συνάπτει ἀλλήλοις.

Et Nymphan, et quæ in domo ejus est Ecclesiam. Magnus hic vir fuit, qui domum suam totam fidelem habuerit, adeo ut Ecclesia vocaretur. Propterea et gratificatur ei Paulus, seorsim eum salutans. Facit autem hoc, ut et alios ad consimilem zelum provocet, ut si et ipsi honorari velint, Nympham hunc imitentur.

Καὶ Νυμφᾶν, καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτοῦ Ἐκκλησίαν. Μέγας οὗτος ὁ ἀνὴρ, ὅτι καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ πάντα πιστοὺς εἶχεν, ὥστε καὶ Ἐκκλησίαν [αὐτὸν] καλεῖσθαι. Διὰ τοῦτο καὶ χαρίζεται αὐτῷ Παῦλος, ἰδίᾳ προσαγορεύων αὐτόν. Ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ διὰ τὸ τοὺς ἄλλους εἰς τὸν αὐτὸν ἐρεθίσαι ζῆλον, ἵνα εἰ μέλλοιεν καὶ αὐτοὶ τιμᾶσθαι, μιμήσωνται Νυμφᾶν.

Vers. 16. *Et cum lecta fuerit apud vos Epistola hæc, facite ut et in Laodicensium Ecclesia legatur, atque ut vos Laodicensium Epistolam legatis.* Juxta meam sententiam fuerunt nonnulla in hac scripta, quæ oportebat eos audire, ac rursum in illa quæ necessum erat hos discere. Major enim est commoditas, quando aliis accusatis, alii sua peccata agnoscunt. Quæ vero fuit Epistola ex Laodicea ? Ad Timotheum prima : nam ista ex Laodicea scripta est. Quidam autem aiunt, quod ea fuerit quam Paulo Laodicenses miserint : verum haud scio quid illa ipsis emolumenti ad emendationem afferre potuerit.

Καὶ ὅταν ἀναγνωσθῇ παρ' ὑμῖν ἡ Ἐπιστολὴ, ποιήσατε ἵνα καὶ ἐν τῇ Λαοδικέων ἀναγνωσθῇ, καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας ἵνα ὑμεῖς ἀναγνῶτε. Ἐμοὶ δοκεῖ εἶναί τινα τῶν γραφέντων ἐν ταύτῃ, ἃ κἀκείνους ἔδει ἀκοῦσαι· καὶ αὖ ἐν ἐκείνῃ, ἃ τούτους ἐχρῆν μαθεῖν. Μείζων γὰρ [75] ἡ ὠφέλεια, ὅταν ἑτέρων ἐγκαλουμένων, ἕτεροι τὰ οἰκεῖα ἁμαρτήματα ἐπιγινώσκωσι. Τίς δὲ ἦν ἡ ἐκ Λαοδικείας; Ἡ πρὸς Τιμόθεον πρώτη· αὕτη γὰρ ἐκ Λαοδικείας ἐγράφη. Τινὲς δέ φασιν, ὅτι ἦν οἱ Λαοδικεῖς Παύλῳ ἐπέστειλαν. Ἀλλ' οὐκ οἶδα τί ἂν ἐκείνης ἔδει αὐτοῖς πρὸς βελτίωσιν.

Vers. 17. *Dicite Archippo,* Cur non scribit ad ipsum? Fortasse, quod exigua tantum commonefactione, non longis litteris opus habebat.

Εἴπατε Ἀρχίππῳ. Τίνος ἕνεκεν οὐ γράφει πρὸς αὐτόν; Ἴσως, διότι ψιλῆς μόνης ὑπομνήσεως, οὐ πολλῶν γραμμάτων ἐδεῖτο.

Vide ministerium quod accepisti in Domino, ut illud impleas. Hoc verbum ubique perterrefacit :

Βλέπε τὴν διακονίαν ἣν παρέλαβες ἐν Κυρίῳ, ἵνα αὐτὴν πληροῖς. Φοβοῦντός ἐστι τὸ ῥῆμα τοῦτο

Variæ lectiones.

[74] ἀγαπητός μου ο. [75] δὲ ο.

Digitized by Google

παντοχοῦ. *Βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν. Βλέπετε μήπως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη.* Οὕτω καὶ ἐνταῦθα· Βλέπε ὅπως πληροῖς τὸ ἔργον [76] ὃ παρέλαβες ἐν Κυρίῳ, τουτέστι διὰ Κυρίου· αὐτὸς γάρ σοι ἔδωκεν, οὐκ ἐγώ. Ποῖον δὲ ἦν τὸ ἔργον; Τὸ τοὺς Κολοσσαεῖς ἐφορᾷν. Δύο δὲ κατασκευάζει διὰ τοῦ εἰπεῖν, *Ἐν Κυρίῳ*· ἐκεῖνόν τε σπουδαιότερον ποιεῖ εἰς τὸ ἀνύειν αὐτὸ, ὡς Δεσποτικὸν ἔργον· κἀκείνους ὑποτάττει αὐτῷ, ὡς παρὰ Θεοῦ ἐγχειρισθέντι αὐτούς. Καὶ ὅλως γὰρ διὰ τοῦτο γράφει [77] αὐτοῖς, *Εἴπατε Ἀρχίππῳ*· ἵνα ὅταν ἐπιτιμᾷ Ἄρχιππος αὐτοῖς, μὴ ἔχωσιν ἐγκαλεῖν ἐκείνῳ, ὡς πικρῷ, ἅτε γινώσκοντες ὅτι Παύλου τοῦτό ἐστιν ἐπίταγμα, καὶ τὸ αὐτῶν στόμα πρὸς τὸν Ἄρχιππον εἶπεν, ἃ Παῦλος αὐτῷ ἐμήνυσεν. Ἵνα τοίνυν ἐπιστομίσῃ αὐτοὺς, εὐμεθόδως τοῦτο Παῦλος ἐποίησεν, ἐπεὶ ἄλλως ἄτοπον τοῖς μαθηταῖς περὶ τοῦ διδασκάλου διαλέγεσθαι.

Μνημονεύετέ μου τῶν δεσμῶν. Ἀντὶ τοῦ, Μνείαν μου ποιεῖτε, τοῦ δεδεμένου, τοῦ κατακρίτου. Μεγίστη δὲ παράκλησις αὐτοῖς εἰς [78] πᾶσαν θλῖψιν, τὸ μνημονεύειν Παύλου δεδεμένου.

Ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν. Ἀμήν. Ταύτης παρούσης, κἂν θλίψεις ἔχητε, κἂν δεσμὰ, οὐδὲν ὑμῶν κατισχύσει· ἐπεὶ καὶ τοῦτο χάριτος, τὸ δεδέσθαι. Ὑπέστρεφον γὰρ, φησὶν, ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου, χαίροντες ὅτι κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ. Ὁρᾷς, ὅτι καταξιωθῆναί ἐστι τὸ ὑβρισθῆναι; Καὶ ὄντως μέγα ἀξίωμα τοῦτο. Γένοιτο οὖν καὶ ἡμῖν τοῖς ἀναξίοις ἀξιωθῆναι τῆς θείας χάριτος ἐν ταῖς θλίψεσιν· ὡς ἂν διαβασταζούσης ταύτης τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν, εἰς ὠφέλειαν ἡμῖν αὗται γένωνται, τὸ πολὺ πάχος τῶν ἁμαρτιῶν ἐκπιέζουσαι, εἰς δόξαν Πατρὸς, Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. ὯΙ ἡ δόξα [79] εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A *Videte ne quis vos deprædetur. Videte ne potestas vestra hæc.* Consimilem ad modum hic: *Vide*, ut impleas opus quod accepisti in Domino, hoc est, per Dominum: ipse namque tibi dedit, non ego. Quale autem erat opus? Ut Colossensibus prospiceret, eosque curaret et observaret. Deo autem astruit per hoc quod dicit, *In Domino*: nempe et ipsum diligentiorem facit, ut illud perficiat, veluti herile opus; et illos huic subjicit, ut cui a Deo ipsi sint commissi. Omnino enim propterea scripsit eis, *Dicite Archippo*: ut quando ipsos objurget Archippus, non accusent tanquam amarulentum, nimirum agnoscentes quod Pauli hoc sit mandatum, et quod ipsorum os Archippo dixerit quæ Paulus ei nuntiaverit. Ut igitur illorum ora obstruat, Paulus artificiose hoc fecit: quandoquidem alioqui absurdum erat discipulis de præceptore disputare.

B

Vers. 18. *Memores estote vinculorum meorum.* Hoc est, Mei memoriam facite, qui vinctus sum et condemnatus. Hæc autem maxima est eis consolatio adversus **501** quamvis afflictionem, meminisse Pauli vincti.

Gratia vobiscum. Amen. Hac præsente, etiamsi afflictiones habueritis et vincula, nihil adversum vos poterit. Nam et hoc ipsum in vinculis teneri, gratiæ est. Revertebantur enim, inquit, a carcere gaudentes, quod digni judicati essent contumelia affici pro nomine Christi [a]. Viden' dignitatem et honorem esse, contumelia affici? Ac revera magna hæc est dignitas. Contingat igitur et nobis indignis, divina gratia dignos judicari in afflictionibus, ut hac imbecillitatem nostram supportantes, ad commoditatem istæ nobis cedant, multam peccatorum nostrorum crassitiem expellentes, in gloriam Patris, Filii, sanctique Spiritus. Cui honor in sæcula sæculorum. Amen.

C

[a] Act. v, 41.

Variæ lectiones.

[76] τοῦτο τὸ ἔργον m. [77] ἔγραφε o. [78] πρὸς o. [79] ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος m.

Digitized by Google

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

ΤΗΣ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ

ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ ΠΡΩΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

—

THEOPHYLACTI

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI

EPISTOLÆ I D. PAULI AD THESSALONICENSES

EXPOSITIO.

—

502-503 CAPUT PRIMUM. A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Vers. 1. *Paulus et Silvanus et Timotheus.* Paulus apostolus ad Thessalonicenses scribens, sibi-ipsi conjungit etiam Timotheum : Ephesiis autem scribens, non sic facit, etsi illis cognitus esset Timotheus. Mihi quidem ideo defecisse hoc videtur, quod statim ad Ephesios ipsum missurus esset : supervacuum autem erat Epistolæ conditorem, eum qui hanc mox esset subsecuturus, prædicare. Hic autem non sic se res habet : verum reversus jam erat Timotheus a Thessalonica : merito igitur sibi-ipsi hunc conjungit. Præponit autem Timotheo Silvanum, Timotheo fortassis istud præ humilitate sua postulante, imitatus nimirum præceptorem Paulum, qui discipulos suos sibi connumerat. Neque autem **504** apostolum, neque servum secundum consuetudinem suam apostolus hic se appellat, eo quod novitii erant, necdum sufficientem ejus experientiam acceperant. Non igitur eum dignitatis suæ meminisse oportebat.

Παῦλος καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος. Πρὸς Θεσσαλονικεῖς ὁ ἀπόστολος Παῦλος γράφων, ἑαυτῷ συντάττει καὶ Τιμόθεον. Ἐφεσίοις δὲ ἐπιστέλλων οὐχ οὕτω ποιεῖ, καίτοι γινωσκομένου αὐτοῖς Τιμοθέου. Ἐμοὶ δοκεῖ [80] ὅτι πρὸς μὲν Ἐφεσίους ἐμέλλεν αὐτὸν πέμπειν εὐθέως, καὶ περιττὸν ἦν δημιουργὸν τῆς Ἐπιστολῆς ἀνακηρύττειν τὸν ταύτην [81] καταληψόμενον. Ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐπανελθὼν ἦν ὁ Τιμόθεος ἀπὸ Θεσσαλονίκης· ὥστε εἰκότως ἑαυτῷ τοῦτον [82] συντάττει. Προτάττει δὲ Τιμοθέου Σιλουανὸν, ἴσως αἰτησομένου τοῦτο Τιμοθέου διὰ ταπεινοφροσύνην, ἅτε μιμουμένου τὸν διδάσκαλον Παῦλον, ὃς τοὺς μαθητὰς ἑαυτῷ συγκαταριθμεῖ [83]. Οὔτε δὲ ἀπόστολον, οὔτε δοῦλον, κατὰ τὸ εἰωθὸς, ἑαυτὸν ὁ Παῦλος ἐνταῦθα καλεῖ, διότι νεοκατήχητοι ἦσαν, καὶ οὐδέπω αὐτοῦ ἱκανὴν πεῖραν ἔλαβον. Οὐκ οὖν ἔδει τοῦ ἀξιώματος αὐτοῦ μνησθῆναι.

Ecclesiæ Thessalonicensium. Etsi pauci essent Thessalonicenses, et nondum firmi constitissent, Ecclesiam tamen eos appellat, vel ipso nomine animum illis addens : quandoquidem plerumque Ecclesiæ nomen multitudinem significat.

Τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων. Εἰ δὲ ὀλίγοι ἦσαν οἱ Θεσσαλονικεῖς, καὶ οὐδέπω συνεστήκεισαν, ὅμως Ἐκκλησίαν αὐτοὺς καλεῖ, παραμυθούμενος τῷ ὀνόματι· ἐπειδὴ πλῆθος ὡς τὰ πολλὰ σημαίνει τὸ τῆς Ἐκκλησίας ὄνομα.

In Deo Patre et Domino Jesu Christo. Quia et

Ἐν Θεῷ Πατρὶ καὶ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ.

Variæ lectiones.

[80] δοκεῖν o. [81] τούτους o. [82] ἑαυτὸν τούτῳ o. [83] συγκαταλέγει m.

Digitized by Google

Ἐπειδὴ ἦσαν καὶ Ἑλληνικαὶ καὶ Ἰουδαϊκαὶ Ἐκκλησίαι, ἀποδιαστέλλων αὐτὴν ἐκείνων, φησί· *Τῇ ἐν Θεῷ Πατρί.* Μέγα δὲ ἀξίωμα τὸ ἐν Θεῷ εἶναι. Εἴ τις γὰρ ἁμαρτίας ἐστὶ [84] δοῦλος, οὐκ ἔστιν ἐν Θεῷ. Σημείωσαι δὲ τὸ, *Ἐν*, ἐπὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ κείμενον. A

Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη. Ἐπεύχεται αὐτοῖς ἵνα [μὴ] ἐπὶ πλέον προκόψωσιν ἐν τοῖς θείοις χαρίσμασιν, ἀλλὰ καὶ εἰρήνην ἔχωσι, μὴ φυσιούμενοι κατ' ἀλλήλων.

Εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ πάντων ὑμῶν. Εὐθέως ἀπὸ ἐγκωμίου τὸ προοίμιον. Τῷ γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, δείκνυσιν αὐτοὺς κατωρθωκότας [85] τοιαῦτα, ἐξ ὧν δοξάζεται ὁ Θεός. Ἅμα δὲ καὶ ταπεινοφρονεῖν διδάσκει, ὡς τοῦ Θεοῦ τὸ πᾶν ἐργαζομένου.

Μνείαν ὑμῶν ποιούμενοι ἐπὶ τῶν προσευχῶν ἡμῶν. Τὸ μὲν εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, ἀπὸ τῶν κατορθωμάτων αὐτῶν· τὸ δὲ μεμνῆσθαι ἐπὶ τῶν προσευχῶν, τῆς πρὸς αὐτοὺς ἀγάπης. B

Ἀδιαλείπτως μνημονεύοντες ὑμῶν. Οὐ μόνον, φησὶν, ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου μέμνημαι ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ ἄλλοτε πάντοτε. Τοῦτο δὲ τῆς ἐπιτεταμένης αὐτοῦ ἀγάπης δεῖγμα.

Τοῦ ἔργου τῆς πίστεως. Τουτέστι τῆς ἐνστάσεως ὑμῶν. Τοῦτο γὰρ ἔργον πίστεως, τὸ στερρῶς ἵστασθαι, οὐχὶ τὸ λόγοις μόνον αὐχεῖν τὴν πίστιν.

Καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης. Ποῖος κόπος τὸ ἀγαπᾶν; Τὸ μὲν ἁπλῶς, οὐδὲ εἷς· τὸ δὲ γνησίως, πολὺς κόπος. Ὅταν γάρ τις διὰ τὸν ἀγαπώμενον πάντα ὑπομένῃ, πῶς οὐ κόπος; Καὶ Θεσσαλονικεῖς οὖν πολλὰ ἔπαθον διὰ τὴν πρὸς τὸν Παῦλον ἀγάπην, ὡς μαθήσῃ ἐκ τῆς βίβλου τῶν Πράξεων. C

Καὶ τῆς ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Πολλοὺς, φησὶν, ὑπεμείνατε καὶ μακροὺς πειρασμούς· ὑπεμείνατε δὲ τῇ ἐλπίδι ῥωννύμενοι. Μετὰ πληροφορίας γὰρ ἐπίστευον τοῖς ἀποκειμένοις ἐπάθλοις· ἐπεὶ δὲ ὁ Θεὸς συνεχώρει ἐν ἀρχῇ πειράζεσθαι, ἵνα μή τις εἴπῃ, ὅτι ἁπλῶς καὶ κολακείᾳ τὸ κήρυγμα συνίστατο, καὶ δειχθῇ, ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνῃ πειθῷ, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ δύναμις ἦν ἡ τὰς ψυχὰς πείθουσα.

Ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν. Διχῶς τοῦτο νοήσεις· ἢ, Μνημονεύοντες ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν· ἢ, Τοῦ ἔργου τῆς πίστεως, τοῦ ὄντος ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ. Μὴ γὰρ νομίσητε ὅτι ἀκερδῶς; πονεῖτε [86], ἀλλὰ πάντα ἔμπροσθέν εἰσι τοῦ Θεοῦ· ὥστε καὶ τοὺς μισθοὺς ἀποδώσει. D

Εἰδότες, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι, ἐκ Θεοῦ [87] τὴν ἐκλογὴν ὑμῶν. Μνημονεύομεν, φησὶν, ὑμῶν, διότι οἴδαμεν ὅτι ἐκλελεγμένοι ἐστὲ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ἐξελέγητε γὰρ εἰς τὴν πίστιν ὑπὲρ τοὺς πολλούς. Καὶ πόθεν τοῦτο δῆλον, ὦ Παῦλε; Ἄκουε, φησὶ, τῶν ἑξῆς·

Ὅτι τὸ Εὐαγγέλιον ἡμῶν οὐκ ἐγενήθη πρὸς

Græcæ et Judaicæ fuerunt Ecclesiæ, hanc ab illis distinguens dicit, *Quæ est in Deo Patre.* Præclara autem dignitas est, in Deo esse. Si enim quisquam peccati fuerit servus, non est in Deo. Observa hic præpositionem (*In*) Patri ac Filio tribui.

Gratia vobis et pax. Optat eis, ut in divinis donis promoveant, sed tamen ut, non erga se mutuo inflati, pacem habeant.

Vers. 2. *Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis.* Statim post encomium procœmium auspicatur. Nam per hoc quod pro ipsis gratias agat Deo, indicat operatos ipsos esse talia, quorum causa Deus glorificetur. Simul autem humiliter sapere docet, tanquam Deus omnia operetur.

Memoriam vestri facientes in orationibus nostris. Quod gratias agit Deo, isthuc est propter virtutes eorum : quod vero meminerit eorum in precationibus suis, charitatis est.

Vers. 3. *Sine intermissione memores.* Non solum, inquit, in orationibus meis vestri recordor, verum et alias semper. Istud autem vehementis charitatis est indicium.

Operis fidei vestræ. Hoc est, constantiæ vestræ. Istud enim est opus fidei, firmiter consistere, et non solis verbis in fide gloriari.

Et laborem charitatis. Qualis autem labor est diligere? Si simpliciter diligas, nullus est. Sin germane, multus est labor. Quando enim quispiam ob dilectum sibi quidvis sustinuerit, quo pacto labor non erit? Thessalonicenses autem propter charitatem, qua Paulum prosecuti sunt, multa perpessi erant, ut disces ex Actorum libro P.

Et sustinentiam spei Domini nostri Jesu Christi. Multas, inquit, et longas tentationes sustinuistis. Sustinuistis autem spe roborati. Cum certitudine enim credebant repositis præmiis. Deus enim in principio tentari eos permittebat, ne quis diceret, quod simpliciter et per adulationem Evangelii prædicatio constaret, utque monstretur non esse humanam istam persuasionem, verum Dei potentiam quæ animabus persuadebat.

505 *Ante Deum et Patrem nostrum.* Bifariam hoc intelliges : vel, Recordantes ante Deum, sive coram Deo et Patre nostro : vel, Operis fidei vestræ, quod est ante Deum. Ne enim existimetis quod sine lucro laboratis, cæterum omnia sunt coram Deo : itaque et mercedem reddet.

Vers. 4. *Scientes, fratres dilecti, a Deo electionem vestram.* Meminimus, inquit, vestri, eo quod sciamus vos esse electos a Deo : electi enim estis ad fidem præ multis aliis. Unde vero hoc liquet, dive Paule? Audi, inquit, quæ sequuntur :

Vers. 5. *Quia Evangelium nostrum non fuit ad vos*

P Act. XVII, 5.

Variæ lectiones.

[84] εἴη σ. [85] ἐργαζομένους ο. [86] ποιεῖτε ο. [87] ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ο.

Digitized by Google

in sermone tantum. Inde, inquit, perspicuum est, quod electi sitis, eo quod Deus prædicationem Evangelii in vobis glorificaverit. Non enim ita simpliciter prædicavimus, quinetiam signa sunt edita, quibus testatus est Deus fidem sibi vestram probari, tanquam eorum qui ab eo electi essent et prædestinati.

Sed et in virtute. Hoc est, in signis quæ facta sunt ad beneficentiam gratorum, et ad pœnam ingratorum.

Et in Spiritu sancto. Vel quod in sapientia spirituali et non externa : vel quod Spiritus sanctus credentibus dabatur.

Et in certitudine multa. Hoc est, in ærumnis et afflictionibus. Quemadmodum signa et Spiritus sancti largitio propter illorum, qui crediderunt, certam persuasionem facta erant : ita tribulationes Evangelii causa perpessæ magno sunt illi firmamento.

Sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. Vos, inquit, testes estis, quomodo in vobis conversati sumus, et quod cum alacritate multa prædicaverimus. Sed et hoc propter vos. Quia enim electi eratis, propterea nihil non vestri causa laboravimus : pro dilectis enim a Deo quis quidvis non patiatur? Hic autem sua etiam facta attingit, etiamsi tecte : vult enim primum eos commendare.

VERS. 6. *Et vos imitatores nostri facti estis, et Domini.* Confortat eos cum laudando, tum ad memoriam revocando, quod et ipsi non sint in periculis eo facti inferiores. Deus bone! quantum est encomium, eos statim præceptoris sui imitatores factos esse; nec ejus tantum, verum etiam Domini! Qui vero Domini imitatores facti sunt? Quoniam et ipse multa passus lætabatur : sponte enim ad id accedebat, adeo ut diceret Patri : *Clorifica me* [q].

Excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti. Verbum non simpliciter cum tribulatione susceptistis, sed cum multa, hoc est, **506** cum periculis. Atque hoc disces ex Actis apostolorum. Attamen afflictionem hanc, seu pericula, læti suscipite. Interpretans autem quomodo liceat et fieri possit, ut quispiam in afflictione lætetur, dixit, *Cum gaudio Spiritus sancti.* Non enim permisit vos Spiritus sanctus dolere, sed dolor erat in rebus corporalibus; gaudium vero a Spiritu dabatur. Quemadmodum enim in flamma pueri a Spiritu exsibilante irrorabantur; hunc ad modum et vos in periculis Spiritus lætos faciebat, futuram vobis præmonstrans retributionem. Animadverte autem tum quempiam fieri imitatorem Domini, quando pericula sustinet cum gaudio Spiritus sancti.

VERS. 7. *Ita ut vos facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia et Achaia.* Etsi postremo

A *ὑμᾶς ἐν λόγῳ μόνον.* Ἐκ τούτου, φησὶ, δῆλον ὅτι ἐκλεκτοί ἐστε, ἐκ τοῦ τὸν Θεὸν τὸ κήρυγμα ἐν ὑμῖν δοξάσαι. Οὐ γὰρ ἁπλῶς οὕτως ἐκηρύξαμεν, ἀλλὰ καὶ σημεῖα ἐγένοντο, τοῦ Θεοῦ πάντως εὐδοκοῦντος ὑμᾶς πιστεῦσαι, ὡς ἐκλεκτοὺς αὐτῷ καὶ προωρισμένους.

Ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει. Τουτέστιν ἐν σημείοις, καὶ πρὸς εὐεργεσίας τῶν εὐγνωμόνων, καὶ πρὸς κολάσεις τῶν ἀγνωμόνων γινομένοις.

Καὶ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Ἢ ὅτι ἐν σοφίᾳ πνευματικῇ, οὐ τῇ ἔξω· ἢ ὅτι Πνεῦμα ἅγιον ἐδίδοτο τοῖς πιστεύσασι [88].

Καὶ ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ. Τουτέστι, καὶ ἐν κακώσεσι καὶ θλίψεσιν. Ὥσπερ τὰ σημεῖα καὶ ἡ τοῦ B Πνεύματος χορηγία διὰ τὴν τῶν πεπιστευκότων πληροφορίαν ἐγίνοντο· οὕτω καὶ αἱ ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος θλίψεις μεγάλῃ βεβαίωσις αὐτοῦ εἰσι.

Καθὼς οἴδατε, οἷοι ἐγενήθημεν ἐν ὑμῖν δι' ὑμᾶς. Ὑμεῖς, φησὶ, μάρτυρες, πῶς ἐν ὑμῖν ἀνεστράφημεν, καὶ ὅτι μετὰ προθυμίας πολλῆς ἐκηρύξαμεν· ἀλλὰ καὶ τοῦτο δι' ὑμᾶς. Διότι γὰρ ἐκλεκτοὶ ἦτε, διὰ τοῦτο πάντα ὑπὲρ ὑμῶν ἐσπουδάσαμεν· ὑπὲρ γὰρ τῶν τοῦ Θεοῦ ἀγαπητῶν τί οὐκ ἂν τις πάθοι; Ἐνταῦθα δὲ καὶ τῶν αὐτοῦ κατορθωμάτων ἅπτεται, εἰ καὶ ἐπεσκιασμένως. Βούλεται γὰρ πρότερον ἐκείνους ἐγκωμιάσαι.

Καὶ ὑμεῖς μιμηταὶ ἡμῶν ἐγενήθητε καὶ τοῦ Κυρίου. Ἀναῤῥώννυσιν αὐτοὺς τῷ τε ἐπαινεῖν, καὶ C τῷ ὑπομιμνήσκειν ὅτι καὶ αὐτοὶ οὐκ ἀπελείφθησαν αὐτοῦ τοῖς κινδύνοις. Βαθαὶ δὲ, οἷον τὸ ἐγκώμιον, μιμητὰς εὐθὺς τοῦ διδασκάλου γενέσθαι, καὶ οὐ μόνον αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ Κυρίου! Πῶς δε ἐγένοντο τοῦ Κυρίου μιμηταί; Ὅτι καὶ αὐτὸς πολλὰ παθὼν ἔχαιρεν· ἑκὼν γὰρ ἐπὶ τοῦτο ἤρχετο, ὥστε καὶ λέγειν τῷ Πατρί· *Δόξασόν με.*

Δεξάμενοι τὸν λόγον ἐν θλίψει πολλῇ, μετὰ χαρᾶς Πνεύματος ἁγίου. Οὐχ ἁπλῶς μετὰ θλίψεως ἐδέξασθε τὸν λόγον, ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλῆς, τουτέστι, μετὰ κινδύνων. Καὶ τοῦτο μαθήσῃ ἀπὸ τῶν Πράξεων. Ἀλλ' ὅμως ταύτην τὴν θλῖψιν, ἤτοι τοὺς κινδύνους, χαίροντες ὑποδέχεσθε. Ἑρμηνεύων δὲ, πῶς ἔνεστιν ἐν θλίψει χαίρειν, εἶπε· *Μετὰ χαρᾶς Πνεύματος ἁγίου.* Οὐ γὰρ ἀφῆκεν ὑμᾶς τὸ Πνεῦμα D ἀλγεῖν, ἀλλ' ἡ μὲν ἀλγηδὼν ἐν τοῖς σωματικοῖς, ἡ δὲ παρὰ τοῦ Πνεύματος ἐδίδοτο. Ὡς γὰρ ἐν τῇ φλογὶ ἐδροσίζοντο οἱ παῖδες τῷ διασυρίζοντι Πνεύματι, οὕτω καὶ ὑμᾶς ἐν τοῖς κινδύνοις ἐχαροποίει τὸ Πνεῦμα, τὴν μέλλουσαν προσδεικνύον [*f.* προδ.] ὑμῖν μισθαποδοσίαν. Ὅρα δὲ ὅτι τότε τις γίνεται τοῦ Κυρίου μιμητὴς, ὅτε κινδύνους ὑπομένει μετὰ χαρᾶς ἁγίου Πνεύματος.

Ὥστε γενέσθαι ὑμᾶς τύπους πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ τῇ Ἀχαΐᾳ. Καὶ

[q] Joan. XVII, 1.

Variæ lectiones.

[88] πιστεύουσι m. [89] πάσχων m.

Digitized by Google

μὴν ἐν ὑστέρῳ ἦλθε Παῦλος πρὸς τούτους, ἀλλ' οὕτως ἐλάμψατε, φησὶν, ὡς τῶν προλαβόντων γενέσθαι διδάσκαλοι. Καὶ τοῦτο δὲ μίμησις Παύλου· καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὕστερος προσελθὼν, πάντας ὑπερέβαλεν. Ὅρα δὲ, οὐκ εἶπε, Τύπους γενέσθαι πρὸς τὸ πιστεῦσαι, ἀλλὰ, Τοῖς ἤδη πιστεύσασι[90] τύπος ἐγένεσθε, πῶς δεῖ πιστεύειν, ὅτι μετὰ θερμότητος καὶ τῆς πρὸς τοὺς κινδύνους ἑτοιμότητος. Ἀχαΐαν δὲ τὴν Ἑλλάδα φησίν.

A ad eos Paulus venerit, sic tamen, inquit, resplenduistis, ut eorum qui præcesserint vos facti sitis doctores. Atque hæc est Pauli imitatio. Nam et ipse, postremus accedens, omnes superavit. Expende autem, quod non dixerit, Facti estis forma, ut crederent alii; verum jam credentibus forma facti estis, quomodo oporteat credere, nimirum cum fervore et promptitudine ad pericula. Per Achaiam autem Græciam intelligit.

Ἀφ' ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται ὁ λόγος τοῦ Κυρίου. Τουτέστιν, Ἡ περὶ τῆς ὑμῶν ἀρετῆς φήμη ἐποίησεν ἐξάκουστον γενέσθαι πᾶσι τὸ κήρυγμα, καὶ πάντων ὑμᾶς παιδευτὰς δειχθῆναι. Τὸ δὲ, Ἐξήχηται, ὡς ἐπὶ σάλπιγγος λαμπρὸν ἠχούσης, καὶ ἐπὶ πολὺ φθανούσης.

VERS. 8. *A vobis enim insonuit sermo Domini.* Hoc est, fama de virtute vestra fecit, ut prædicatio innotesceret omnibus, vosque omnium institutores ostenderemini. Illud autem, *Insonuit*, veluti de tuba dictum est, quæ clare sonat, et sonitus ejus ad multos pervenit.

Οὐ μόνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ Ἀχαΐᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ἡ πίστις ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἐξελήλυθεν. Τὴν μὲν Μακεδονίαν, φησὶ, καὶ τὴν Ἑλλάδα τοῦ λόγου καὶ τῆς διδασκαλίας ἐνεπλήσατε τῷ καθ' αὐτοὺς ὑποδείγματι· τοῦ δὲ θαύματος, πάντα τρόπον, ὅπως ἐν οὕτω βραχεῖ χρόνῳ τοσαύτην πίστιν [μακρὰν] ἐπεδείξασθε. Ὡς περὶ ἐμψύχου δέ τινος διαλεγόμενος εἶπε τὸ, Ἐξελήλυθεν.

B *Non solum in Macedonia et Achaia, sed et in omni loco fides vestra quæ est ad Deum, egressa est.* Exemplo vestro, inquit, Macedoniam quidem et Achaiam verbo et doctrina replestis; admiratione vero, omnem locum, quomodo scilicet in tam brevi temporis spatio tantam fidem ostendistis. Tanquam autem de re animata loqueus dixit, *Egressa est.*

Ὥστε μὴ χρείαν ἡμᾶς ἔχειν λαλεῖν τι. Οὕτως ἐστὶ σφοδρὰ καὶ ἐνεργὴς ἡ τῆς πίστεως ὑμῶν φήμη, ὥστε οὐδὲ περιμένουσιν ἡμᾶς οἱ ἄνθρωποι εἰπεῖν τι περὶ ὑμῶν, ἀλλ' ὁσάκις ἐπιχειρήσομεν λέγειν, ἵνα κἀκείνους εἰς τὸν ἴσον ζῆλον ἐμβάλωμεν, προφθάνουσιν ἡμᾶς ἐκεῖνοι, τὰ ὑμέτερα καλὰ διηγούμενοι.

Ita ut non sit nobis necesse quidquam loqui. Adeo vehemens et efficax est fidei vestræ fama, ut neque exspectent nos homines dum quidquam de vobis dicamus: verum quoties narrare conamur, ut illos ad parem æmulationem injiciamus, præveniunt nos illi, vestra nobis bona prædicantes.

C

Αὐτοὶ γὰρ περὶ ἡμῶν ἀπαγγέλλουσιν, ὁποίαν εἴσοδον ἔχομεν[91] πρὸς ὑμᾶς. Τουτέστιν, ὅτι Ἡ ἡμετέρα πρὸς ὑμᾶς ἔλευσις θανάτων ἤγεμε μυρίων, ἀλλ' ὅμως ὑμεῖς οὐκ ἐσκανδαλίσθητε ἐφ' ἡμῖν. Ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς κινδύνοις δι' ἡμᾶς περιπεσόντες, οὐκ ἀπεστράφητε ἡμᾶς, ἀλλ' οὕτως ἡμῶν εἴχεσθε, ὡς μυρίων ἀγαθῶν ἀπολαύσαντες. Δευτέρα δὲ ἦν αὕτη εἴσοδος. Καὶ γὰρ ἀπελθὼν εἰς Βέρροιαν ἐδιώχθη· κἀκεῖθεν ἐλθὼν, οὕτως ἐδέχθη, ὥστε καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ὑπὲρ αὐτοῦ θεῖναι.

Et quomodo conversi estis ad Deum a simulacris, ut serviatis Deo viventi et vero. Hoc est, quod facile, et cum magna vehementia ac summo studio. Hic autem adhortationem minus molestam introduxit, scite eis in memoriam revocans a quibus ad quæ transierint, et ut iis digne vivant.

Καὶ πῶς ἐπεστρέψατε πρὸς τὸν Θεὸν ἀπὸ τῶν εἰδώλων, δουλεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ. Τουτέστιν, ὅτι εὐκόλως, ὅτι μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος. Ἐνταῦθα δὲ ἀνεπαχθέστερον καὶ παραίνεσιν εἰσήγαγεν, ἀναμιμνήσκων αὐτοὺς εὐμεθόδως ἀπὸ τίνων εἰς τίνα μετῆλθον, ἵνα καὶ ἀξίως αὐτῶν ζῶσι.

D

VERS. 10. *Et exspectetis Filium ejus de cœlis, (quem excitavit ex mortuis) Jesum, qui eripit nos ab ira ventura.* Et hoc est ejusdem methodi: docet enim sub narrationis specie, exspectare Filium Dei. Afflictis enim hæc est maxima consolatio, quod qui passus est, excitatus est, jamque in cœlis est, tum quod ille venturus est, ut nos qui affligimur, liberet ab ira ventura, hoc est, a pœna, tanquam eos qui illi per fidem et immaculatam vitam placueri-

Καὶ ἀναμένειν τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν (ὃν ἤγειρεν ἐκ τῶν νεκρῶν), Ἰησοῦν τὸν ῥυόμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης. Καὶ τοῦτο τῆς αὐτῆς μεθόδου ἐστί. Διδάσκει γὰρ ἐν εἴδει διηγήσεως, περιμένειν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Παραμυθία γὰρ μεγίστη τοῖς θλιβομένοις τοῦτο, ὅτι ὁ παθὼν ἠγέρθη, καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ ἐστι, καὶ ὅτι ἥξει, καὶ ἡμᾶς μὲν τοὺς θλιβομένους ῥύσεται ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης, τουτέστι τῆς κολάσεως,

Variæ lectiones.

[90] πιστεύουσι O. [91] ἔσχομεν O.

Digitized by Google

mus : eis autem qui nos affligunt, non parcet. Quoniam autem pericula jam sunt in manibus, bona vero in spe, magnam ipsis fidem tribuit ; siquidem exspectant et sperant firmiter quæ futura sunt.

A ἄτε εὑηρεστηκότας αὐτῷ διὰ τῆς πίστεως καὶ τῆς ἀμώμου πολιτείας · τῶν δὲ θλιβόντων ἡμᾶς οὐ φείσεται. Ἐπειδὴ δὲ τὰ μὲν δεινὰ ἐν χερσὶ, τὰ δὲ χρηστὰ ἐν ἐλπίσι [93], μεγάλην αὐτοῖς προσμαρτυρεῖ πίστιν, εἴ γε ἀναμένουσι καὶ ἐλπίζουσι βεβαίως τὰ μέλλοντα.

CAPUT II.

Vers. 1. *Nam ipsi scitis, fratres, introitum nostrum ad vos, quod non fuerit inanis.* Vestra, inquit, sane magna sunt : interim tamen neque nos humana ratione usi sumus, neque inanis fuit introitus noster, hoc est, sine periculis ac sine tentationibus, ac nihil habens firmitatis. Nam, ut sæpe dictum est, pericula sunt quæ fidem consolidant : citra hæc autem inanis fuerit et vacua.

ΚΕΦΑΛ Β'.

Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ἀδελφοὶ, τὴν εἴσοδον ἡμῶν τὴν πρὸς ὑμᾶς, ὅτι οὐ κενὴ γέγονε. Καὶ τὰ μὲν ὑμέτερα, φησὶ, μεγάλα · πλὴν οὐδὲ ἡμεῖς ἀνθρωπίνῳ λόγῳ ἐχρησάμεθα, οὐδὲ κενὴ ἡ εἴσοδος ἡμῶν, τουτέστιν, ἄνευ κινδύνων, καὶ ἀπείραστος καὶ οὐδὲν στερρὸν ἔχουσαν. Ὡς γὰρ πολλάκις εἴρηται, οἱ κίνδυνοί εἰσιν οἱ στερεοῦντες τὴν πίστιν · ἄνευ δὲ τούτων κενὴ ἂν ἦν.

Vers. 2. *Sed ante malis afflicti, et contumeliis affecti, sicut scitis, Philippis, fiduciam habuimus in Deo nostro, loqui ad vos Evangelium Dei in multo certamine.* Cum evasissemus, inquit, pericula apud Philippenses, in alia incidimus rursus. Vide autem, quomodo Deo rursus omnia referat accepta : Confisi, inquit, fuimus Deo, hoc est, ab eo confortati.

B Ἀλλὰ προπαθόντες, καὶ ὑβρισθέντες, καθὼς οἴδατε, ἐν Φιλίπποις, ἐπαρρησιασάμεθα ἐν τῷ Θεῷ ἡμῶν λαλῆσαι πρὸς ὑμᾶς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ ἐν πολλῷ ἀγῶνι. Ἀπὸ κινδύνων, φησὶν, ἐκφυγόντες τῶν ἐν Φιλίπποις, πάλιν εἰς ἕτερους κινδύνους ἐνεπέσομεν [94]. Ὅρα δὲ, πῶς τῷ Θεῷ πάλιν τὸ πᾶν ἀνέθηκεν, Ἐπαρρησιασάμεθα, εἰπὼν, ἐν τῷ Θεῷ, τουτέστιν, ὑπ' ἐκείνου ἐνδυναμούμενοι.

Vers. 3. *Exhortatio enim nostra non fuit ex errore.* Hoc est, doctrina nostra non fuit ex impostura. Impostores enim seipsos non solent in pericula conjicere, sed potius in delicias : ego vero meipsum periculis objeci. Hinc itaque manifestum est, quod doctrina mea non erret, et quod pro humanis rebus non elegerim periculis esse obnoxius, verum ob divina ac stabilia bona.

Neque ex immunditia. Hoc est, non **508** impurum aliquid doceo, qualia sunt magorum et incantatorum.

Neque in dolo. Non in innovatione, vel seditione, ut Theudæ sectatores.

Vers. 4. *Sed sicut probati sumus a Deo, ut crederetur nobis Evangelium, ita loquimur.* Deus, inquit, probavit nos, et elegit, ut committeret nobis Evangelium : non autem elegisset, nisi dignos novisset. Tales igitur manemus probati, quales electi sumus ab ipso ad talem prædicationem.

Non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. Hoc est, non ut vobis placeamus, hæc facimus omnia : sed Deo placere volentes, qui abdita explorat (nam, *Probat*, hoc significat nunc); vel quia recipit corda et coronat. Nemo autem dolosus, et impostor, et immundus, huic placere potest.

Ἡ γὰρ παράκλησις ἡμῶν οὐκ ἐκ πλάνης. Τουτέστιν, ἡ διδαχὴ οὐκ ἐκ πλάνης. Οἱ γὰρ πλανῶντες οὐκ εἰς κινδύνους ἑαυτοὺς ἐκδιδόασιν, ἀλλ' εἰς τρυφάς · ἐγὼ δὲ ἐμαυτὸν εἰς κινδύνους ἐξέδωκα. Ὥστε δῆλον ἐντεῦθεν, ὅτι ἡ διδαχή μου οὐ πλανᾷ, οὐδὲ ὑπὲρ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀνέχομαι [95] κινδυνεύειν, ἀλλ' ὑπὲρ θείων καὶ μονίμων.

C *Οὐδὲ ἐξ ἀκαθαρσίας.* Τουτέστιν, Οὐκ ἀκάθαρτόν τι διδάσκω, οἷα τὰ τῶν μάγων καὶ γοήτων.

Οὔτε ἐν δόλῳ. Οὔτε ἐπὶ νεωτεροποιΐᾳ καὶ συστάσει, ὡς οἱ περὶ Θευδᾶν.

Ἀλλὰ καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ Θεοῦ πιστευθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον, οὕτω λαλοῦμεν. Ὁ Θεὸς, φησὶν, ἐδοκίμασεν ἡμᾶς, καὶ ἐξελέξατο πιστευθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον · οὐκ ἂν δὲ ἐξελέξατο, εἰ μὴ ἀξίους ἐγίνωσκε. Τοιοῦτοι μὲν οὖν μένομεν δόκιμοι, καὶ οἷοι ἐξελέγημεν παρ' αὐτοῦ εἰς τὸ τηλικοῦτον κήρυγμα.

Οὐχ ὡς ἀνθρώποις ἀρέσκοντες, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τῷ δοκιμάζοντι τὰς καρδίας ἡμῶν. Τουτέστιν, Οὐχ ἵνα ὑμῖν ἀρέσωμεν, ταῦτα πάντα ποιοῦμεν · D ἀλλὰ τῷ Θεῷ ἀρέσκειν θέλοντες, ὃς τὰ κρυπτὰ ἐξετάζει (τὸ γὰρ, *Δοκιμάζει*, τοῦτο σημαίνει νῦν) · ἢ ὅτι ἀποδέχεται τὰς καρδίας καὶ στεφανοῖ. Οὐδεὶς δὲ δολερὸς, καὶ ἀπατεὼν, καὶ ἀκάθαρτος, τούτῳ δύναται ἀρέσκειν.

Vers. 5. *Neque enim aliquando in sermone adulationis fuimus, sicut scitis.* Postquam in prioribus laudavit eos, ne suspectam faciat laudem, ait : Nunquam alias vobis adulatus sum (quod est decipientium), proinde neque jam nunc adulabor.

Neque in occasione avaritiæ : Deus testis. Neque præ pecuniæ amore prædicavimus vobis. Quod igi-

Οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν, καθὼς οἴδατε. Ἐπειδὴ προλαβὼν ἐπῄνεσεν αὐτοὺς, ἵνα μὴ ὑποπτον ποιήσῃ τὸν ἔπαινον, φησὶν, ὅτι Οὐδὲ ἄλλοτέ ποτε [96] ἐκολάκευσα ὑμᾶς (ὅπερ ἐστὶ τῶν πλανώντων) · οὐκοῦν οὐδὲ νῦν.

Οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας · Θεὸς μάρτυς. Οὔτε διὰ φιλοχρηματίαν ἐκηρύξαμεν ὑμῖν. Τοῦ μὲν

Variæ lectiones

[93] ἐν ἐλπίσι χρηστοῖς m. [94] ἑαυτοὺς ἐπερρίψαμεν o. [95] ἀνθρωπίνου πράγματος εἱλόμην o. [96] οὐδέποτε o.

Digitized by Google

οὖν μὴ κολακεῦσαι, καὶ ὑμεῖς μάρτυρες · τοῦ δὲ μὴ φιλοχρήματον εἶναί με, Θεὸς μάρτυς · ὑμῖν [96] γὰρ ἄδηλον τοῦτο. A

Οὔτε ζητοῦντες ἐξ ἀνθρώπων δόξαν, οὔτε ἀφ' ὑμῶν, οὔτε ἀπ' ἄλλων. Οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἠτιμάσθημεν, οὐδ' ὅτι Οὐκ ἀπελαύσαμεν τιμῆς, ἵνα μὴ δόξῃ ὀνειδίζων αὐτούς [97] · ἀλλ', *Οὐκ ἐζητήσαμεν τιμήν*, καίτοι γε τοῦ κηρύγματος τοῦτο ἀπαιτοῦντος. Εἰ γὰρ τοὺς βασιλικοὺς πρέσβεις πολλῆς ἀξιοῦμεν τιμῆς, πολλῷ μᾶλλον τοὺς τοῦ Θεοῦ. Πῶς οὖν δόξης ἕνεκεν πράξομέν τι, οἱ μήτε παρ' ὑμῶν, μήτε παρ' ἄλλων, ὡς διδάσκαλοι, θέλοντες τιμᾶσθαι;

Δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι ὡς Χριστοῦ ἀπόστολοι. Ἢ ἐν τιμῇ, καὶ δόξῃ, καὶ ὄγκῳ· ἢ δυνάμενοι [98] λαμβάνειν καὶ τρέφεσθαι, καὶ βαρεῖς ὑμῖν εἶναι. Καὶ γὰρ τὸ ἀξίωμα ἡμῶν τοῦτο ἀπαιτεῖ, λαμβάνειν παρ' ὑμῶν. B

Ἀλλ' ἐγενήθημεν ἤπιοι ἐν μέσῳ ὑμῶν. Ἤπιοι, τουτέστι πρᾶοι, ἀβαρεῖς. Ἢ καὶ, *Νήπιοι ἐν μέσῳ ὑμῶν*, τουτέστιν, ἀκέραιοι [99], ἀφιλάδοξοι. Τὸ γὰρ νήπιον οὐδὲν τοιοῦτον λογίζεται. Καὶ τὸ, *Ἐν μέσῳ ὑμῶν*, τοιοῦτον ἔχει νοῦν· Ὡς εἷς ἐξ ὑμῶν ἐγενόμην, οὐ τὴν ἄνω τάξιν [1] λαβών.

Ὡς ἐὰν τροφὸς θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα. Τὴν φιλοστοργίαν αὐτοῦ δείκνυσι. Μὴ ἡ τροφὸς κολακεύει; μὴ χρήματα αἰτεῖ παρὰ τῶν παίδων τῶν μικρῶν; Οὕτω δεῖ τὸν διδάσκαλον εἶναι προσηνῆ, καταφιλοῦντα τοὺς ἐμπαροινοῦντας αὐτῷ, ὡς καὶ ἡ τροφὸς τὰ παιδία, κἂν τύπτωσιν. C

Οὕτως ὁμειρόμενοι ὑμῶν, εὐδοκοῦμεν μεταδοῦναι ὑμῖν, οὐ μόνον τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχάς. — *Ὁμειρόμενοι ὑμῶν*, τουτέστι, Προσδεδεμένοι ὑμῖν καὶ ἐχόμενοι ὑμῶν, παρὰ τὸ, ὁμοῦ, καὶ τὸ, εἴρω, τὸ συμπλέκω. Τινὲς δὲ, *Ἱμειρόμενοι*, ἀνέγνωσαν, ἀντὶ τοῦ, ἐπιθυμοῦντες, οὐκ ἔστι δέ. Οὐ μόνον οὖν, φησὶν, οὐδὲν ἐλάβομεν ἀφ' ὑμῶν, ἀλλ' εἰ οἷόν τε εὐδοκοῦμεν, τουτέστι, σφόδρα θέλομεν [2] καὶ τὰς ψυχὰς εἰς ὑμᾶς κενῶσαι. Τὸ μὲν οὖν διδόναι τὸ Εὐαγγέλιον, τιμιώτερον· τὸ δὲ τὴν ψυχὴν δοῦναι, δυσκολώτερον, καὶ μανικωτέρας [3] ἀγάπης· ὅπερ οὖν καὶ αὐτὸς ἐπάγει.

Διότι ἀγαπητοὶ ἡμῖν γεγένησθε [4]. Ἵνα μὴ δόξῃ λέγειν ταῦτα πάντα ὡς κάμνων ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ ὡς ὀφείλων τιμηθῆναι παρ' αὐτῶν ὑπὲρ τούτου, φησὶν, ὅτι Δι' οὐδὲν ἄλλο ταῦτα ποιῶ, ἢ διὰ τὴν ἀγάπην. Οὐ γὰρ ἀντιμισθίαν ζητῶ· ἀλλὰ δι' αὐτὸ τὸ καλόν. C

Μνημονεύετε γάρ, ἀδελφοί, τῶν κόπων ἡμῶν καὶ τῶν μόχθων· νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν, ἐκηρύξαμεν εἰς ὑμᾶς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ. Οὐκ εἶπε, Μνημονεύετε τὰς εὐεργεσίας τὰς παρ' ἐμοῦ, ἀλλὰ, *Τῶν κόπων* [5]· καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ, *καὶ τῶν μό-*

tur non sim adulatus, vos testes estis : quod autem non sim pecuniarum amator, neque avarus, Deus testis : istud enim vos latet.

Vers. 6. *Nec quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis.* Non dixit, Ignominia affecti sumus, neque, Non sumus honore dignati, ne videatur ipsis exprobrare : verum, *Non quæsivimus honorem*, cum tamen prædicatio hoc postulet. Nam si regios legatos magno honore dignamur, multo magis Dei legatos. Quomodo igitur gloriæ causa agemus aliquid, qui neque vobis, neque ab aliis, tanquam doctores cupiamus honorari?

Vers. 7. *Cum possemus vobis oneri esse ut Christi apostoli.* Vel honore, et gloria, et amplitudine, vel potuissemus accipere a vobis et alii, adeoque graves esse vobis. Etenim dignitas nostra hoc postulat, ut accipiamus a vobis.

Sed facti sumus in medio vestri mites. Mites, hoc est mansueti, sine gravamine. Vel, infantes in medio vestri, hoc est innocentes, vanæ gloriæ expertes. Infans enim nihil tale cogitat. Itidem, *In medio vestrum*, talem habet sensum : factus sum veluti unus ex vobis, qui non superiorem sortem acceperim.

Tanquam si nutrix foveat suos ipsius filios. Amorem suum ostendit. Numquid nutrix adulatur? numquid a parvulis **509** infantibus pecuniam expetit? Pari ratione doctorem convenit esse mitem, ac deamantem etiam eos, qui ei insultaverint, perinde ac nutrix pueros, etiamsi eam feriant.

Vers. 8. *Sic obstricti vobis, volebamus tradere vobis, non solum Evangelium Dei, sed et nostras ipsorum animas.* Ὁμειρόμενοι ὑμῶν, hoc est, obligati vobis, atque vobis adhærentes ab ὁμοῦ, et εἴρω, connecto. Nonnulli vero, Ἱμειρόμενοι, legerunt, id est, desiderantes; sed male. Non solum igitur, inquit, nihil a vobis accepimus, verum si possibile esset, εὐδοκοῦμεν, hoc est, vehementer volebamus etiam animas nostras in vos impendere. Proinde Evangelium impertiri, est honorificentius; animam autem impendere, difficilius est vehementiorisque ac veluti magis insanientis charitatis est : quod et ipse infert.

Quoniam charissimi nobis facti estis. Ne videatur hæc omnia dicere tanquam qui labores pro eis suscipiperet, et propterea deberet honorari ab ipsis, ait : Nullam ob rem aliam hæc facio, inquit, quam propter charitatem. Retributionem enim non quæro; sed propter ipsum bonum.

Vers. 9. *Meministis enim, fratres, laboris nostri ac fatigationis : Nocte ac die operantes, ne quemquam vestrum gravaremus, prædicavimus ad vos Evangelium Dei.* Non dixit, Meministis beneficiorum quæ a me accepistis, sed, *Laboris;* nec id simpliciter, cæterum et fatigationis, id est, laboris cum magna

Variæ lectiones.

[96] αὐτοῖς o. [97] αὐτοῖς ni. [98] δυνάμεθα o. [99] ἄκακοι o. [1] *Chrys.* λῆξιν o. [2] ἠθέλομεν o. [3] μονιμωτέρας o. [4] ἐγενήθητε o. [5] τὸν κόπον o.

Digitized by Google

diligentia. Et non solum die, verum etiam nocte. O quanta hæc est promptitudo, et summa ne quemquam offendat sedulitas! Innuit autem Thessalonicenses pauperes fuisse, cum inquit *Ne quemquam vestrum gravaremus*

χθων [6], τουτέστι, τῶν [7] μετὰ πολλῆς σπουδῆς. Καὶ οὐχ ἡμέρας μόνον, ἀλλὰ καὶ νυκτός. Βαβαὶ τῆς προθυμίας καὶ τῆς ὑπὲρ τοῦ μὴ σκανδαλίσαι τινὰ σπουδῆς! Δείκνυσι δὲ καὶ ἐν πενίᾳ ὄντας τοὺς Θεσσαλονικεῖς, διὰ τοῦ εἰπεῖν· *Πρὸς τὸ μή ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν.*

Vers. 10. *Vos testes estis, et Deus.* Satis Deus auctoritatis habebat et fidei; verum quia non erat perspicuum hominibus, quod Deus hac de re testimonium dicat, ipsos etiam quibus loquitur, in testimonium vocat.

Ὑμεῖς μάρτυρες, καὶ ὁ Θεός. Ἀξιόπιστος μὲν ὁ Θεός· πλὴν ἐπειδὴ ἄδηλον ἀνθρώποις εἰ ὁ Θεὸς εἰς [8] τοῦτο μαρτυρεῖ, καὶ αὐτοὺς, πρὸς οὓς ὁ λόγος, καλεῖ μάρτυρας.

Quam pie. Omnia quæ opus erant, implentes: hoc enim significat, ὁσίως, cum timore et cultu Dei.

Ὡς ὁσίως. Πάντα ὅσα ἔδει, πληροῦντες· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, Ὁσίως, ἀντὶ τοῦ, μετὰ τῆς πρὸς Θεὸν εὐλαβείας.

Et juste. Hoc est, pecuniam a nemine exigentes.

Καὶ δικαίως. Τουτέστι, μηδένα ἀπαιτοῦντες (3) χρημάτων ἀπαιτήσεσι.

Et inculpate. Citra offendiculum et scandalum.

Καὶ ἀμέμπτως. Ἀπροσκόπως καὶ ἀσκανδαλίστως.

Vobis qui credidistis affuimus. Quandoquidem ab infidelibus impius vocabatur, et circulator, et loquaculus, et nihil sani.

Ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν ἐγενήθημεν. Ἐπεὶ τοῖς γε ἀπίστοις [9] καὶ ἀνόσιος ἐκαλεῖτο, καὶ ἀγύρτης, καὶ σπερμολόγος, καὶ οὐδὲν ὑγιές

Vers. 11. *Sicut scitis.* Rursus eos testes vocat: quod argumento est, eum nihil arroganter dicere.

Καθάπερ οἴδατε. Πάλιν αὐτοὺς μάρτυρας καλεῖ. Ὃ σημεῖον τοῦ μὴ ἀλαζονευόμενον λέγειν

Qualiter unumquemque vestrum (*sicut* **510** *pater filios suos*) *deprecantes vos et consolantes.* Papæ! cujusmodi id erat negotii, quod neminem citra consolationem prætermitteret, sed unicuique verba accommodaret! *Deprecantes* autem, ut fortiter ferant. Non igitur gloriam quærebam. Supra quidem nutrici seipsum assimilavit, nunc autem patri, dilectionem indicans, et præsidentiam, et humilitatem omnis fastus vacuam. Quis enim pater adversus filios inflatus est?

Ὡς ἕνα ἕκαστον ὑμῶν (*ὡς πατὴρ τέκνα ἑαυτοῦ*), *παρακαλοῦντες ὑμᾶς καὶ παραμυθούμενοι.* Βαβαὶ, οἷον ἦν τὸ μηδένα παραλιπεῖν ἀπαρηγόρητον, ἀλλ' ἑνὶ ἑκάστῳ προσφόρως διαλέγεσθαι! *Παρακαλοῦντες* δὲ, πρὸς τὸ φέρειν γενναίως. Οὐκ ἄρα δόξαν ἐζήτουν. Ἄνω μὲν οὖν τροφῷ ἑαυτὸν ἀπείκασε, νῦν δὲ πατρὶ, τὴν ἀγάπην δεικνύων, καὶ τὴν προστασίαν, καὶ τὸ ἄτυφον. Τίς γὰρ πατὴρ κατὰ τῶν τέκνων τετύφωται;

Vers. 12. *Ac testificantes, ut ambularetis digne Deo qui vocat vos ad suum ipsius regnum et gloriam.* Testificari sive obtestari jam severioris est doctrinæ. Quare non adulabar. Postquam vero prædixit, *Tanquam pater*, tunc intulit, *Testificantes.* Non enim, *vehementer*, inquit, sed, ut patres, *ut ambularetis vos digne Deo* (qui vos vocavit ad regnum suum et gloriam). Animadverte autem quomodo sub narrationis specie nos docceat et consoletur. Si enim ad regnum nos vocat Deus, omnia sunt ferenda.

Καὶ μαρτυρούμενοι, εἰς τὸ περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Θεοῦ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν καὶ δόξαν. Τὸ μαρτύρεσθαι ἤδη πληκτικώτερας διδασκαλίας ἐστίν. Οὐκ οὖν ἐκολάκευον. Ἐπεὶ δὲ προεῖπεν, ὅτι *Ὡς πατὴρ*, τότε ἐπήγαγε καὶ τὸ, *Μαρτυρούμενοι.* Οὐ γὰρ σφοδρῶς, φησὶν, ἀλλ', ὡς πατέρες, *εἰς τὸ περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Θεοῦ* [10]. Καὶ ὅρα, πῶς ἐν εἴδει διηγήσεως διδάσκει ἅμα καὶ παραμυθεῖται. Εἰ γὰρ εἰς βασιλείαν καλεῖ ἡμᾶς ὁ Θεὸς, δεῖ πάντα φέρειν.

Vers. 13. *Ideo et nos gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cum accepistis verbum auditus a nobis Dei, accepistis non verbum hominum, sed* (*quemadmodum est vere*) *verbum Dei.* Hoc loco eos etiam commendat. Non enim, inquit, nos quidem omnia inculpate agimus, vos autem indignum quiddam mea institutione demonstrastis. Non enim tanquam homines audiretis, ita simpliciter affecti estis, sed veluti ipso Deo adhortante, sic advertebatis animum. Verbum autem auditus Dei, prædi-

Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ ἀδιαλείπτως, ὅτι παραλαβόντες λόγον ἀκοῆς παρ' ἡμῶν τοῦ Θεοῦ, ἐδέξασθε οὐ λόγον ἀνθρώπων, ἀλλὰ (*καθώς ἐστιν ἀληθῶς*) *λόγον Θεοῦ.* Ἐνταῦθα καὶ αὐτοὺς ἐγκωμιάζει. Οὐ γὰρ ἡμεῖς μὲν, φησὶν, ἀμέμπτως πάντα πράττομεν, ὑμεῖς δὲ ἀνάξιόν τι τῆς ἐμῆς διαταγῆς ἐνεδείξασθε. Οὐ γὰρ ὡς ἀνθρώπων ἀκούοντες ἁπλῶς διάκεισθε, ἀλλ' ὡς αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ παραινοῦντος, οὕτω προσείχετε. Λόγον δὲ ἀκοῆς τοῦ Θεοῦ, τὸ κήρυγμά φησιν, ὡς διὰ

Variæ lectiones.

[6] τὸν μόχθον o. [7] τοῦ o. [8] καὶ o. [9] ἀπιστοῦσι o. [10] Κυρίου o.

(3) Præferenda procul dubio est lectio codicis S. Marci Veneti, ἀδικοῦντες. Unde versio Latina hoc loco ita se habere debet: *Neminem injuria afficientes pecuniæ exactionibus;* vel clarius, *a nemine pecuniam, injuste exigentes.* Scilicet non qualicunque, sed injusta exactione justitia læditur. Lectio textus editi nec cum sensu nec cum grammaticæ regulis congruit.

Digitized by Google

τοῦ ἀκουσθῆναι πιστευόμενον. Πῶς γὰρ πιστεύσωσιν, ἐὰν μὴ ἀκούσωσιν;

Ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιστεύουσι. Πόθεν δῆλον, ὅτι ὡς Θεοῦ λόγον ἐδέξασθε; Ἐνεργεῖται γάρ, φησὶν, ἐν ὑμῖν, τουτέστιν, ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν δείκνυται. Εἰ μὴ γὰρ οὕτως αὐτὸν ἐδέξασθε, οὐκ ἂν τοὺς τηλικούτους πειρασμοὺς οὕτω γενναίως ἠνέγκατε. Ὥσπερ γὰρ ὅτι οὐ κόλαξ ἐστὶν, οὐδὲ δολερὸς, αὐτὸς ἐκ τοῦ κινδύνους ὑπομεῖναι δείκνυσιν· οὕτω καὶ τὴν αὐτῶν πίστιν ἐκ τοῦ θλίψεις ὑπενεγκεῖν ἐμφαίνει.

Ὑμεῖς γὰρ μιμηταὶ ἐγενήθητε, ἀδελφοὶ, τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ τῶν οὐσῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἵνα μή τις Ἐκκλησίας ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ τὰς συναγωγὰς τῶν Ἰουδαίων νοήσῃ, διὰ τοῦτο προσέθηκεν, *Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*, ἵνα τὰς τῶν πιστῶν Ἐκκλησίας δηλώσῃ.

Ὅτι τὰ αὐτὰ ἐπάθετε καὶ ὑμεῖς ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων. Πολλὴ ἡ παραμυθία. Εἰ γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι ζηλωταὶ τοῦ πατρῴου νόμου, ἅπαξ πιστεύσαντες τοσαῦτα ὑπέμειναν, πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς ὀφείλετε; Οὐ μικρὸν δὲ τεκμήριον καὶ τοῦ ἀληθῆ εἶναι τὸ κήρυγμα, τὸ Ἰουδαίους τοσαῦτα παθεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ, ὃ πρὶν ἐδίωκον.

Τῶν καὶ τὸν Κύριον ἀποκτεινάντων Ἰησοῦν. Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ τοὺς συμφυλέτας ἐκάκωσαν, ὅπου γε καὶ τὸν Κύριον ἀπέκτειναν; Ὅρα δὲ πηλίκη παραμυθία τὸ κοινωνεῖν τῷ Χριστῷ τῶν παθημάτων. Διὸ καὶ Παῦλος ἀεὶ ἐν τοῖς πειρασμοῖς τοῦτο ἐπιφέρει [11].

Καὶ τοὺς ἰδίους προφήτας. Ἀλλ' ἐρεῖ τις, ὅτι τὸν Κύριον ἠγνόησαν. Τί οὖν; οὐχὶ τοὺς ἰδίους προφήτας ἐγίνωσκον, ὧν καὶ τὰ βιβλία περιφέρουσι; πῶς οὖν καὶ τούτους ἀπέκτειναν; Ὥστε δῆλον ὅτι οὐδὲν ποιοῦσιν ὡς ζηλοῦντες ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ μᾶλλον κατὰ τῆς ἀληθείας λυττῶντες.

Καὶ ἡμᾶς ἐκδιωξάντων. Τοὺς ἀποστόλους, τοὺς διδασκάλους ὑμῶν. Δεῖ οὖν ὑμᾶς τοὺς μαθητὰς, πρὸς τὰ παραδείγματα ἀποβλέποντας, φέρειν.

Καὶ Θεῷ μὴ ἀρεσκόντων. Πῶς γὰρ ἀρέσκειν οὗ τὸν Υἱὸν ἀπέκτειναν, τοὺς προφήτας προαποκτείναντες;

Καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίων, κωλυόντων ἡμᾶς λαλῆσαι τοῖς ἔθνεσιν, ἵνα σωθῶσιν. Εἰ γὰρ τῇ οἰκουμένῃ δεῖ λαλῆσαι τὰ σωτήρια, οὗτοι δὲ κωλύουσι, κοινοὶ ἄρα τῆς οἰκουμένης ἐχθροί εἰσι. Βασκανία γὰρ ἀνυπέρβλητος τὸ τῇ κοινῇ σωτηρίᾳ ἐμποδίζειν.

Εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας πάντοτε. Ταῦτα δὲ, φησὶ, καὶ πάλιν ἐπὶ τῶν προφητῶν, καὶ ὕστερον ἐπὶ Χριστοῦ, καὶ ἐφ' ἡμῶν ἔπραξαν, ἵνα δείκνύωσιν ἑαυτοὺς τὰ τελειότατα ἁμαρτάνοντας, καὶ φθάνοντας τὸ πλῆρες μέτρον τῆς κακίας καὶ ἀκρότατον.

A cationem dicit, eo quod audiendo credatur. Quomodo enim credant, si non adiant [r]?

Qui et operatur in vobis credentibus. Unde liquet, quod tanquam verbum Dei acceperitis? Operatur enim, inquit, in vobis, hoc est, ex ipsis operibus demonstratur. Nisi enim ipsum sic suscepissetis, tot tentationes non tam fortiter sustinuissetis. Ut enim quod neque adulator sit, neque impostor, ex periculis quæ subiit, convincit: ita ipsorum fidem ex afflictionum tolerantia indicat.

Vers. 14. *Vos enim imitatores facti estis, fratres, Ecclesiarum quæ sunt in Judæa in Christo Jesu.* Ne quis per Ecclesias quæ sunt in Judæa, synagogas Judæorum intelligat, propterea adjecit, *In Christo* B *Jesu*, ut fidelium Ecclesias indicet.

Quia eadem passi estis et vos a propriis contribulibus, sicut et ipsi a Judæis. Magna hinc consolatio. Si enim Judæi patriæ legis æmulatores, postquam semel crediderint, tanta sunt perpessi, quanto potius vos debetis? Non exiguum autem argumentum est, verum esse Evangelii **511** verbum, quod Judæi tanta patiantur propter id quod ante persequebantur.

Vers. 15. *Qui et Dominum occiderunt Jesum.* Quid mirum, si contribules suos afflixerunt, quandoquidem et Dominum occiderunt? Animadverte autem qualis sit consolatio, participem fieri Christi afflictionum. Propterea Paulus semper istud in C tentationibus infert.

Et proprios prophetas. At dicet aliquis, quod Dominum ignoraverint, neque cognoverint. Quid tum postea? Nonne prophetas suos norant, quorum libros etiam circumferunt? Quomodo igitur et hos occiderunt? Quare planum est, quod nihil agant veluti æmulantes pro veritate, sed contra veritatem potius insanientes.

Et nos persecuti sunt. Apostolos, doctores vestros. Oportet igitur vos discipulos, ad hæc exempla defigentes oculos, patienti animo isthæc ferre.

Et Deo non placent. Quomodo enim ei placere queant, cujus Filium occiderunt, ac jam olim prophetas etiam interemerunt?

Vers. 16. *Et omnibus hominibus adversantur,* D *prohibentes nos gentibus loqui, ut salvi fiant.* Si enim universo terrarum orbi salus annuntianda est, illi autem prohibent, communes orbis terrarum sunt hostes. Est enim invidentia immensa, communem salutem impedire

Ut impleant peccata sua semper. Hæc autem inquit, jam olim in prophetis, et posthac in Christo, atque adeo in nobis peregerunt, ut ostendant seipsos perfectissime peccare, perveniregue ad plenam et summam malitiæ mensuram.

[r] Rom. x, 14.

Variæ lectiones.

[11] περιφέρει o.

Digitized by Google

Pervenit autem ira in ipsos ad finem. Hoc est, A non jam, quemadmodum antehac, reditus est ipsis a captivitate, neque terram suam denuo recuperabunt, sed in finem usque ira Dei pervenit in ipsos, hoc est, adusque consummationem, sic permanebit ipsis ira Dei. Porro, cum dicit, *Ἡ ὀργὴ*, cum articulo, ostendit hanc iram ipsis esse debitam, et prædestinatam, ac a prophetis prædictam. Cumque consolatus esset Thessalonicenses ex eo quod ostenderit ipsos multos habere tentationum suarum socios, ex hoc etiamnum animum illis addit, cum ostendit pœnam daturos eos a quibus opprimantur.

Ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος. Τουτέστιν, οὐκέτι, ὥσπερ πρότερον, ἐπάνοδος ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ κατάσχεσις γῆς, ἀλλ' εἰς τέλος ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἔφθασεν [12] αὐτοὺς, τουτέστιν, ἄχρι τέλους, οὕτως αὐτοῖς μενεῖ ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ. Καὶ τῷ εἰπεῖν δὲ, *Ἡ ὀργὴ*, μετὰ ἄρθρου, δείκνυσιν ὀφειλομένην αὐτοῖς ταύτην, καὶ προωρισμένην καὶ προφητευομένην. Παραμυθησάμενος δὲ τοὺς Θεσσαλονικεῖς, ἐκ τοῦ δεῖξαι ὅτι πολλοὺς ἔχουσι κοινωνοὺς τῶν πειρασμῶν, παραμυθεῖται καὶ νῦν, ἐκ τοῦ δεῖξαι ὅτι καὶ θλίβοντες αὐτοὺς δίκην δώσουσι.

Vers. 17. *Nos vero, fratres, orbati vobis ad horæ tempus.* De charitate hic loquitur. Certe quidem supra, *Tanquam pater liberos*, dixit, at, *Veluti nutrix :* hic vero, *Orbati*, quod est filiorum patrem inquirentium : ut ex hoc discamus, quomodo eos desiderarit. Simul autem et mœrorem indicat, in quo, ob suam ab iis separationem, constitutus erat. Et non est, inquit, quod dicamus nos jam diu exspectasse, sed breve illud et **512** omnino modicum tempus fuit, ut vix unius horæ spatium esse reputetur.

Ἡμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν πρὸς καιρὸν ὥρας. Περὶ τῆς ἀγάπης ἐνταῦθα λέγει. B Ἀνωτέρω μὲν οὖν, *Ὡς πατὴρ τέκνα*, εἶπε, καὶ, *Ὡς τροφός* · ἐντεῦθεν δὲ, *Ἀπορφανισθέντες*, ὅπερ ἐστὶ παίδων πατέρας ἐπιζητούντων · ἵνα ἐκ τούτου μάθωμεν πῶς αὐτοὺς ἐπόθει. Ἀλλὰ καὶ τὴν ἀθυμίαν αἰνίττεται, ἐν ᾗ ἦν διὰ τὸν χωρισμόν. Καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, φησὶν, ὅτι πολὺν τὸν χρόνον ἀνεμείναμεν, ἀλλὰ πρὸς καιρὸν βραχὺν καὶ ὀλίγον, καὶ ὅσον ὥρας μιᾶς λογίζεσθαι.

Aspectu, non corde. Neque corde tamen, inquit, separati sumus, sed aspectu. Atqui etiamsi in corde vos semper circumferamus, contristamur tamen, quod non liceat nobis corporaliter vestra præsentia uti. Observa autem istud, quod qui vehementer diligant, indigeant etiam mutua præsentia et conspectu, et quod hinc magis inflammetur charitas.

Προσώπῳ, οὐ καρδίᾳ. Καὶ ταῦτα, φησὶν, οὐδὲ καρδίᾳ ἐχωρίσθημεν, ἀλλὰ προσώπῳ · ὅμως καίτοι ἐν καρδίᾳ ὑμᾶς ἀεὶ περιφέροντες, ἀνιώμεθα, διότι μὴ καὶ σωματικῶς ἀπολαύομεν ὑμῶν. Σημείωσαι δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι δεῖ καὶ τῆς κατ' ὄψιν ἐντυχίας τοῖς θερμῶς ἀγαπῶσι, καὶ ὅτι συνεκκαίεται μᾶλλον ἐκ C τούτου ἡ ἀγάπη.

Abundantius laboravimus faciem vestram videre cum multo desiderio. Abundantius quam verisimile erat eos qui ad horam derelicti erant. Animadverte autem charitatem : Nam ob nihil aliud advenire volo, inquit, quam ut faciem vestram videam.

Περισσοτέρως ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ. Περισσοτέρως, ἢ ὡς εἰκὸς ἦν, τοὺς πρὸς ὥραν ἀπολειφθέντας. Ὅρα δὲ ἀγάπην, ὅτι Δι' οὐδὲν ἕτερον παραγενέσθαι θέλω, φησὶν, ἀλλ' ἵνα τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἴδω.

Vers. 18. *Quapropter voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus semel atque iterum, et impedivit nos Satanas.* Quid ais? Satanasne impedit? Næ : non enim Dei opus fuit. In Epistola enim ad Romanos a Deo dicit se impeditum [s] : insuper et Lucas ait, quod Spiritus eos impedierit [t] : in Epistola ad Corinthios, Spiritus ait opus esse [u] : hic vero tantummodo Satanæ, tentationes graves et inexspectatas adducentis, ex divino nimirum permissu. Animadverte hic quantum charitate oblectetur, inuens, quod maxime omnium eos diligeret, ex eo quod ait : *Ego quidem Paulus :* hoc est, Qui mecum erant alii studebant quidem venire, atque ego etiam conatus sum.

Διὸ ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, ἐγὼ μὲν Παῦλος καὶ ἅπαξ καὶ δίς, καὶ ἐνέκοψεν ἡμᾶς ὁ Σατανᾶς. Τί λέγεις; ὁ Σατανᾶς ἐγκόπτει; Ναί · οὐ γὰρ Θεοῦ τὸ [13] ἔργον ἦν. Ἐπὶ μὲν γὰρ Ῥωμαίων, φησὶν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐκώλυσεν · καὶ ὁ Λουκᾶς φησιν, ὅτι τὸ Πνεῦμα ἐκώλυσεν αὐτούς · καὶ ἐπὶ Κορινθίων, τοῦ Πνεύματός φησιν εἶναι τὸ ἔργον. Ἐνταῦθα δὲ, μόνον τοῦ Σατανᾶ, πειρασμοὺς δεινοὺς καὶ ἀπροσδό D κήτους ἐπαγαγόντος, κατὰ παραχώρησιν θείαν δηλαδή. Ὅρα δὲ πῶς ἐγκαλλωπίζεται τῇ ἀγάπῃ, δεικνὺς ὅτι μάλιστα πάντων αὐτοὺς ἐφίλει, διὰ τοῦ εἰπεῖν · *Ἐγὼ μὲν Παῦλος* · τουτέστι, Καὶ οἱ μετ' ἐμοῦ μὲν ἄλλοι ἐσπούδαζον ἐλθεῖν, ἐγὼ δὲ καὶ ἐπεχείρησα.

Vers. 19. *Quæ enim spes nostra, aut gaudium, aut corona gloriæ?* Nonne hæc sunt matrum verba, misericordiæ et charitatis visceribus valde inflammatarum, parvulos suos pueros alloquentium? Non satis autem erat *Coronam* dicere, ut dilectionis suæ

Τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς, ἢ χαρὰ, ἢ στέφανος καυχήσεως; Ἆρα οὐκ εἰσὶ ταῦτα μητέρων ῥήματα πάνυ τὰ σπλάγχνα διαθερμαινομένων, πρὸς παιδία μικρὰ διαλεγομένων; Οὐκ ἤρκει δὲ τὸ, *Στέφανος*, ἐνδείξασθαι τὴν θερμότητα αὐτοῦ, ἀλλὰ προσέθηκε

[s] Rom. I, 13. [t] Act. XVI, 6. [u] II Cor. I, 22.

Variæ lectiones.

[12] ἐκφοβῶν O. [13] τοῦτο O.

Digitized by Google

τὴ. *Καυχήσεως.* Ἐφ' ὑμῖν γὰρ, φησὶν, ἐλπίζω, ὅτι παῤῥησίας πλείονος παρὰ Χριστῷ τεύξομαι δι' ὑμᾶς, καὶ χαίρω δι' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι στέφανός μοι, καὶ στέφανος καυχήσεως, τουτέστι δόξης λαμπρᾶς, καὶ νῦν ἐστε, καὶ τότε ἔσεσθε.

Ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς ἔμπροσθεν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ; Τί οὖν; Θεσσαλονικεῖς εἰσιν ἡ ἐλπὶς σου, μακάριε Παῦλε; Οὐχ οὗτοι μόνοι. Διὸ εἶπε· *Καὶ ὑμεῖς*, δεικνὺς ὅτι καὶ ἄλλοι ἦσαν.

Ὑμεῖς γάρ ἐστε ἡ δόξα ἡμῶν καὶ ἡ χαρά. Πόση γὰρ δόξα, τὸ τοσαύτην Ἐκκλησίαν προσαγαγεῖν Χριστῷ, καὶ οὕτως εὐδόκιμον!

ΚΕΦΑΛ. Γ.

Διὸ μηκέτι στέγοντες, εὐδοκήσαμεν καταλειφθῆναι ἐν Ἀθήναις μόνοι. Ἀντὶ τοῦ, Εἱλόμεθα, καὶ προεκρίναμεν.

Καὶ ἐπέμψαμεν Τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, καὶ διάκονον τοῦ Θεοῦ, καὶ συνεργὸν ἡμῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ. Τοσαύτη ἡ μέριμνα τῷ ἁγίῳ τούτῳ τῶν μαθητῶν, ὥστε ἡνίκα αὐτὸς ἐκωλύετο ἀναγκαίως περιστάσεσί τισιν, ἑτέρους ἔπεμπεν ἐπισκεπτομένους τοὺς μαθητάς. Τοῦτο δὲ τότε ἐποίησε τὸν Τιμόθεον ἀποστείλας. Λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ τοσαῦτα ἐγκώμια, οὐκ αὐτὸν τοσοῦτον [14] ἐπαίρων, ἀλλ' αὐτοὺς [τηρῶν καὶ] τιμῶν, ὅτι τὸν κατὰ τοσοῦτον καιρὸν οὕτως ἀναγκαῖον τὸν συνεργὸν τοῦ Εὐαγγελίου ἀπέσπασε τοῦ ἔργου τῆς διακονίας δι' αὐτούς.

Εἰς τὸ στηρίξαι ὑμᾶς καὶ παρακαλέσαι ὑμᾶς περὶ τῆς πίστεως ὑμῶν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐσαλεύοντο ἐπὶ τῷ πειράζεσθαι τὸν διδάσκαλον, ἐδέοντο στηριγμοῦ καὶ παρακλήσεως, ὡς ἂν μὴ ἐκπέσωσι τῆς πίστεως. Οὐ μικρὸς γὰρ θόρυβος τοῖς μαθηταῖς οἱ τοῦ διδασκάλου πειρασμοὶ, ὡς καὶ στρατιώταις τὸ τὸν στρατηγὸν τρωθῆναι.

Τῷ μηδένα σαίνεσθαι ἐν [15] *θλίψεσι ταύταις.* Ἑρμηνεύει νῦν, τί ἔμελλεν αὐτοὺς ὠφελῆσαι ὁ παρὰ τοῦ Τιμοθέου στηριγμός· καὶ φησιν, ὅτι τὸ, *Μηδένα σαίνεσθαι*, τουτέστι θορυβεῖσθαι, χαυνοῦσθαι ἐν τοῖς ἐμοῖς πειρασμοῖς. Ὁ γὰρ διάβολος ἐπειδὰν εὕρῃ καιρὸν πειρασμοῦ, σαίνει τοὺς ἀστηρίκτους τῇ ὑπομνήσει τῆς ἀνέσεως, ὡς ἂν ἀποπηδήσωσι τοῦ λυποῦντος. Τινὲς δὲ τὸ, *Σαίνεσθαι*, ἀντὶ τοῦ, ταράσσεσθαι, εἶπον τεθῆναι, ἐκ μεταφορᾶς τῶν κυνῶν τῶν τὰς οὐρὰς ταρασσόντων ἐν τῷ σαίνειν.

Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ὅτι εἰς τοῦτο κείμεθα. Ἀκούσωμεν, ὅτι οἱ Χριστιανοὶ εἰς τὸ θλίβεσθαι κεῖνται· οὐ γὰρ περὶ τῶν ἀποστόλων μόνων ταῦτα. Εἰς τοῦτο οὖν [16] ταγέντες, τί καινὸν εἰ θλιβόμεθα; Ὥστε οὐ μόνον ἐπὶ τοῖς παρελθοῦσι πειρασμοῖς ἀταράχους δεῖ μένειν ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς μέλλουσι· τοῦτο γὰρ ἡμῖν οἰκειότερον.

Καὶ γὰρ ὅτε πρὸς ὑμᾶς ἦμεν, προελέγομεν ὑμῖν ὅτι μέλλομεν θλίβεσθαι, καθὼς καὶ ἐγένετο,

A fervorem indicaret, sed apposuit, *Gloriationis*. Propter vos enim, inquit, spero, quod majorem fiduciam et libertatem nanciscar vestri causa apud Christum, atque ob eam causam lætor, quod sitis corona mihi, et corona gloriationis, hoc est splendidæ gloriæ, et hic estis jam nunc, eritisque posthac.

Nonne et vos coram Domino nostro Jesu Christo, in adventu ipsius? Quid igitur? Thessalonicenses spes tua sunt, beate Paule? Non isti soli: ideo adjecit, *Et vos*, ostendens quod et alii fuerint.

Vos enim istis gloria nostra et gaudium. Quanta enim est gloria, tantam et tam celebrem Ecclesiam adducere Christo!

513 CAPUT III.

B

Vers. 1. *Propter quod non sustinentes amplius, probavimus relinqui Athenis soli.* Id est, elegimus, atque decrevimus.

Vers. 2. *Et misimus Timotheum fratrem nostrum, et ministrum Dei, et cooperatorem nostrum in Evangelio Christi.* Sancto isti tanta fuit discipulorum cura, ut si quando ipse impediretur necessariis quibusdam causis, alios tamen mitteret, qui discipulos inviserent: hoc tum etiam fecit, Timotheum ablegans. De eo autem tanta encomia concinit, non tantum ipsum extollens, quantum ipsos honorans, quandoquidem eorum causa tanto tempore adeo necessarium Evangelii cooperatorem ab opere ministerii avulserit.

C

Ad confirmandos vos et exhortandos pro fide vestra. Cum conculcarentur ob tentationes præceptoris sui, fulcimento et exhortatione indigebant, ne a fide excidant. Non enim modicam discipulis perturbationem præceptoris tentationes præbent, perinde ac militibus imperatoris vulnera.

Vers. 3. *Ut nemo moveatur in tribulationibus istis.* Exponit jam quidnam allaturus ipsis esset commodi sua confirmatione Timotheus: *Ut nemo*, inquit, *moveatur*, hoc est turbetur, laxetur in tentationibus meis. Nam diabolus, si invenerit opportunitatem tentationis, turbat minime firmatos remissioris vitæ suggestione, ut a rebus mœrorem afferentibus resiliant. Nonnulli autem, *Σαίνεσθαι*, pro, turbari, positum esse dicunt, metaphora a canibus sumpta, qui, dum adulantur, caudas movent.

D

Ipsi enim scitis, quod in hoc positi simus. Audiamus hic, quod Christiani, ut affligantur, sint constituti. Non enim de apostolis tantum hæc dicta sunt. Cum itaque ad hoc positi simus, quid novum si affligamur? Quocirca nedum ob præterita mala oportet nos esse pacatos et inconcussos, verum etiam ob futura. Hoc enim nobis est magis proprium.

Vers. 4. *Nam et cum apud vos essemus, prædicebamus vobis passuros nos tribulationes, sicut et*

Variæ lectiones.

[14] τούτῳ *o.* [15] ἐπὶ *o.* [16] γὰρ *o.*

Digitized by Google

factum est, et scitis. Magnæ consolationi est discipulis, quod præceptor afflictiones ipsis prænuntiet. Sic enim usu venit, ut deinceps ob eas non ita perturbentur ac si inexspectatæ contigerent. Hinc et Christus apostolis dicebat : *Hæc priusquam fierent, prædixi vobis, ut cum facta fuerint, credatis* [v]. Non hoc autem solum eis Paulus denuntiavit, verum et multa alia quæ etiam evenerunt, prædixit.

A καὶ οἴδατε. Πολλὴ παραμυθία τοῖς μαθηταῖς, τὸ προειπεῖν αὐτοῖς τὸν διδάσκαλον τὰς θλίψεις. Λοιπὸν γὰρ οὐκ ἐθορυβοῦντο ὡς ἐπὶ ἀπροσδοκήτοις. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς τοῖς ἀποστόλοις ἔλεγεν· *Εἶπον ὑμῖν πρὸ τοῦ γενέσθαι, ἵνα ὅταν γένηται πιστεύσητε.* Οὐ τοῦτο δὲ μόνον ὁ Παῦλος εἶπεν αὐτοῖς, ἀλλὰ πολλὰ καὶ ἄλλα προεῖπε, καὶ ἐξέβη.

514 Vers. 5. *Propterea et ego amplius non sustinens, misi.* Si prædixisti eis, o Paule, quod afflictionem eis passurus, et quod propter afflictionem tuam eos non oporteat conturbari, quid rursus mittis ? apparet enim quod non admodum eis fidas. Præ nimia, inquit, charitate hoc facio. Qui enim diligunt, etiam quæ tuta sunt suspecta habent. Præterea multæ fuerunt tentationes, ac malorum magnitudo terruit me. Idcirco non dixit, Desperans de vobis, misi : sed enim, *Non porro sustinens*, quod amicitiæ erat.

Διὸ κἀγὼ μηκέτι στέγων, ἔπεμψα. Εἰ προεῖπες αὐτοῖς, ὦ Παῦλε, ὅτι θλιβήσῃ, καὶ ὅτι οὐ χρὴ αὐτοὺς ἐπὶ τῇ θλίψει [17] θορυβεῖσθαι, τί πάλιν πέμπεις ; φαίνεται γὰρ ὅτι οὐ σφόδρα θαῤῥεῖς αὐτοῖς. Ἀπὸ πολλῆς ἀγάπης, φησὶ, τοῦτο ποιῶ. Οἱ γὰρ ἀγαπῶντες καὶ τὰ ἀσφαλῆ ὑποπτεύουσιν. Ἅμα δὲ καὶ πολλοὶ ἦσαν οἱ πειρασμοὶ, καὶ ἡ ὑπερβολὴ τῶν κακῶν B ἐχόβησέ με. Διὸ οὐκ εἶπεν, ὅτι Καταγνοὺς ὑμῶν ἔπεμψα, ἀλλὰ, *Μηκέτι στέγων*· ὁ φιλίας ἦν

Ad cognoscendam fidem vestram. Quærunt hic quidam, quidnam qui tertium adusque cœlum conscenderat, qui verba ineffabilia audierat [x], iste non novit quo in statu sint res Thessalonicensium, sed Timotheum mittat, ut cognoscat fidem ipsorum ? Potest igitur dici, quod non omnia norint sancti, cum qui ante Christum vixerunt, tum qui post Christum, nam et Elisæus ignorabat quid cum Sunamitide ageretur [y]. Et Elias putabat se solum relictum, cum adhuc septem millia essent [z]. Quin etiam Samuel ante hos, docetur non attendere in faciem primi fratris Davidis [a]. Hunc ad modum apostoli non noverant omnia. Hoc autem factum est, ut neque ipsi attollantur, neque alii de ipsis majora, quam par sit, imaginentur, neve nos posteri dicere possemus, quod humanæ naturæ modum illi transcedentes virtutis opera perfecerint, ac propterea nos socordes maneremus : sed ut discamus, quod neque ipsi divino auxilio semper freti, sed suis etiam laboribus præclara perageremt.

Εἰς τὸ γνῶναι τὴν πίστιν ὑμῶν. Ἐνταῦθα ζητοῦσί τινες, τί δήποτε ὁ ἕως τρίτου οὐρανοῦ ἀναβὰς, ὁ ἄῤῥητα ῥήματα ἀκούσας, οὗτος οὐκ οἶδε τὰ τῶν Θεσσαλονικέων, ἀλλὰ πέμπει Τιμόθεον εἰς τὸ [18] γνῶναι τὴν πίστιν αὐτῶν ; Ἔστιν οὖν εἰπεῖν, ὅτι οὐ πάντα ᾔδεσαν οἱ ἅγιοι, οἵ τε πρὸ Χριστοῦ, καὶ οἱ μετὰ Χριστόν. Καὶ Ἐλισσαῖος γὰρ ἠγνόησε τὸ [19] τῆς Σωμανίτιδος. Καὶ Ἠλίας μόνος ὑπολειφθῆναι ἐνόμιζε, καίτοι ἑπτακισχιλίων [ἑτέρων] ὄντων. Καὶ Σαμουὴλ πρὸ τούτων διδάσκεται μὴ προσχεῖν εἰς τὴν ὄψιν τοῦ C πρώτου ἀδελφοῦ τοῦ Δαυΐδ. Οὕτως οὖν καὶ οἱ ἀπόστολοι. Τοῦτο δὲ ἐγίνετο, ἵνα μήτε αὐτοὶ ἐπαίρωνται, μήτε ἄλλοι περὶ αὐτῶν μεγάλα φαντάζωνται, καὶ ἵνα οἱ ὕστερον μὴ ἔχωμεν λέγειν, ὅτι Ὑπὲρ ἀνθρώπους ὄντες ἐκεῖνοι, κατώρθωσαν τὴν ἀρετὴν, καὶ διὰ τοῦτο αὐτοὶ ἀπῤῥᾳθυμῶμεν, ἀλλὰ μανθάνωμεν, ὅτι οὐδὲ αὐτοὶ ἀπήλαυον τῆς θείας ἀεὶ βοηθείας, ἀλλὰ πόνοις οἰκείοις κατώρθωσαν τὰ καλά.

Ne quo modo tentarit vos is qui tentat. Non suspicatus sum, inquit, vos concussos esse, nisi usque adeo solummodo quod tentati eratis. Vides autem quod diabolicum est in afflictionibus turbari, maxime si alii offendantur ex eo quod alii affliguntur : sicut in Jobo fecit, uxorem ejus tentans ex iis quæ D maritus patiebatur. Tentat autem diabolus, nesciens an sit superaturus : quod ex Job manifestum est. Attamen, quæ ipsius est imprudentia, irruit : ac si quid videat imbecille, exspectat et permanet ; sin forte, desistit.

Μήπως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων. Οὐχ ὑπωπτευσα, φησὶν, ὅτι ἐσαλεύθητε, ἀλλ' ἢ τοσοῦτον μόνον, ὅτι ἐπειράσθητε. Ὁρᾷς δὲ, ὅτι τὸ ἐν ταῖς θλίψεσι θορυβεῖσθαι διαβολικόν ἐστι, καὶ μάλιστα ὅταν ἄλλοι σκανδαλίζωνται ἐξ ὧν ἄλλοι κακῶς διάκεινται [20]· ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ ἐποίησε, τὴν γυναῖκα πειράσας ἐξ ὧν ἐκεῖνος ἔπασχε. Πειράζει δὲ ὁ διάβολος, οὐκ εἰδὼς εἰ [21] καταβαλεῖ, ὅπερ ἐκ τοῦ Ἰὼβ δῆλον· ὅμως ἀναίσχυντος ὤν, προβάλλει· κἂν ἴδῃ τι ἀσθενὲς, παραμένει· ἂν δὲ ἰσχυρὸν, ἀφίσταται.

Et inanis fiat labor noster. Etiamsi permutati sunt, o Paule, quid hoc ad te ? Tuus labor perfectam habet apud Deum mercedem. Præ nimia tamen charitate, inquit, evacuatum mihi laborem arbitror.

Καὶ εἰς κενὸν γένηται ὁ κόπος ἡμῶν. Εἰ γὰρ παρετράπησαν, ὦ Παῦλε, τί πρὸς σέ ; Ὁ σὸς κόπος [22] ἐντελόμισθος παρὰ Θεῷ. Ὅμως ἀπὸ πολλῆς ἀγάπης κεκενῶσθαί μοι, φησὶ, τὸν κόπον νομίζω.

[v] Joan. xiv, 29. [x] II Cor. xii, 6. [y] IV Reg. iv, 8. [z] III Reg. xix, 10. [a] II Reg. xvi, 7.

Variæ lectiones.

[17] πίστει b. [18] ὥστε o. [19] τὰ o. [20] θλίβονται o. [21] ὅτι o. [22] μισθὸς b.

Digitized by Google

Ἄρτι δὲ ἐλθόντος Τιμοθέου πρὸς ἡμᾶς ἀφ' ὑμῶν, καὶ εὐαγγελισαμένου τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγάπην ὑμῶν. Ταῦτα μὲν προσεδόκησα, φησὶν, ἐξέβη δὲ τἀναντία. Ὅρα δὲ τὴν περιχάρειαν· οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἀπαγγείλαντος, ἀλλ', Εὐαγγελισαμένου· τοσοῦτον ἀγαθὸν ἡγεῖτο τὴν ἐκείνων ἐν τῇ πίστει βεβαίωσιν. Καὶ τῇ ἀγάπῃ δὲ αὐτῶν ἔχαιρεν, ὅτι σημεῖον τῆς πίστεως ἦν.

Καὶ ὅτι ἔχετε μνείαν ἡμῶν ἀγαθὴν πάντοτε, ἐπιποθοῦντες ἡμᾶς ἰδεῖν, καθάπερ καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς. Τουτέστι, Μνημονεύετε ἡμῶν μετὰ ἐπαίνων καὶ εὐφημίας. Ἀκούσατε, οἱ μαθηταὶ, καὶ διδάχθητε μνημονεύειν ἀεὶ τῶν διδασκάλων εὐφήμως. Ἑαυτοὺς γὰρ ὠφελήσετε, οὐκ ἐκείνους. Παραμυθία δὲ μεγίστη καὶ εὐφροσύνη τοῖς Θεσσαλονικεῦσι, τὸ μαθεῖν ὅτι οἶδεν ὁ Παῦλος, ὅτι ἀγαπῶσιν αὐτόν· μᾶλλον γὰρ προστίθεται τὸ φίλτρον.

Διὰ τοῦτο παρεκλήθημεν, ἀδελφοὶ, ἐφ' ὑμῖν ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει καὶ ἀνάγκῃ ἡμῶν. Βαβαὶ! χάριν ἥδει αὐτοῖς, ὅτι οὐκ ἐσαλεύθησαν. Οὐκ αἰσθανόμεθα γὰρ, φησὶ, τῶν λυπηρῶν, ἀλλὰ παρεκλήθημεν, οὐκ ἐπὶ μιᾷ θλίψει, ἀλλ' ἐπὶ πάσῃ. Ἡ γὰρ ἐφ' ὑμῖν χαρὰ ἀντίρροπος πάσαις ἡμῶν ταῖς ἀνάγκαις ἐγένετο [32].

Διὰ τῆς πίστεως ὑμῶν. Ὑμεῖς με ἐστερεώσατε, φησί. Καὶ μὴν τοὐναντίον ἦν· αὐτὸς γὰρ μὴ ἐνδοὺς τοῖς πειρασμοῖς, ἐστήριξεν αὐτούς· ὅμως εἰς ἐκείνους περιτρέπει τὸ ἐγκώμιον. Ὑμεῖς γάρ με, φησὶν, οὐκ ἀφήκατε τῶν πειρασμῶν αἰσθέσθαι.

Ὅτι νῦν ζῶμεν, ἐὰν ὑμεῖς στήκητε ἐν Κυρίῳ. Οὐκ εἶπεν, ὅτι Παρεμυθήθημεν, ἀλλὰ, Ζῶμεν· δεικνὺς ὅτι τὸ ἐκείνων σκάνδαλον θάνατον ἡγηται, καὶ ζωὴν τὴν ἐκείνων προκοπὴν, καὶ κατάστασιν, καὶ βεβαίωσιν ἐν Χριστῷ.

Τίνα γὰρ εὐχαριστίαν [33] *δυνάμεθα τῷ Θεῷ ἀνταποδοῦναι περὶ ὑμῶν, ἐπὶ πάσῃ τῇ χαρᾷ ᾗ χαίρομεν δι' ὑμᾶς ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν;* Τοσαύτη, φησὶν, ἡ δι' ὑμᾶς χαρὰ, ὅτι οὐδὲ εὐχαριστῆσαι τῷ Θεῷ κατ' ἀξίαν δυνάμεθα ὑπὲρ ὑμῶν. Τὸ γὰρ ὑμῶν κατόρθωμα δῶρον ἡγούμεθα τοῦ Θεοῦ. Οὐ γὰρ ἀνθρωπίνης σπουδῆς ἢ ψυχῆς τοσοῦτον φρόνημα. Διὸ καὶ αὐτῷ ὀφείλοντες εὐχαριστεῖν, οὐχ εὑρίσκομεν τὴν ἀξίαν εὐχαριστίαν.

Νυκτὸς καὶ ἡμέρας ὑπερεκπερισσοῦ δεόμενοι εἰς τὸ ἰδεῖν ὑμῶν τὸ πρόσωπον. Ὅρα τὴν ὑπερβολήν· ὑπερεκπερισσοῦ ἐδεῖτο ἵνα ἴδῃ αὐτούς· ὥσπερ τις γεωργὸς ἀκούων ὅτι ἡ πονηθεῖσα αὐτῷ χώρα καρποῖς βρίθει, ποθεῖ κατ' ὄψιν αὐτὴν ἰδεῖν.

Καὶ καταρτίσαι τὰ ὑστερήματα τῆς πίστεως ὑμῶν. Καίτοι ἄνω τὸ ἑστάναι αὐτοῖς ἐμαρτύρησε· πῶς οὖν λέγει· *Τὰ ὑστερήματα τῆς πίστεως;* Οὐ πάσης ἀπέλαυσαν τῆς διδασκαλίας, ἀλλ' ἐνέδει αὐτοῖς ἴσως τὰ περὶ ἀναστάσεως, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Καὶ πολλοὶ ψευδοδιδάσκαλοι ἦσαν, καὶ διὰ τοῦτο εἶπε·

A

B

C

D

Vers. 6. *Nuper autem cum venisset Timotheus ad nos a vobis, et annuntiasset fidem et dilectionem vestram.* Hæc quidem exspectavi, inquit, contraria autem evenerunt. Reputa hic tecum immensam lætitiam ac clementiam Pauli. Non dixit, Denuntiasset, sed, Bene nuntiasset: **515** adeo ingens bonum putabat illorum in fide confirmationem. Charitatis etiam ipsorum nomine lætabatur: nam fidei signum erat.

Et quod habeatis memoriam nostri semper bonam, desiderantes nos videre, quemadmodum et nos vos. Hoc est, meministis nostri cum laude et præconio. Audite, discipuli, atque discite præceptorum vestrorum mentionem facere semper cum laude: vobis ipsis namque proderitis, non illis. Consolatio autem maxima est Thessalonicensibus et lætitia, quod sciant Paulum novisse se ab ipsis diligi: majorem enim in eis amorem accendit.

Vers. 7. *Ideo consolationem accepimus in vobis, fratres, in omni afflictione et necessitate nostra.* O rem admirandam! Agit illis gratias, quod non sint commoti. Non sentimus enim, inquit, tristia, verum consolationem accepimus, non in una quapiam afflictione, sed in omni. Lætitia enim, quam vestri causa accepimus, omnibus nostris necessitatibus æquipollet, easque compensat.

Per fidem vestram. Vos me firmastis, inquit. Atqui diversum erat: ipse namque tentationibus haudquaquam cedens, fulciebat eos: attamen in ipsos encomium transfert. Vos enim, inquit, non permisistis me tentationes sentire.

Vers. 8. *Quoniam nunc vivimus, si vos statis in Domino.* Non dixit, Consolationem accepimus, sed, *Vivimus*, indicans quod eorum scandalum mortem existimarit, ac eorumdem progressum, et constantiam, et confirmationem in Christo, vitam.

Vers. 9. *Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro vobis super omni gaudio quo gaudemus propter vos ante Deum nostrum?* Tantum, inquit, est gaudium nostrum propter vos, ut nequeamus pro dignitate Deo gratias agere pro vobis. Vestram enim virtutem donum Dei arbitramur: non enim est humani conatus aut animæ tanta prudentia. Quare cum illi gratias agere debeamus, nec invenimus dignam gratiarum actionem.

Vers. 10. *Nocte ac die abundantius orantes, ut videamus faciem vestram.* Expende excessum: plusquam abunde precabatur, ut videret eos: quemadmodum colonus aliquis audiens quod cultus ab eo ager fructibus abundat, illum oculis intueri cupit.

Et compleamus ea quæ desunt fidei vestræ. Atqui paulo ante testatus est stare eos: qui ergo nunc dicit: *Quæ desunt fidei?* Non omnem perceperant doctrinam, sed deerant fortasse ipsis quædam de resurrectione, idque genus alia. Præterea non pauci erant doctores **516** falsi, atque hanc ob causam

Variæ lectiones.

[32] ἐγεγόνει ο. [33] ἀντιμισθίαν ο.

Digitized by Google

dixit : *defectus fidei*. Ubi itaque fidei eorum metuebat, *Misi*, inquit, *ad vos fulciendos*. Hic vero, *compleamus*, ait, quod institutionis potius est, quam confirmationis. Illud enim compleri dicimus, cui pusillum quid deficit.

A Τὰ ὑστερήματα. Ἔνθα μὲν οὖν περὶ αὐτῆς τῆς πίστεως ἐδεδοίκει, Ἔπεμψα, φησὶν, εἰς τὸ στηρίξαι ὑμᾶς· ἐνταῦθα δὲ, Καταρτίσαι, φησίν· ὃ διδασκαλίας μᾶλλόν ἐστιν, ἢ βεβαιώσεως. Καταρτίζεσθαι γὰρ ἐκεῖνο λέγομεν, ᾧ ὀλίγον τι λείπει.

Vers. 11. *Ipse autem Deus et Pater noster, et Dominus noster Jesus Christus, dirigat viam nostram ad vos.* Ostendit quod etiam apud seipsum precabatur, ut eos videret, qui quidem precationem Epistolæ etiam inseruerit. Et se quoque defendit, quod non ex segnitie relinquat ipsos : perinde quasi dicat : Ipse Deus exscindat tentationes undique circumtrahentes nos, ut recto itinere ad vos veniamus.

Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἡμῶν, καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς. Δείκνυσιν, ὅτι καὶ καθ' ἑαυτὸν ηὔχετο ἰδεῖν αὐτούς, ὅ γε καὶ ἐν τῇ Ἐπιστολῇ τὴν εὐχὴν ἐντίθησιν· ἅμα δὲ καὶ ἀπολογεῖται, ὅτι οὐ κατὰ ῥᾳθυμίαν ἀπολείπεται αὐτῶν, ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν· Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς ἐκκόψαι τοὺς πειρασμοὺς τοὺς παντα-χοῦ περιέλκοντας ἡμᾶς, ἵνα ὀρθὴν τὴν ὁδὸν πρὸς ὑμᾶς ἔλθωμεν.

Vers. 12. *Vos autem Dominus multiplicet et abundare faciat charitatem vestram invicem et in omnes.* Viden' charitatis insaniam quæ cohiberi nequit? Nam et excellere et abundare eos in dilectione precatur; et non solum erga se mutuo, verum etiam erga omnes. Isthuc enim est divinæ charitatis proprium, omnes complecti. Nam si hunc diligas, illum vero non item, humana ista amicitia est.

B Ὑμᾶς δὲ ὁ Κύριος πλεονάσαι καὶ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους [15] καὶ εἰς πάντας. Ὁρᾷς μανίαν ἀγάπης ἀκάθεκτον, ὅτι καὶ πλεονάσαι καὶ περισσεῦσαι αὐτοὺς ἐν τῇ ἀγάπῃ εὔχεται; καὶ οὐκ εἰς ἀλλήλους μόνον, ἀλλ' εἰς πάντας. Τοῦτο γὰρ τῆς κατὰ Θεὸν ἀγάπης ἴδιον, τὸ πάντας περιπλέκεσθαι· ἐὰν δὲ τὸν δεῖνα μὲν, τὸν δεῖνα δ' οὔ, κατ' ἄνθρωπον ἡ φιλία.

Quemadmodum et nos erga vos. Nam quod nostrum est, inquit, præsens est : quod vero vestrum est, id in posterum fieri rogamus : habetis enim nos mensuram et exemplum dilectionis.

Καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς. Τὸ μὲν ἡμέτερον, φησὶν, ἤδη ἐστί· τὸ δὲ ὑμέτερον λοιπὸν ἀξιοῦμεν γενέσθαι. Ἔχετε γὰρ μέτρον καὶ παράδειγμα τῆς ἀγάπης ἡμᾶς.

Vers. 13. *Ad confirmanda corda vestra inculpate in sanctitate ante Deum et Patrem nostrum, in adventu Domini nostri Jesu Christi cum omnibus sanctis ejus.* Charitatem ipsis lucrum afferre asserit, non C amatis. *Abundare namque vos Dominus*, inquit, *faciat in charitate, ad confirmanda corda vestra.* Per Dominum autem Spiritum intelliges, perinde ac magnus Basilius interpretatus est. Quis enim alius confirmabit irreprehensibiles, coram Deo Patre in adventu Christi, quam Spiritus omnino? Non dixit autem : Ut vos confirmet, sed, *Corda.* E corde enim egrediuntur cogitationes pravæ [b]. Fieri etiam potest, ut aliquis nihil mali persequens opere ipso, pravus tamen sit, nempe invidus, impostor, injuriarum memor, perversa dogmata habens. Immaculatus ergo tum vere est homo, quando cor suum purgat : tum et sanctitatem habet. Sanctitas enim proprie dicitur continentia, quemadmodum et impuritas, fornicatio et adulterium. In universum autem, omne D peccatum est impuritas, et omnis virtus est sanctitas. Immaculatos autem vult esse coram Deo Patre, etiam nunc quidem : ea namque est sincera virtus, quæ coram Deo est, non quæ coram hominibus : quandoquidem fallax sit humanum judicium. In adventu vero Christi; nam 517 ab ipso judicamur in conspectu Patris. Ut igitur, inquit, sitis inculpati, quemadmodum omnes sancti.

Εἰς τὸ στηρίξαι ὑμῶν τὰς καρδίας ἀμέμπτους ἐν ἁγιωσύνῃ ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν, ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ. Δείκνυσι τὴν ἀγάπην αὐτοῖς κέρδος φέρουσαν, οὐ τοῖς φιλουμένοις. Περισσεύσαι γὰρ, φησὶν, ὑμᾶς ὁ Κύριος ἐν τῇ ἀγάπῃ, εἰς τὸ στηρίξαι τὰς καρδίας ὑμῶν. Κύριον δὲ τὸ Πνεῦμα νοήσεις, ὡς καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐπέστησε [16]. Τίς γὰρ ἄλλος στηρίξει ἀμώμους ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Χριστοῦ, ἢ τὸ Πνεῦμα πάντως; Οὐκ εἶπε δὲ, Ὑμᾶς στηρίξαι, ἀλλὰ, Τὰς καρδίας. Ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροί. Καὶ ἔνεστι μηδὲν πονηρὸν πράττοντα, ὅμως πονηρὸν εἶναι, οἷον, βασκαίνοντα, δολευόμενον, μνησικακοῦντα, δόγματα ἔχοντα διεστραμμένα. Ἅμωμος οὖν τότε ὄντως ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος, ὅτε τὴν καρδίαν καθαρεύει· τότε καὶ ἁγιωσύνην ἔχει. Κυρίως μὲν γὰρ λέγεται ἁγιωσύνη ἡ σωφροσύνη, ὥσπερ καὶ ἀκαθαρσία ἡ πορνεία καὶ ἡ μοιχεία. Καθολικῶς δὲ, πᾶσα ἁμαρτία ἀκαθαρσία, καὶ πᾶσα ἀρετὴ ἁγιωσύνη. Ἀμέμπτους δὲ βούλεται εἶναι ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ νῦν μὲν (αὕτη γὰρ εἰλικρινής ἐστιν ἀρετὴ, ἡ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ἐπεὶ σφαλερὰ ἡ ἀνθρωπίνη κρίσις), καὶ ἐν τῇ παρουσίᾳ δὲ τοῦ Χριστοῦ [17]· καὶ γὰρ ὑπ' αὐτοῦ κρινόμεθα ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός. Ἵνα οὖν, φησὶν, ἄμωμοι ἦτε, ὥσπερ καὶ πάντες οἱ ἅγιοι.

[b] Matth. xv, 19.

Variæ lectiones.

[15] ἑαυτοὺς o. [16] ἐνίξατο m. [17] Κυρίου o

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοὶ, ἐρωτῶμεν ὑμᾶς καὶ παρακαλοῦμεν ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ, καθὼς παρελάβετε παρ' ἡμῶν, πῶς δεῖ ὑμᾶς περιπατεῖν καὶ ἀρέσκειν τῷ Θεῷ, ἵνα περισσεύητε μᾶλλον. Ἐπειδὴ, φησὶ, περὶ τῶν καθηκόντων διελέχθην ὑμῖν, ἀκούσατε καὶ περὶ τῶν ἀναγκαίων ἀεὶ ἀκούεσθαι. Τὸ γὰρ, *Λοιπὸν*, τοῦτο δηλοῖ, τουτέστιν, ἀεὶ καὶ εἰς τὸ διηνεκές. Ὅρα δὲ ταπεινοφροσύνην, ὅπως οὐδὲ πρὸς τὸ παρακαλεῖν ἀξιόπιστον ἑαυτὸν εἶναί φησιν, ἀλλὰ τὸν Χριστὸν παραλαμβάνει, τοῦτο λέγων, ὅτι Ὁ Χριστὸς ὑμᾶς παρακαλεῖ δι' ἐμοῦ [28]. Τὸ δὲ, *Παρελάβετε*, οὐ ῥημάτων ἐστὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ πραγμάτων· καὶ δι' ἔργων γὰρ ἐδίδασκε. Τί δὲ παρακαλοῦμεν; *Ἵνα περισσεύητε μᾶλλον*· τουτέστιν, Ἵνα πλέον τι τῆς ἐντολῆς φιλοτιμῆσθε ποιεῖν, καὶ ὑπερβαίνητε τὰ ἐπιτάγματα. Ὥσπερ γὰρ ἡ γῆ οὐ τὰ καταβληθέντα μόνον [29] φέρει, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ οὐκ ὀφείλει ἵστασθαι μέχρι τῶν ἐπιταγμάτων, ἀλλ' ὑπερβαίνειν.

Οἴδατε γὰρ τίνας παραγγελίας ἐδώκαμεν ὑμῖν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Παραγγέλλειν [30] ἐστὶν ἐπὶ τῶν φευκτέων, ἃ πραττόμενα μὲν κόλασιν φέρει· μὴ πραττόμενα δὲ, οὐδὲν ἐγκώμιον. Εἰσὶ μέντοι τινὰ, ἃ οὐ δεῖ παραγγέλλειν, τουτέστι, μὴ μετὰ ἀπειλῆς ἀναστέλλειν, ἀλλ' ἐν τῇ γνώμῃ τῶν ἀκουόντων ἐᾶν· ὡς τὸ κενῶσαι χρήματα, τὸ παρθενεύειν. *Ὁ δυνάμενος γὰρ, φησὶ, χωρεῖν, χωρείτω.* Εἰκὸς οὖν [φησὶ], τὸν Παῦλον παραγγεῖλαι αὐτοῖς μετὰ πολλοῦ φόβου περί τινων. Διὸ οὐ τίθησιν αὐτὰ, ἀλλ' ἀναμιμνήσκει αὐτούς. Πάλιν δὲ τὸν Χριστὸν εἰς τὸ μέσον τίθησιν. Οὐκ ἐμὰ γὰρ, φησὶν, ἃ παρήγγειλα, ἀλλ' ἐκείνου ταῦτα· ὥστε ἐκεῖνος ἢ εἰσακούσεται, ἢ ἀθετεῖται.

quiunt, error qui detinet, desierit, idolorumque cultus fuerit exstinctus, tum Antichristus adveniet, quemadmodum et Dominus dixit : *Prædicabitur Evangelium hoc in testimonium eis, tumque aderit finis* [v]. Alii autem id quod detinet, Dei terminum nominarunt. Quando enim, inquiunt, completus fuerit terminus Dei, qui nunc detinet Antichristi adventum, tempusque illi præfinitum institerit, tum revelabitur. Dictum est autem, nonnullos asserere, Spiritum sanctum esse remoram. Quando enim ille propter scelera mortalium e medio sublatus fuerit ac defecerit, locus tum relinquetur iniquo, ut reveletur. Ac principium, inquit, sumpsit mysterium iniquitatis. Etenim Simon et Nicolaus hæresiarchæ quæ Antichristi erant operabantur, cæterique hos secuti omnes, Marcion, Montanus, qui seipsum Paracletum nominavit, et Manes atque alii. Tu vero divi Joannis Chrysostomi enarrationem, ceu veritati magis consonam, suscipe.

A κατέχουσα πλάνη παύσεται, καὶ ἡ εἰδωλολατρεία σβεσθῇ, τότε ὁ Ἀντίχριστος ἐπιστήσεται, ὥς που [92] καὶ ὁ Κύριος εἶπε· *Κηρυχθήσεται τὸ Εὐαγγέλιον εἰς μαρτύριον αὐτοῖς, καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος.* Ἄλλοι δὲ, *Κατέχων*, ὠνόμασαν τὸν τοῦ Θεοῦ ὅρον. Ὅταν γὰρ, φασὶ, πληρωθῇ ὁ τοῦ Θεοῦ ὅρος, ὁ νῦν κατέχων τὴν τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσίαν, καὶ ἐπιστῇ ὁ ὡρισμένος αὐτῷ καιρὸς, τότε ἀποκαλυφθήσεται. Εἴρηται δὲ ὅτι καὶ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶπόν τινες εἶναι τὸ κατέχον. Ὅταν γὰρ τοῦτο διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων κακίαν ἐκ μέσου γένηται καὶ ἀποστῇ, τηνικαῦτα χώραν ἕξει ὁ ἄνομος ἀποκαλυφθῆναι. Καὶ ἀρχὴν δὲ, φησὶν, εἴληφε τὸ μυστήριον τῆς ἀνομίας. Καὶ γὰρ Σίμων καὶ Νικόλαος οἱ αἱρεσιάρχαι, τὰ τοῦ Ἀντιχρίστου ἐνήργουν, καὶ οἱ μετὰ τούτους δὲ πάντες, B Μαρκίων καὶ Μοντανὸς, ὃς καὶ Παράκλητον ἑαυτὸν ὠνόμασε, καὶ Μάνης, καὶ οἱ ἄλλοι. Ἀλλὰ σὺ τὴν τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰωάννου δέχου ἐξήγησιν, ὡς ἀληθεστέραν.

[v] Matth. xxiv, 14.

VERS. 8. *Quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui.* Proxima est consolatio : consumet enim ipsum Dominus. Perinde enim ut ignis etiam ante adventum suum, cum adhuc procul fuerit, bestiolas tamen torpere facit absumitque : hunc ad modum Christus vel solo imperio, sive afflatu Spiritus sancti pleno, delebit ipsum, soloque adventu abolebit, hoc est, omnino inefficacem reddet. Ubi enim visus tantum fuerit, sistet deceptionem.

Ὃν ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἀναλώσει τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ. Ἐγγὺς ἡ παραμυθία· ἀναλώσει γὰρ αὐτὸν ὁ Κύριος. Καθάπερ γὰρ τὸ πῦρ καὶ πρὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ πόρρωθεν, ὅμως τὰ μικρὰ ζωΰφια ναρκᾷν ποιεῖ καὶ ἀναλίσκει· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς τῷ ἐπιτάγματι μόνῳ, ἤτοι τῷ ἐμφυσήματι, τῷ Πνεύματος ἁγίου γέμοντι, ἀφανίσει αὐτὸν, καὶ τῇ παρουσίᾳ μόνῃ καταργήσει, τουτέστι, παντελῶς ἀργὸν ποιήσει. Καὶ φανερὸς γὰρ μόνον, στήσει τὴν ἀπάτην.

VERS. 9. *Cujus adventus est secundum operationem Satanæ.* Quisnam ille sit, nos docet, nimirum homo qui Satanam in se habet operantem per ipsum.

C *Οὗ ἐστιν ἡ παρουσία κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ.* Τίς ἐστιν οὗτος, διδάσκει ἡμᾶς, ὅτι ἄνθρωπος ἔχων τὸν Σατανᾶν ἐν ἑαυτῷ, δι' αὐτοῦ ἐνεργοῦντα [93].

In omni virtute, et signis, et prodigiis mendacibus. Hoc est, omnem potentiam præ se feret, sed nihil veri habebit, omnia vero propter imposturam. *Prodigiis* enim *mendacibus*, hoc est mentitis, vel ad mendacium ducentibus eos qui animum eis advertunt. Hæc autem prædicit Paulus, ne seducantur ii qui tum victuri sunt.

Ἐν πάσῃ δυνάμει, καὶ σημείοις, καὶ τέρασι ψεύδους. Τουτέστι, πᾶσαν ἐπιδείξεται δύναμιν, ἀλλ' οὐδὲν ἀληθὲς, ἀλλὰ πάντα πρὸς ἀπάτην. *Τέρασι* γὰρ *ψεύδους*, τουτέστι τοῖς διεψευσμένοις, ἤτοι εἰς ψεῦδος ἄγουσι τοὺς αὐτοῖς προσέχοντας. Ταῦτα δὲ προλέγει Παῦλος, ἵνα μὴ ἀπατηθῶσιν οἱ τότε.

VERS. 10. *Et in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt.* Horribilis erit undique præ potestate, ex crudelitate omnia faciens, ut imponat atque injuriam hominibus inferat, salutem ipsorum vastans. Ne vero quis ambigat dicens : Cur ergo permisit eum Deus venire, **539** cum tot incommodis homines sint afficiendi? subdit, Ne metuas : in pereuntibus enim fortis est, qui, etiamsi ille non advenisset, increduli tamen permansuri erant.

Καὶ ἐν πάσῃ ἀπάτῃ τῆς ἀδικίας ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις. Φοβερὸς γὰρ ἔσται πάντοθεν ἀπὸ τῆς ἐξουσίας, ἀπὸ τῆς ὠμότητος πάντα ποιῶν, ἵνα ἀπατήσῃ καὶ ἀδικήσῃ τοὺς ἀνθρώπους, λυμαινόμενος τὴν σωτηρίαν αὐτῶν. Ἵνα δὲ μή τις ἀπορήσῃ λέγων· Τί οὖν συνεχώρησεν αὐτὸν ὁ Θεὸς παραγενέσθαι, ἐπειδὴ μέλλουσι τοσαῦτα βλαβῆναι οἱ ἄνθρωποι; φησὶν, ὅτι Μὴ φοβηθῇς· ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις γὰρ ἰσχύει, οἳ, εἰ καὶ μὴ ἐκεῖνος παρεγένετο, ἔμελλον ἀπειθεῖς διαμεῖναι.

D

Ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο εἰς τὸ σωθῆναι αὐτούς. Ἀγάπην ἀληθείας τὸν Χριστὸν καλεῖ· ἀμφότερα γὰρ ἦν, καὶ δι' ἀμφότερα παρεγένετο, καὶ ἀγαπῶν τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἵνα τὴν ἀλήθειαν ὑποδείξῃ. Αἰνίττεται δὲ ὅτι μά-

Eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut ipsi salvi fierent. Charitatem veritatis Christum appellat : utrumque enim erat, et propter utrumque advenit, tum quia diligeret homines, tum ut veritatem submonstraret. Innuit autem, quod plurimum

Variæ lectiones.

[92] ὥσπερ o. [93] καθ' ὃν καὶ ἐνεργεῖ m.

Digitized by Google

λιστα πρὸς [94] Ἰουδαίοις ἰσχύσει ὁ πλάνος· οὗτοι γὰρ οὐκ ἐδέξαντο τὸν Χριστὸν, οὔτε ἐπίστευσαν αὐτῷ. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς αὐτοῖς λέγει· *Ἐγὼ ἦλθον ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐκ ἐδέξασθέ με· ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, ἐκεῖνον λήψεσθε.*

A sit roboris habiturus impostor ille apud Judæos : illi enim non receperunt Christum, neque crediderunt ei, id quod Christus eis dicit : *Ego veni in nomine Patris mei, et non suscepistis me. Si alius venerit in nomine suo, istum recipietis* [x].

Καὶ διὰ τοῦτο πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης, εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει. Πέμψει, ἀντὶ τοῦ, παραχωρήσει αὐτὸν ἐλθεῖν. Ὅρα δὲ, ὅτι πρῶτον ἐκεῖνοι ἀπώσαντο τὴν ἀλήθειαν, καὶ τότε ἐγκατέλιπεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς, καὶ ἐκράτησεν αὐτῶν τὸ ψεῦδος. *Ἐνέργειαν* δὲ *πλάνης*, τὰ ἔργα φησὶν Ἀντιχρίστου, ἃ ποιεῖ εἰς τὸ πλανῆσαι· ἢ καὶ αὐτὸν τοῦτον [95] οὕτως ὠνόμασεν, ἐνεργούμενον ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ, διὰ τὸ πλανῆσαι πολλούς.

VERS. 11. *Et ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut ipsi credant mendacio.* Mittet, pro, sinet ipsum venire. Animadverte autem, quod ipsi primo repulerint veritatem, et tum postea reliquit eos Deus, ac dominatum est in eos mendacium. *Operationem* autem *erroris* opera Antichristi vocat, quæ facit ut decipiat : vel illum ipsum sic nominavit motum et agitatum a Satana, ut multos seducat.

Ἵνα κριθῶσι πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' εὐδοκήσαντες ἐν τῇ ἀδικίᾳ. Οὐκ εἶπεν, Ἵνα κολασθῶσι (καὶ γὰρ καὶ τοῦ Ἀντιχρίστου μὴ ἐλθόντος, ἔμελλον [96] κολασθῆναι οἱ ἀπειθεῖς), ἀλλ', Ἵνα, φησὶ, κατακριθῶσιν, ὥστε εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους. Τί γὰρ ἂν εἴποιεν, ὅτι Διὰ τοῦτο οὐκ ἐπιστεύσαμεν τῷ Χριστῷ, διότι Θεὸν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ ἐκήρυξαν, ἡμεῖς δὲ ἠκούσαμεν, ὅτι εἷς Θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα; Πῶς οὖν ἐπιστεύσατε τῷ Ἀντιχρίστῳ Θεὸν ἑαυτὸν ποιοῦντι; Ὁ μὲν γὰρ Χριστὸς τῷ Πατρὶ πάντα ἀνετίθει, οὗτος δὲ τοὐναντίον. Ἀλλὰ φήσουσιν, ὅτι Σημεῖα εἴδομεν. Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ γέγονε πολλὰ καὶ μεγάλα. Καίτοι ὁ μὲν Χριστὸς Σωτὴρ ἐκηρύττετο παρὰ τῶν προφητῶν· οὗτος δὲ, υἱὸς ἀνομίας καὶ ἀπωλείας. Διὰ ταῦτα κατακριθήσονται, ὅτι τὴν ἀλήθειαν ἀφέντες, εὐδόκησαν, τουτέστιν, ἠρέσθησαν καὶ προσετέθησαν ἀσμένως τῇ ἀδικίᾳ, τουτέστι, τῷ λυμεῶνι, τῷ πᾶσαν ἀδικίαν κατὰ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν ἐπισυναγαγόντι, τῷ αὐτόχρημα ἀδικίᾳ ὄντι.

B VERS. 12. *Ut judicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.* Non dixit, Ut puniantur (nam etiamsi Antichristus non venisset, increduli puniendi erant), verum Ut condemnentur, inquit, ut sint ipsi inexcusabiles. Quid enim dicerent, Propterea non credidimus Christo, quod discipuli eum Deum prædicarint, nos autem audivimus unum esse Deum, ex quo omnia? Quomodo igitur credidistis Antichristo, qui seipsum Deum facit? Christus enim Patri omnia referebat accepta : hic vero e diverso. Sed dicent, Signa ejus perspeximus. Atqui per Christum facta sunt etiam multa et magna. Atqui Christus quidem Servator a prophetis prædicabatur : iste vero, filius iniquitatis et interitus. Hanc ob causam condemnabuntur, quoniam veritatem dimittentes, consenserunt, hoc est, placuit eis, ac lubenter addicti sunt injustitiæ, hoc est vastatori, omnem injustitiam adversus mortalium animos adducenti, qui reipsa est injustitia.

Ἡμεῖς δὲ ὀφείλομεν εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ Κυρίου. Ἐπειδὴ φοβερά τινα εἶπε καὶ δυνάμενα κατασεῖσαι διάνοιαν ἀκρατῆ, νῦν λεαίνει τὰς καρδίας, διδάσκων ὅτι Ταῦτα μὲν ἄλλοις ἔστωσαν φοβερὰ, τοῖς ἀπολλυμένοις, καθ' ὧν καὶ ἰσχύουσιν· ἡμεῖς δὲ ὀφείλομεν εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ περὶ ὑμῶν, ὅτι ἐξελέγητε, ὅτι ἠγαπήθητε ὑπὸ Θεοῦ. Εἰ δὲ ἡμεῖς ὑπὲρ ὑμῶν εὐχαριστοῦμεν, πολλῷ μᾶλλον ὑμεῖς τοῦτο ὀφείλετε ποιεῖν ἐφ' ὑμῖν αὐτοῖς.

VERS. 13. *Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti a Domino.* Quia formidabilia quædam dixerat, et quæ possent infirmum animum concutere, nunc mitigat corda eorum, docens quod licet hæc aliis quidem terribilia sint, nempe iis qui pereunt, adversum quos etiam plurimum valent, nos vero debemus gratias agere Deo pro vobis, quod electi sitis, quod dilecti sitis a Deo. Si autem nos pro vobis gratias agimus, **540** multo magis vos istuc facere decet pro vobis ipsis.

C D

Ὅτι εἵλετο ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν ἐν ἁγιασμῷ Πνεύματος, καὶ πίστει ἀληθείας. Διὰ τοῦτο εὐχαριστοῦμεν, ὅτι ἐξελέξατο ὑμᾶς ὁ Θεὸς, καὶ προώρισεν εἰς σωτηρίαν, ἀξίους δηλαδὴ προγνούς. Πῶς; *Ἐν ἁγιασμῷ Πνεύματος*· τουτέστιν, Ἔσωσεν ὑμᾶς, ἁγιάσας διὰ τοῦ Πνεύματος. Εἶτα, ἵνα μήτις εἴπῃ· Τί οὖν; ἡμεῖς οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν; ἐπάγει· *Καὶ πίστει ἀληθείας*· τουτέστιν, Ἡγίασεν ἡμᾶς προεισενεγκόντας πίστιν ἀληθείας, τουτέστιν ἀληθινῶν πραγμάτων. Οὐ γὰρ ψεύδεσί τισιν ἐπιστεύσαμεν, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ αὐτῇ. Καὶ ἄλλως δὲ, δευ-

Quoniam elegit vos Deus a principio ad salutem in sanctificatione Spiritus, et fide veritatis. Hanc ob rem gratias agimus, quia elegit vos Deus, et prædestinavit ad salutem, cum dignos videlicet præscisset. Quomodo? *In sanctificatione Spiritus* : hoc est, servavit vos, sanctificans per Spiritum. Deinde, ne quis dicat, Quid inde? nihilne nos attulimus? subdit, *Et fide veritatis*, id est, Sanctificavit nos qui attulimus fidem veritatis, hoc est verarum rerum. Non enim mendaciis quibusdam fidem adhibuimus, sed veritati ipsi. Præterea, secundæ fidei

[x] Joan. v, 43.

Variæ lectiones.

[94] παρ' ο. [95] ἐκεῖνον ο. [96] ὤφειλον ο.

Digitized by Google

meminit, quandoquidem et post sanctificationem copia ejus indigeamus, ne concutiamur.

VERS. 14. *Ad quod vocavit vos per Evangelium nostrum, in acquisitionem gloriæ Domini nostri Jesu Christi.* Ne audientes fidem, extollantur apud sese, quasi ipsi illam attulissent; non simpliciter hoc dimittit, verum hoc etiam, inquit, Dei est. Ad hoc enim, inquit, vocavit vos. Ad hoc? quale? Ut servemini per sanctificationem et fidem. Proinde etsi credidistis, gratia id vocantis est. Nisi enim per verbum quod prædicavimus vobis, vocasset vos, quomodo, quæso, audivissetis? Nec exiguam sibi gloriam salutem vestram Christus arbitratur. Gloria enim boni est, multos esse qui servantur. Quis igitur non diliget talem Dominum? quis non velit hujus gloriam, sive suam ipsius salutem?

VERS. 15. *Itaque, fratres, state, ac tenete traditiones, quas edocti estis sive per sermonem, sive per Epistolam nostram.* Vel hinc perspicuum est quod pleraque etiam sine scriptis per sermonem; id est viva voce, tradiderint, et non solum per epistolas. Similiter autem et hæc et illa fide digna sunt. Itaque et Ecclesiæ traditionem fide dignam existimemus. Traditio est: nihil amplius quæras. Indicat autem hic multos esse commotos.

VERS. 16, 17. *Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, et Deus et Pater noster, qui dilexit nos, et dedit consolationem æternam et spem bonam in gratia, consoletur corda vestra, et confirmet vos in omni opere et sermone bono.* Adhortationem oratio excipit. Hoc enim vere est succurrere: perinde ac si dicat, Ego quidem dixi, at totum Deo acceptum referendum est. Ubi sunt autem qui Filium propterea imminuunt, quod in baptismate post Patrem nominetur? Ecce enim hic diversum habetur: prius enim nominavit Filium. *Qui dedit*, inquit, *consolationem æternam*. Qualem hanc? Spem, inquit, futurorum. Hæc enim est **541** quæ sustinet corda nostra in tentationibus decidentia, futurorum bonorum spes. Dedit autem hanc nobis Deus, non pro laboribus nostris, verum ex gratia. Hoc autem dixit, ut illorum animos reprimat. Observa autem quemadmodum sub forma precationis mentem illorum excitet, curæ adeoque providentiæ Dei pignora et signa ponens. Nam si nihil laborantibus consolationem impertiit, multo magis afflictis ac laborantibus pro fide dabit. Quocirca bonam spem concipite. Porro, *Consoletur*, inquit, *corda vestra et confirmet in omni opere et sermone bono*, hoc est, per omne opus et sermonem bonum. Hæc enim est consolatio Christiani, facere aliquid boni et quod Deo placeat. Vel confirmet vos in doctrina recta operibusque bonis, adeo ut non depravemini, neque ob ea quæ contingunt, animum despondeatis. Atque ista est consolatio. Qui enim firmatus est, quæ-

A τέρας ἐμνήσθη τῆς πίστεως, ἐπειδὴ καὶ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν πολλῆς αὐτῆς δεόμεθα, ἵνα μὴ παρασαλευθῶμεν.

Εἰς ὃ ἐκάλεσεν ὑμᾶς διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἡμῶν, εἰς περιποίησιν δόξης τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἵνα μὴ ἀκούσαντες πίστιν, ἐπαρθῶσιν ὡς καὶ αὐτοὶ συνεισαγαγόντες, οὐδὲ τοῦτε ἀφίησιν ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ τοῦτο, φησὶ, τοῦ Θεοῦ. Εἰς τοῦτο γὰρ ἐκάλεσεν ὑμᾶς, φησίν. Εἰς τοῦτο, ποῖον; Εἰς τὸ σωθῆναι διὰ τοῦ ἁγιασμοῦ καὶ τῆς πίστεως. Ὥστε κἂν ἐπιστεύσατε, ἡ χάρις τοῦ καλέσαντος. Εἰ μὴ γὰρ διὰ τοῦ λόγου ἡμῶν[96a] ἐκάλεσε, πῶς ἂν ἠκούσατε; Οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο εἰς δόξαν ἡγεῖται, τὴν ὑμετέραν σωτηρίαν, ὁ Χριστός. Δόξα γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ, τὸ πολλοὺς εἶναι τοὺς σωζομένους. Τίς οὖν B οὐκ ἀγαπήσει τοιοῦτον Δεσπότην; τίς οὐ θελήσει τὴν δόξαν τούτου, ἤτοι τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν;

Ἄρα οὖν, ἀδελφοί, στήκετε καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς ἐδιδάχθητε, εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι' Ἐπιστολῆς ἡμῶν. Κἀντεῦθεν δῆλον, ὅτι πολλὰ καὶ ἀγράφως διὰ λόγου, τουτέστι ζώσῃ φωνῇ, παρεδίδοσαν, οὐ μόνον δι' ἐπιστολῶν. Ὁμοίως δὲ καὶ ταῦτα κἀκεῖνα ἀξιόπιστα. Ὥστε καὶ τὴν παράδοσιν τῆς Ἐκκλησίας ἀξιόπιστον ἡγούμεθα. Παράδοσίς ἐστι· μηδὲν πλέον ζήτει. Δείκνυσι δὲ ἐνταῦθα πολλοὺς ὄντας τοὺς παρασαλευομένους.

Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἡμῶν, ὁ ἀγαπήσας ἡμᾶς, καὶ δοὺς παράκλησιν αἰωνίαν καὶ ἐλπίδα ἀγαθὴν ἐν χάριτι, παρακαλέσαι ὑμῶν τὰς καρδίας, καὶ στηρίξαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ ἀγαθῷ. Μετὰ C τὴν παραίνεσιν, εὐχή. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὄντως βοηθεῖν· ὡς ἂν εἰ τοῦτο ἔλεγεν· Ἐγὼ μὲν εἶπον, τὸ δὲ πᾶν τοῦ Θεοῦ ἐστι. Ποῦ δέ εἰσιν οἱ τὸν Υἱὸν ἐλαττοῦντες, ἐπειδὴ ἐν τῷ βαπτίσματι μετὰ τὸν Πατέρα ὀνομάζεται; Ἰδοὺ γὰρ ἐνταῦθα τοὐναντίον ἐστί· πρότερον γὰρ ὠνόμασε τὸν Υἱόν. Δοὺς, φησὶ, *παράκλησιν αἰωνίαν*. Ποίαν δὲ ταύτην; Τὴν ἐλπίδα, φησὶ, τῶν μελλόντων. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἀνέχουσα τὰς καρδίας ἡμῶν καταπιπτούσας ἐν τοῖς πειρασμοῖς, ἡ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐλπίς. Δέδωκε δὲ ταύτην ἡμῖν ὁ Θεὸς, οὐ κοπιάσασιν, ἀλλὰ χάριτι. Τοῦτο δὲ εἶπε, καταστέλλων αὐτῶν τὸ φρόνημα. Ὅρα δὲ, πῶς ἐν τάξει εὐχῆς διανίστησιν αὐτῶν τὴν διάνοιαν, τὰ D τῆς κηδεμονίας τοῦ Θεοῦ ἐνέχυρα καὶ τεκμήρια τιθείς. Εἰ γὰρ μηδὲν κάμνουσι παράκλησιν ἔδωκε, πολλῷ μᾶλλον τοῖς ὑπὲρ τῆς πίστεως κάμνουσι δώσει. Ὥστε εὐέλπιδες γίνεσθε[97]. *Παρακαλέσαι* δὲ, φησὶν, *ὑμῶν τὰς καρδίας, καὶ στηρίξαι ἐν παντὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ ἀγαθῷ*, τουτέστι, διὰ παντὸς ἔργου καὶ λόγου ἀγαθοῦ. Τοῦτο γὰρ παράκλησις Χριστιανοῦ, τὸ ποιῆσαί τι χρηστὸν καὶ Θεῷ δοκοῦν. Ἤ, ὅτι Στηρίξαι ὑμᾶς ἔν τε δόγμασιν ὀρθοῖς καὶ πράξεσιν ἀγαθαῖς, ὥστε μὴ παραφέρεσθαι, μηδὲ καταπίπτειν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι. Τοῦτό ἐστι παράκλησις. Ὁ γὰρ ἐστηριγμένος, ὅσαπερ ἂν πάθῃ, φέρει γενναίως,

Variæ lectiones.

[96a] ἁγιασμοῦ καὶ τῆς πίστεως καὶ τοῦ λό o. [97] δώσει, ὥστε εὐέλπιδας γενέσθαι o.

Digitized by Google

καὶ οὐ παρατρέπεται· διὰ μὲν τοῦ τὸ δόγμα τηρεῖν ὀρθὸν πεπεισμένος περὶ τῶν μελλόντων βεβαίως· διὰ δὲ τοῦ ἀγαθὸν βίον ἔχειν, χαίρων ὅτι οὐχ ὡς κακουργὸς, ἀλλ' ὡς Θεοῦ λειτουργὸς πάσχει.

cunque patitur, fert strenue, et non subvertitur, propterea quidem quod dogma rectum servat, de futuris firmiter persuasus : quod vero bonam vitam ducit, gavisus quia non veluti maleficus, sed velut Dei minister patiatur.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Τὸ λοιπὸν, προσεύχεσθε, ἀδελφοὶ, περὶ ἡμῶν, ἵνα ὁ λόγος τοῦ Κυρίου τρέχῃ καὶ δοξάζηται, καθὼς καὶ πρὸς ὑμᾶς. Αὐτὸς μὲν ηὔξατο περὶ [98] αὐτῶν, ἵνα στηριχθῶσιν· ἀξιοῖ δὲ λοιπὸν αὐτοὺς εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, οὐχ ἵνα μὴ κινδυνεύῃ (εἰς τοῦτο γὰρ ἔκειτο), ἀλλ', *Ἵνα τὸ κήρυγμα τρέχῃ καὶ δοξάζηται.* Καὶ μετ' ἐγκωμίου ἡ αἴτησις· φησὶ γὰρ, *Καθὼς* [99] *καὶ πρὸς ὑμᾶς*· τουτέστιν, Ἵνα πάντες οὕτως ὑπακούωσιν [1], ὥσπερ καὶ ὑμεῖς. Οὕτως οὐδὲν ἴδιον ηὔχετο, ἀλλὰ πάντα τοῦ Θεοῦ.

CAPUT III.

Quod reliquum est, orate, fratres, pro nobis, ut verbum Domini currat et clarificetur, sicut et apud vos. Ipse quidem oravit pro eis, ut firmentur : deinceps petit ab eis, ut pro ipso orent, non ut periculis non objiciatur (in hoc enim positus erat), sed, *Ut verbum currat et clarificetur.* Neque laude caret hæc petitio : ait enim, *Quemadmodum apud vos :* hoc est, Ut omnes sic obediant, quemadmodum et vos. Adeo nihil privati optabat, sed omnia Dei.

Καὶ ἵνα ῥυσθῶμεν ἀπὸ τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων· οὐ γὰρ πάντων ἡ πίστις. Περὶ τῶν ἀντιλεγόντων τῷ κηρύγματι λέγει, περὶ τῶν μαχομένων τοῖς δόγμασι, οἷος ἦν Ἀλέξανδρος ὁ Χαλκεύς· τοῦτο γὰρ ἠνίξατο εἰπών· *Οὐ γὰρ πάντων ἡ πίστις*· τουτέστιν, οὐ πάντες πιστεύουσιν, ἀλλ' οἱ ἄξιοι· ὥσπερ ἂν εἴ τις εἶπεν, ὅτι Οὐ πάντων ἐστὶ τὸ στρατεύεσθαι ἐν τοῖς βασιλείοις, ἀλλὰ τῶν ἐπιτηδείων πρὸς τοῦτο. Διανίστησι δὲ αὐτοὺς, εἴ γε τοσαύτην ἔχουσι παῤῥησίαν, ὥστε καὶ τῷ διδασκάλῳ [2] ἐξευμαρίζειν τὸ κήρυγμα. Λεληθότως δὲ αἰνίττεται καὶ κινδύνους αὐτῷ πάντως ἐπαγομένους παρὰ τῶν ἀνθισταμένων τῷ λόγῳ. Καὶ τοῦτο δὲ ἱκανὸν αὐτοῖς εἰς παράκλησιν, ὡς καὶ τοῦ τηλικούτου Παύλου ἔτι ἐν κινδύνοις παλαίοντος.

Vers. 2. *Et ut liberemur ab importunis et malis hominibus : non enim omnium est fides.* Loquitur de iis qui verbi prædicationi contradicunt, et qui doctrinæ adversantur; qualis erat Alexander Ærarius. Hoc enim innuit inquiens : *Non enim omnium est fides*, hoc est, Non omnes credunt, sed qui digni sunt : perinde ac si quis dicat : Non omnium est sub vexillo regio militare, cæterum eorum tantum, qui ad hoc sunt idonei. Simul autem excitat et commendat eos, siquidem tantam habent fiduciam, ut præceptori suo prædicationem facilem reddant. Porro, clam innuit pericula sibi omnino ab iis qui verbo resistebant, inducta. Atque hoc satis erat eis ad consolationem, quod talis tantusque Paulus exsistens, adhuc cum periculis luctaretur.

Πιστὸς δέ ἐστιν ὁ Κύριος, ὃς στηρίξει ὑμᾶς, καὶ φυλάξει ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Εἶπεν ἄνω, ὅτι *Εἵλετο ὑμᾶς ὁ Θεὸς εἰς σωτηρίαν*, ἀντὶ τοῦ, ἐξελέξατο. Πιστὸς οὖν ἐστι, τουτέστιν ἀληθὴς, καὶ πάντως ποιήσει ὃ ἐνήρξατο· καὶ στηρίξει μὲν ὑμᾶς, καθάπερ καὶ ηὐξάμεθα, ὥστε μηκέτι σαλευθῆναι· φυλάξει δὲ, ὥστε μὴ ἰσχῦσαι καθ' ὑμῶν τὸν Σατανᾶν.

Vers. 3. *Fidelis autem est Dominus, qui confirmabit* **542** *vos, et custodiet a malo.* In superioribus dixit, *Elegit vos Deus ad salutem*, hoc est, selegit e multis. Fidelis igitur est, id est verax, et omnino perficiet quod orsus est ; et confirmabit vos quidem, sicut oravimus ut non porro concutiamini. Custodiet autem, ut non prævaleat contra vos Satanas.

Πεποίθαμεν δὲ ἐν Κυρίῳ ἐφ' ὑμᾶς, ὅτι ἃ παραγγέλλομεν ὑμῖν, καὶ ποιεῖτε καὶ ποιήσετε. Ἐπειδὴ ἐπηύξατο αὐτοῖς, καὶ εἶπεν, ὅτι πιστός ἐστιν ὁ Θεὸς, ὅτι ποιήσει ἃ ἐνήρξατο· ἵνα μὴ νομίσαντες τὸ πᾶν τοῦ Θεοῦ εἶναι, αὐτοὶ ἀπορῥαθυμήσωσιν, ἰδοὺ νῦν καὶ τὴν παρ' αὐτῶν συνέργειαν ἀπαιτεῖ, ὡς ἂν εἰ τοιαῦτα λέγων [3]· Ὁ μὲν Θεὸς πιστός ἐστι, καὶ πάντως ποιήσει τὰ αὐτοῦ· ἀλλ' ἐὰν καὶ ὑμεῖς ἐργάζησθε. Ὅρα δὲ σοφίαν· Οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, ὅτι Πεποίθαμεν ἐφ' ὑμᾶς, ἀλλ', *Ἐν Κυρίῳ*· τουτέστι, Τῇ φιλανθρωπίᾳ αὐτοῦ πιστεύομεν, ὅτι αὐτὴ ἐπιῤῥώσει ὑμᾶς· ἵνα δείξῃ αὐτοῖς ὅτι τὸ πᾶν ἀναρτητέον τοῦ Θεοῦ. Πάλιν, οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, Πεποίθαμεν τῷ Κυρίῳ, ἀλλ', *Ἐφ' ὑμᾶς*, καὶ, ὅτι *Ποιεῖτε καὶ ποιήσετε*, ἵνα μὴ τὸ πᾶν ἀναρτήσαντες τοῦ Θεοῦ, ἀργότεροι αὐτοὶ γένωνται. Δεῖ μὲν γὰρ τὸ πᾶν ἐπὶ τὸν Θεὸν ῥίπτειν, ἀλλ' ἐνεργοῦντας καὶ αὐτούς. Οὐκ ἠρκέσθη

Vers. 4. *Confidimus autem in Domino de vobis, quod quæ præcipimus vobis, et facitis et facietis.* Postquam orasset pro eis ac dixerat, Fidelis est Deus, quia faciet quæ orsus est; ne jam existimantes totum esse Dei, ipsi segnes evadant, ecce jam nunc ipsorum cooperationem postulat; perinde ac si diceret : Deus quidem fidelis est, et omnino faciet quæ sua sunt, sed si vos etiam operemini. Expende autem ejus sapientiam. Non dixit simpliciter, Confidimus de vobis, sed, *In Domino :* hoc est, Clementiæ ejus credimus, quod ea sit confortatura vos, ut indicet ipsis totum ex Deo pendere debere. Rursus, non dixit simpliciter, Confidimus Domino : verum, *De vobis*, et, *Quod facitis et facietis*, ne totum in Deum transferentes, ipsi otiosiores reddantur. Totum enim in Deum rejiciendum est, sed ita ut nos etiam operemur. Nec fuit contentus dicere,

Variæ lectiones.

[98] ὑπὲρ o. [99] καθάπερ o. [1] ὑπάρχωσιν m. [2] τῶν διδασκάλων o. [3] ὡς εἰδὼς ταῦτα λέγει m.

Digitized by Google

Facitis; sed adjecit, *Facietis* : ostendens, nobis ad extremum usque spiritum virtutem adesse debere.

VERS. 5. *Dominus autem dirigat corda vestra ad dilectionem Dei, et ad patientiam Christi.* Iterum pro eis intercedit, quanta illorum cura tangatur, indicans. Quia enim nonnullos eorum objurgaturus est, corda ipsorum præmitigat, ut videatur ex multa charitate objurgare. Ait igitur, *Dominus dirigat corda vestra :* hoc est, Recta venire faciat et non aberrare. Multa enim sunt quæ a recto charitatis calle abducunt, ut pecunia, facultates, vana gloria, afflictio, tentationes. Hæc enim aliaque multa non sinunt nos ad dilectionem Dei recta accedere, diligereque ipsum perinde ac necessarium est. Illud vero, *Ad patientiam Christi*, vel sic intelliges ut sustineamus et nos, quemadmodum ille sustinuit : vel ut cum patientia exspectemus Christum et non despereinus, sed firmiter credamus, quod quæ promiserit, completurus sit. Præterea, patientiæ mentionem faciens, afflictiones innuit. Charitati autem Dei adjunxit patientiam : hoc enim est diligere Deum, propter ipsum patienti animo esse, et non contristari. Per *Dominum* autem hic Spiritum intellige, perinde ac magnus annotavit Basilius.

VERS. 6. *Præcipimus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Jesu Christi.* Non semel indicavimus Paulum severiorem institutionem appellare præceptum. **543** Nunc itaque formidabiliorem adhortationem faciens, Non nos præcipimus, inquit, sed Christus. Quæ enim ego dico, ille profecto dicit. Nam ut otiosi essemus, nusquam ille præcepit.

Ut subtrahatis vos ab omni fratre inordinate ambulante. Hoc est, ut separemini a quovis inordinate, hoc est otiose, vivente, sive dives, sive pauper, sive sanctus fuerit. Qui enim ab utilibus operibus abstinent, in dicacitatem plerumque et scurrilitatem præcipites aguntur. Hæc autem inordinata sunt. Quomodo? Propter hoc ipsum, quod nihil agat, et quia ordinem a præceptore positum excedat. Infert igitur :

Et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. Quam per opera vobis tradidi, exemplar vobis factus : proprie enim traditio est hujusmodi.

VERS. 7. *Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inordinate nos gessimus apud vos, neque gratis panem manducavimus ab aliquo.* Non inordinate nos gessimus, id est, non fuimus otiosi. Inordinationem enim otium nominat, ut supra : atque ita sane se res habet : nam Deus posuit hominem ad laborem, artusque ad hoc effinxit : quocirca qui otiosus est, ab ordine

δὲ εἰπὼν τὸ, *Ποιεῖτε*, ἀλλὰ προσέθηκε καὶ τὸ, *Ποιήσετε*· δεικνὺς ὅτι δεῖ ἡμῖν ἄχρι καὶ τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς παρεῖναι τὴν ἀρετήν.

Ὁ δὲ Κύριος κατευθύναι ὑμῶν τὰς καρδίας εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς τὴν ὑπομονὴν τοῦ Χριστοῦ. Πάλιν ἐπεύχεται αὐτοῖς, δεικνὺς τὴν αὐτοῦ κηδεμονίαν. Ἐπειδὴ γὰρ μέλλει τισὶν αὐτῶν ἐπιτιμᾷν, προλεαίνει τὰς καρδίας αὐτῶν, ἵνα δόξῃ [5] ὅτι ἀπὸ ἀγάπης πολλῆς ἐπιτιμᾷ. Φησὶν οὖν, ὅτι *Ὁ Κύριος κατευθύναι τὰς καρδίας ὑμῶν*, τουτέστιν, ἐπ' εὐθείας ἐλθεῖν ποιήσειε [6], καὶ μὴ παρατραπῆναι. Πολλὰ γάρ εἰσι τῆς πρὸς τὴν ἀγάπην ὀρθῆς ὁδοῦ ἐκτρέποντα, καὶ χρήματα, καὶ κενοδοξία, καὶ θλίψεις, καὶ πειρασμοί. Ταῦτα γὰρ καὶ ἄλλα πλείω οὐκ ἐῶσιν ἡμᾶς εἰς ἀγάπην τοῦ Θεοῦ εὐθυπορῆσαι, καὶ ἀγαπῆσαι αὐτὸν ὡς δεῖ. Τὸ δὲ, *Εἰς τὴν ὑπομονὴν τοῦ Χριστοῦ*, ἢ οὕτω νοήσεις, Ἵνα ὑπομένωμεν, ὡς ἐκεῖνος ὑπέμεινεν· ἢ, Ἵνα μεθ' ὑπομονῆς ἀναμένωμεν τὸν Χριστὸν, καὶ μὴ ἀπελπίζωμεν, ἀλλὰ πιστεύωμεν βεβαίως, ὅτι ἃ ἐπηγγείλατο πληρώσει. Εἰπὼν δὲ ὑπομονὴν, θλίψεις ἠνίξατο. Τῇ ἀγάπῃ δὲ τοῦ Θεοῦ συνέζευξε τὴν ὑπομονήν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἀγαπᾷν τὸν Θεὸν, τὸ ὑπομένειν δι' αὐτὸν, καὶ μὴ θορυβεῖσθαι. *Κύριον* δὲ, τὸ Πνεῦμα νόει ἐνταῦθα, ὡς ὁ μέγας παρεσημήνατο Βασίλειος.

Παραγγέλλομεν δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Πολλάκις; εἰπομεν, ὅτι παραγγελίαν ὁ Παῦλος λέγει τὴν αὐστηροτέραν διδασκαλίαν. Καὶ νῦν οὖν φοβερωτέραν τὴν παραγγελίαν ποιῶν, φησὶν, ὅτι Οὐχ ἡμεῖς παραγγέλλομεν, ἀλλ' ὁ Χριστός. Ἃ γὰρ ἐγὼ λέγω, ἐκεῖνος λέγει. Οὐδαμοῦ γὰρ προσέταξεν ἐκεῖνο, ἀργεῖν.

Στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος. Τουτέστι, χωρίζεσθαι ἀπὸ τοῦ ἀτάκτως, τουτέστιν [4] ἀργῶς, βιοῦντος παντὸς, κἂν πλούσιος ᾖ, κἂν πένης, κἂν ἅγιος [7]. Οἱ γὰρ ἀπεχόμενοι τῶν εὐχρήστων ἔργων, ὡς ἐπίπαν εἰς εὐτραπελίας καὶ ἀδιαφορίας ἐκτραχηλίζονται. Ταῦτα δὲ ἀταξίας εἰσί. Πῶς; Δι' αὐτὸ τοῦτο τὸ ἀργεῖν, καὶ καθὸ ἐκβαίνει τὴν παρὰ τοῦ διδασκάλου τεθεῖσαν αὐτῷ τάξιν. Ἐπιφέρει οὖν·

Καὶ μὴ κατὰ τὴν παράδοσιν ἣν παρέλαβον παρ' ἡμῶν. Ἦν διὰ τῶν ἔργων ὑμῖν παρέδωκα, τύπος γενόμενος ὑμῖν. Κυρίως γὰρ ἡ τοιαύτη παράδοσις.

Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε πῶς δεῖ μιμεῖσθαι ἡμᾶς, ὅτι οὐκ ἠτακτήσαμεν ἐν ὑμῖν, οὐδὲ δωρεὰν ἄρτον ἐφάγομεν παρά τινος. Οὐκ ἠτακτήσαμεν, τουτέστιν, οὐκ ἠργήσαμεν. Ἀταξίαν γὰρ τὴν ἀργίαν ὀνομάζει, ὡς καὶ ἀνωτέρω· καὶ οὕτως ἔχει. Ὁ γὰρ Θεὸς ἔταξε τὸν ἄνθρωπον ἐργάζεσθαι, καὶ τὰ μέλη πρὸς τοῦτο διέπλασεν [8]. Ὥστε ὁ ἀργῶν ἐκλέλοιπε τὴν τάξιν. Ὅρα δὲ, πῶς δωρεὰν φαγεῖν ἐκάλεσε τὸ παρ' αὐ-

Variæ lectiones.

[4] δεῖξῃ o. [5] τηρήσειε o. [6] καὶ o. [7] κἂν ἅγιος. Ἄτακτος γὰρ ἐστι πᾶς κατ' αὐτὸ τοῦτο τὸ ἀργεῖν ιε'. *Inquietus enim est quis vel per hoc ipsum quod otiosus sit.* [8] διεπέτανεν o.

Digitized by Google

τῶν τραφῆναι. Καίτοι οὐκ ἦν δωρεάν, ἐκήρυττε γάρ· Ἄξιος δὲ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ.

suo defecit. Observa autem, quomodo gratis edere hoc ipsum vocavit, ab illis alimoniam sumere. Atqui non gratis suppeditabatur, prædicabat enim. Est autem dignus operarius alimento suo.

Ἀλλ' ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ νύκτα καὶ ἡμέραν ἐργαζόμενοι. Ὅρα τὰς ἐπιτάσεις. Ἡμεῖς δὲ εἰ μὴ τοῦ Θεοῦ προτιμώμεθα παρὰ τῶν διδαχθέντων [9] τι ὑφ' ἡμῶν, δυσχεραίνομεν, ὡς τὰ μέγιστα ἀδικούμενοι.

VERS. 8. *Verum in labore et fatigatione nocte et die operantes.* Vide exaggerationes. Nos vero nisi vel ipsi Deo præferamur ab iis qui aliquid a nobis didicere, ægro animo ferimus, ceu maxima injuria affecti.

Πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν. Κυρίως μὲν βάρος ἐστὶ τὸ παρ' ἀκόντων λαβεῖν. Νυνὶ δὲ τοῦτο λέγει, διότι πένητες ἦσαν.

Ne quem vestrum gravaremus. Gravamen proprie est, ab invitis accipere. Nunc autem hoc dicit, quod pauperes fuerint Thessalonicenses.

Οὐχ ὅτι οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν, ἀλλ' ἵνα ἑαυτοὺς τύπον δῶμεν ὑμῖν εἰς τὸ μιμεῖσθαι ἡμᾶς. Εἶχε γὰρ ἐξουσίαν ἀργεῖν, ἅτε μείζονι ἔργῳ ἠσχολημένος, τῷ κηρύγματι, καὶ τρέφεσθαι παρὰ τῶν μαθητευομένων· ὅμως ἐκ φιλοτιμίας εἰργάσατο, καὶ ἑαυτὸν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ διέτρεφεν, ὡς ἂν καὶ τοὺς μαθητὰς τοῦτο παιδεύσῃ.

VERS. 9. *Non quod non habemus potestatem, sed ut nos ipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.* Erat enim ei facultas otiandi, quia majori B opere occupatus esset, prædicationis nempe ministerio, atque ut aleretur a discipulis : attamen præ liberalitate quadam operabatur, seque ipsum et eos qui secum erant, enutriebat, ut illud ipsum discipulos etiam doceret.

Καὶ γὰρ ὅτε ἦμεν πρὸς ὑμᾶς, τοῦτο παρηγγέλλομεν ὑμῖν, ὅτι εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω. — *Πρὸς ὑμᾶς*, ἀντὶ τοῦ, Παρ' ὑμῖν, μεθ' ὑμῶν. Ἐν μὲν οὖν τῇ προτέρᾳ Ἐπιστολῇ προσηνέστερον περὶ τούτων διελέχθη, ἐνταῦθα δὲ αὐστηρότερον. Εἰ γὰρ αὐτὸς καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν εἰργάζετο, καίτοι μηδεμίαν ἔχων ἀνάγκην, πολλῷ μᾶλλον τοὺς ἄλλους ἐχρῆν τοῦτο ποιεῖν.

VERS. 10. *Nam cum essemus apud vos, hoc præcipiebamus vobis : quod si quis non vult operari, neque manducet.* Πρὸς ὑμᾶς, id est, Apud vos, vel vobiscum. In priori sane Epistola clementius et mansuetius de his disseruit, hic vero austerius agit. Si enim ipse nocte ac die operabatur, nulla licet illi necessitas incumberet, multo magis alios oportebat hoc facere.

Ἀκούομεν γάρ τινας περιπατοῦντας ἐν ὑμῖν ἀτάκτως, μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ νοῦς ἡμῶν ἀεικίνητός ἐστιν, ἀνάγκη, ὅταν εὔχρηστον ἔργον μὴ μεταχειρίζηται [10], τὰ ἄχρηστα μετιέναι, ὡς καὶ ἀνωτέρω εἴρηται, καὶ περιεργάζεσθαι τοὺς ἑτέρων βίους, κἀντεῦθεν εἰς καταλαλιὰς, ἀργολογίας, εὐτραπελίας ἐκτραχηλίζεσθαι. Ἐργάζεσθαι οὖν δεῖ τὰ διὰ τῶν χειρῶν ἔργα. Οὐ [11] γὰρ ἐλεεῖσθαι δεῖ τὸν δυνάμενον καὶ ἀργοῦντα. Ἀλλ' εὔχομαι, φησὶ, καὶ νηστεύω. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἔργον χειρῶν· ἄλλως τε δύνασαι μετὰ τοῦ ταῦτα ποιεῖν ἔτι καὶ ἐργάζεσθαι. Ἐπεὶ οὖν τοῦτο διαπτύεις, ὡς ἀργὸς κατακρίνῃ. Καὶ πῶς, φασὶν, ὁ διδάσκων οὐκ ἀναγκάζεται ἐργάζεσθαι; Ὅτι τοι μείζονα ἐργασίαν καὶ δυσχερεστέραν μεταχειρίζεται, ἤτις καὶ ἐμποδίζει αὐτῷ πρὸς τὴν τῶν χειρῶν ἐργασίαν. Σοὶ δὲ τῷ ἰδιαστῇ οὐδὲν τοιοῦτον. Ὥστε ἁμαρτάνεις τοῦ ἔργου ἀμελῶν.

544 VERS. 11. *Audimus enim inter vos quosdam C obambulantes inordinate, nihil operantes, sed curiose agentes.* Cum enim mens nostra semper mobilis sit, necesse est, ut cum utilia non aggrediatur, inutilia capessat, ut supra dictum est, adeoque de aliorum vitis curiose inquirere, et hinc ad obtrectationes, otiosos sermones atque scurrilitatem deferri. Operari igitur oportet opera manibus : neque enim eleemosyna est impartienda bene valenti, qui laborare potest, atque otiatur. At ora, inquit, et jejuno. Atqui istud non est opus manuum, præsertim cum et hæc præstare possis, atque interim operari. Quia itaque istud aspernaris, tanquam otiosus condemnaris. At, quare, inquiunt, is qui docet, non cogitur operari? Quia difficilius opus aggreditur, quod impedit ipsum a manuum operatione. Tibi autem D privatim vitam agenti, nihil hujusmodi incumbit. Peccas itaque, si laborem negligas.

Τοῖς δὲ τοιούτοις παραγγέλλομεν καὶ παρακαλοῦμεν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐπειδὴ καθήψατε, εἰπὼν, *Παραγγέλλομεν*, προσηνέστερον πάλιν ποιεῖ τὸν λόγον, καὶ φησι· *Παρακαλοῦμεν*. Φοβερωτέρα οὖν ἡ παράκλησις, καὶ ὀξυπιστοτέρα.

VERS. 12. *Iis autem qui ejusmodi sunt præcipimus et obtestamur per Dominum nostrum Jesum Christum.* Quia severius eos invaserat, dicens, *Præcipimus vobis;* rursus blandiorem facit sermonem, *Obsecramus*, inquiens. Atque hoc pacto formidabilior est, et plus ponderis habet ejus exhortatio.

Ἵνα μετὰ ἡσυχίας ἐργαζόμενοι, τὸν ἑαυτῶν ἄρτον ἐσθίωσιν. Ἀμφότερα ἀπαιτεῖ, ὡς μὲν ἀτακτοῦντας, τὸ ἡσυχάζειν· ὡς δὲ ἀργοὺς, τὸ ἐργάζε-

Ut cum quiete operantes, suum ipsorum panem manducent. Utrumque exigit, tum, ut inordinate se gerentes sint quieti, tum ut otiosi laborent, quo

Variæ lectiones.

[9] μηδὲ διδαχ. ποτέ τι ὑ. ἡ ο. [10] ..ριζόμεθα ο. [11] οὐδὲ ο.

Digitized by Google

dant panem suum ipsorum, non alienum : non enim ad alienas manus respicere oportet.

σθαι, ἵνα ἐσθίωσι τὸν ἑαυτῶν ἄρτον, μὴ τὸν ἀλλότριον. Οὐ γὰρ δεῖ αὐτοὺς ἀποβλέπειν εἰς ἄλλων χεῖρας.

Vers. 13. *Vos autem, fratres, nolite deficere benefacientes.* Animadverte quam subito paterna viscera sint confracta ; statim eorum misertus est. Segregemini ab ipsis, inquit, atque separemini : verumtamen ne fame eos interire sinatis. At quid, si ille confidens, quod ego alam ipsum, in otio perduret? Satis est tibi ab eo divelli, et nihil fiduciæ impertiri ei, ostendens te ei irasci. At si neque hac ratione corrigatur, tu tamen interea ne cesses illi benefacere.

Ὑμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, μὴ ἐγκακήσητε καλοποιοῦντες. Ὅρα, πῶς εὐθέως; κατεκλάσθη τὰ πατρικὰ σπλάγχνα, εὐθέως αὐτοὺς ἐλέησε. Στέλλεσθε μὲν, φησὶν, ἀπ' αὐτῶν καὶ χωρίζεσθε· μὴ μέντοι γε ἐάσητε λιμῷ διαφθαρῆναι. Τί οὖν, ἂν θαρρῶν ἐκεῖνος, ὅτι ἐγὼ τρέφω αὐτὸν, ἐπιμένῃ ἀργῶν ; Ἀρκεῖ σοι τὸ στέλλεσθαι ἀπ' αὐτοῦ, καὶ μὴ μεταδιδόναι αὐτῷ παῤῥησίαν, ἐνδεικνύων ὅτι ὀργίζῃ. Ἐὰν δὲ μηδὲ οὕτω διορθῶται, ἀλλὰ σὺ μὴ ἐγκακήσῃς, φησὶ, καλοποιῶν αὐτόν.

Vers. 14. *Quod si quis non obedit verbo nostro, per Epistolam hunc notate.* Quidam λόγῳ ἡμῶν, per η legerunt unde et sic intellexerunt : Si quis autem mei Pauli verbo non obediat, per hanc Epistolam veluti loquenti, hunc notate, atque habete veluti segregatum. Divus autem Joannes Chrysostomus legit, ὑμῶν, per υ sicque intelligendum hunc locum nobis ostendit : Si quis non morem gerit vobis, dicentibus ad ipsum quæ per Epistolam hanc meam didicistis

Εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ὑμῶν, διὰ τῆς Ἐπιστολῆς τοῦτον σημειοῦσθε. Τινὲς μὲν, Τῷ λόγῳ ἡμῶν, ἀνέγνωσαν, διὰ τοῦ η. Ὅθεν καὶ οὕτως ἐνόησαν· Εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἐμοῦ τοῦ Παύλου, τῷ διὰ τῆς Ἐπιστολῆς ταύτης οἱονεὶ λαλοῦντι, τοῦτον σημειοῦσθε, καὶ ἔχετε ὡς ἀφωρισμένον. Ὁ δὲ μακάριος Ἰωάννης, Ὑμῶν, ἀνέγνω, διὰ τοῦ υ, καὶ ἔδωκεν ἡμῖν νοεῖν, ὅτι Εἴ τις [12] ἀπειθεῖ ὑμῖν, λέγουσι πρὸς αὐτὸν ἃ διὰ τῆς ἐμῆς Ἐπιστολῆς ταύτης ἐμάθετε.

Et ne commisceamini cum illo, ut confundatur. Viden' quæ sit utilitas eum separari? nempe ut pudore afficiatur. **545** Si enim vel simpliciter accipere, pudore dignum ; quanto magis, si post segregationem exhiberent? Magna enim quondam pœna videbatur segregatio, sed hodie minus habet ponderis. Si enim simpliciter ab otioso segregari oportebat, quanto magis ab aliis?

Καὶ μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ, ἵνα ἐντραπῇ. Ὁρᾷς, τίς ἡ ὠφέλεια τοῦ εἶναι αὐτὸν ἀφωρισμένον; Τὸ ἐντραπῆναι. Εἰ γὰρ καὶ τὸ ἁπλῶς λαμβάνειν, αἰσχύνης ἄξιον· πόσῳ μᾶλλον, ὅταν καὶ μετὰ τοῦ στέλλεσθαι παρέσχοιεν ; Μεγάλη γὰρ κόλασις ὁ ἀφορισμὸς ἐδόκει πάλαι· ἀλλ' οὐχὶ νῦν. Εἰ γὰρ τοῦ ἁπλῶς ἀργοῦντος χωρίζεσθαι ἔδει, πόσῳ μᾶλλον τῶν ἄλλων;

Vers. 15. *Et nolite quasi inimicum existimare, sed admonete ut fratrem.* Perinde ac cum supra dixisset, Qui non operatur, neque manducet, metuit ne tales fame pereant, ideoque intulit, *Vos autem nolite deficere benefacientes.* Illunc ad modum et nunc dicens, *Ne commisceamini*, metuit ne hoc ipsum eum omnino desperantem a fraternitate exscinderet. Propterea addidit : *Nolite quasi inimicum existimare*, sed admonete ut fratrem : et postquam eleemosynam dederis, injunxit ut admoneas, non ut exprobres, ut et animo et corpore beneficium in illum conferatur. Qui fratrem admonet, non publice traducit injuriam, sed privatim hoc facit, idque cum mansuetudine. Doleat nobis, inquit, non quia otioso impertimus, sed quia transgreditur legem Dei, ac veluti pro ægroto lugeamus. Audiant itaque qui non solum non impertiunt aliquid, verumetiam contumelia afficiunt, atque lapidibus petunt. Propter te pauperie affligitur, ut tu per clementiam tuam, quam illi exhibes, vulnera tua curare possis : tu vero eum qui tui causa inops est, repellis? Qualis sunt ista stupiditatis!

Καὶ μὴ ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθε, ἀλλὰ νουθετεῖτε ὡς ἀδελφόν. Ὥσπερ ἄνω εἶπον, ὅτι Ὁ μὴ ἐργαζόμενος, μηδὲ ἐσθίετω, ἔδεισε μήπως λιμῷ ἀπόλωνται οἱ τοιοῦτοι, καὶ ἐπήγαγεν· Ὑμεῖς δὲ μὴ ἐγκακήσητε καλοποιοῦντες. Οὕτω νῦν εἰπὼν, Μὴ συναναμίγνυσθε, ἐφοβήθη, μὴ τοῦτο αὐτὸ ἐκκόψῃ αὐτὸν παντελῶς τῆς ἀδελφότητος ἀπογνόντα. Διὸ καὶ ἐπήγαγε· Μὴ ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθε, ἀλλὰ νουθετεῖτε ὡς ἀδελφόν· καὶ μετὰ τὸ δοῦναι, νουθετεῖν προστέταξεν, οὐκ ὀνειδίζειν, ὡς ἂν καὶ ψυχῇ καὶ σώματι εὐεργετῆται. Ὁ ἀδελφὸν νουθετῶν, οὐκ ἐκπομπεύει τὴν ὕβριν, ἀλλ' ἰδίᾳ τοῦτο ποιεῖ καὶ μετὰ πραότητος. Ἀλγῶμεν, φησὶν, οὐχ ὅτι διδόαμεν ἀργοῦντι, ἀλλ' ὅτι παραβαίνει τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ, καὶ ὡς ἐπὶ νοσοῦντι πενθῶμεν. Ἀκουέτωσαν οἱ οὐ μόνον διδόντες, ἀλλὰ καὶ προσυβρίζοντες, καὶ λίθοις βάλλοντες. Διὰ σὲ πένεται, ἵνα σὺ ἔχῃς θεραπεῦσαι τὰ τραύματά σου διὰ τῆς εἰς αὐτὸν φιλανθρωπίας, καὶ σὺ τῶν διὰ σὲ πενόμενον ἀπελαύνεις ; Πόσης ἀναισθησίας ταῦτα!

Vers. 16. *Ipse vero Deus pacis det vobis pacem semper omni modo.* Ubique post exhortationes precationem ponit, veluti sigilla quædam et obsignationes repositarum rerum orationes adjiciens. Hic

Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης δῴη ὑμῖν τὴν εἰρήνην διαπαντὸς ἐν παντὶ τρόπῳ. Πανταχοῦ μετὰ τὰς παραινέσεις τὰς εὐχὰς τίθησιν, ὥσπερ τινὰς σφραγῖδας καὶ σήμαντρα τῶν ἀποτεθησαυρισμένων

Variæ lectiones.

[12] εἰ δέ τις ο.

Digitized by Google

ἐπιτιθεὶς τὰς εὐχάς. Καὶ ἐνταῦθα οὖν, ἐπειδὴ εἰκὸς μάχας γίνεσθαι ἀπὸ τῶν τοιούτων ἀφορμῶν, τῶν μὲν ἀφοριζομένων τραχυτέρων γινομένων, τῶν δὲ ἐχόντων οὐκέτι τοῖς τοιούτοις διδόντων εὐπροθύμως· εἰκότως εἰρήνην αὐτοῖς ἐπεύχεται, καὶ *διαπαντός*. Τοῦτο γὰρ ἐστι τὸ ζητούμενον, ὥστε ἀεὶ ἔχειν αὐτήν· ἀλλὰ καὶ *ἐν παντὶ τρόπῳ*, ὥστε μηδαμόθεν ἔχειν φιλονεικίας πρόφασιν, μήτε ἀπὸ λόγου, μήτε ἀπὸ ἔργου. Οὕτω γὰρ, φησὶν, οὐ χαλεπῶς [13] κἀκείνους βελτιώσετε. Οὐδὲν γὰρ οὕτω συμβάλλεται πρὸς τὸ κατορθοῦν ἃ βουλόμεθα, ὡς τὸ εἰρηναῖον καὶ ἀτάραχον, καὶ τὸ μὴ μετὰ ἀπεχθείας δοκεῖν ἐπιτιμᾷν.

Ὁ Κύριος μετὰ πάντων ὑμῶν. Τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ἐπηγγείλατο· *Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας.* Ἐὰν οὖτος εἴη, φησὶ, μεθ' ὑμῶν πάντων, τῶν τε ἀργούντων δηλαδὴ, καὶ τῶν μὴ τοιούτων, πάντα τὰ ἀγαθὰ ἔσται. Τούς τε γὰρ ἀργοῦντας ἰάσεται, καὶ τοὺς ἐργαζομένους ἐπιστηρίξει.

Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου. Ἀσπασμὸν καλεῖ τὴν εὐχὴν, δεικνὺς ὅτι καὶ ὅτε ἀσπάζεσθαι ἔδει, μετὰ κέρδους πνευματικοῦ τὸ πρᾶγμα ἦν καὶ εὐχῆς, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς φιλίας σύμβολον.

Ὃ ἐστι σημεῖον ἐν πάσῃ Ἐπιστολῇ· οὕτω γράφω. Πρὸς τὸ μὴ παραποιεῖσθαι τὰς ἐπιστολάς μου παρά τινων ἀπατεώνων (τοῦτο γὰρ, ὡς καὶ ἐν ἀρχῇ εἴπομεν, ἐποίουν πολλοὶ), ἐγὼ, φησὶν, ὑποσημαίνω τῇ ἐμῇ χειρί. *Ἐν πάσῃ* δὲ *Ἐπιστολῇ*, τῇ ἴσως πεμφθησομένῃ πρὸς ὑμᾶς, ἢ καὶ ἁπλῶς, Ἐν πάσῃ τῇ πρὸς οὕστινας δήποτε.

Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν. Καὶ ἤρξατο ἀπὸ τῆς χάριτος, καὶ νῦν πάλιν εἰς τὴν χάριν ἀποτελευτᾷ τὴν Ἐπιστολήν, ἑκατέρωθεν ὥσπερ μεγάλοις τειχίοις ἀσφαλιζόμενος τὰ λεγόμενα, καὶ θεμελίους ἀσφαλεῖς τιθεὶς, καὶ τέλος ἐπάγων ἀσφαλές. Ἐὰν γὰρ ἡ χάρις ἦ μεθ' ὑμῶν ἡ ἐξ ἀρχῆς σώσασα ἡμᾶς, πάσας τὰς ἀσθενείας ὑμῶν παρόψεται. Τοῦτο γὰρ χάριτος· ἔσται δὲ, ἐὰν μὴ ταύτην διώξητε. Ἡ χάρις εὐγνώμοσι ψυχαῖς ἐνοικεῖ, ἁπλότητα καὶ φιλαδελφίαν ἐχούσαις. Γένοιτο τοιαύτας καὶ ἡμεῖς τὰς ψυχὰς ἔχοντες, καὶ φιλαδελφίαν ἐπιδεικνύμενοι, καὶ τοὺς παρασφαλλομένους τυχὸν, ὡς ἀδελφοὺς νουθετοῦντες, καὶ πᾶσι τρόποις τὴν αὐτῶν διόρθωσιν μετὰ τῆς πρὸς αὐτοὺς εἰρήνης κατεργαζόμενοι, ὑπὸ τῆς χάριτος φρουρηθείημεν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ προσλαβομένου ἡμᾶς, καὶ προσαγαγόντος τῷ Πατρὶ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[y] Matth. xxviii, 20.

igitur, quia verisimile erat pugnas oriri ab hujusmodi occasionibus, cum ii qui separantur, asperiores redduntur, opulentioresque non alacriter istiusmodi viris impertiunt, haud immerito pacem eis exoptat, *eamque semper*. Hoc enim est quod quærit, ut semper ipsam habeant : atque adeo *omni modo*, ut nulla ex parte contentionis eis occasio relinquatur, neque ex verbo, neque ex opere. Sic enim fiet, inquit, ut citra difficultatem illos ad rectiorem vitam revocetis. Nihil enim tam utile ad perficiendum ea quæ volumus, quam pacificum esse, necnon turbatione vacare, neque ex odio videri quemquam objurgare.

Dominus cum omnibus vobis. Hoc enim Dominus promisit : *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus* [y]. Si iste, inquit, cum omnibus vobis fuerit tam otiosis scilicet, quam non otiosis, omnia bona contingent : otiosis enim medebitur, et operantes firmabit.

Vers. 17. *Salutatio mea manu Pauli.* Salutationem appellat orationem, indicans quod cum salutare conveniebat, non sine **546** lucro spirituali et oratione ea res esset, et non simpliciter amicitiæ symbolum.

Quod est signum in omni Epistola, ita scribo. Ne depraventur epistolæ meæ a quibusdam impostoribus (hoc enim, perinde ac in principio diximus, faciebant plerique), ego, inquit, subsigno mea manu. *In omni* autem *Epistola*, quæ fortasse ad vos mittenda est : vel simpliciter, In omni, ad quoscunque etiam missa fuerit.

Vers. 18. *Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.* Et a gratia orsus est, et in gratiam rursus finit Epistolam, utrinque veluti magnis munimentis firmans quæ dicuntur, cum fundamenta firma tutaque ponens, tum finem firmum adducens. Si enim gratia vobiscum fuerit, quæ a principio servavit nos, omnes infirmitates vestras prætermittet : hoc enim est gratiæ. Erit autem, si eam non expellitis. Gratia pias mentes incolit, simplicitatem et fraternam dilectionem habentes. Faxit itaque ut nos ejusmodi mentibus imbuti, fraternam dilectionem demonstrantes, et errantes fortasse, tanquam fratres commonefacientes, omnibusque modis ipsorum correctionem cum pace efficientes, a gratia Domini nostri Jesu Christi custodiamur, qui assumpsit nos, perduxitque ad Patrem in Spiritu sancto : quem decet omnis gloria, honor et adoratio, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Variæ lectiones.

[13] οὐχ ἁπλῶς ο.

Digitized by Google

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

THEOPHYLACTUS BULGARIÆ ARCHIEPISCOPUS.

COMMENTARIUS IN JOANNIS EVANGELIUM. (Continuatio.) 9

COMMENTARIUS IN OMNES DIVI PAULI EPISTOLAS. 319

Præfatio Philippi Montani. 319

Monitum T. Bailii editoris Londinensis. 327

Annotata pro singulis Epistolarum argumentis. 330

Lectori Venetus editor 331

Commentarius in Epistolam ad Romanos. 335

Commentarius in Epistolam I ad Corinthios. 563

Commentarius in Epistolam II ad Corinthios. 795

Commentarius in Epistolam ad Galatas. 954

Commentarius in Epistolam ad Ephesios. 1051

Commentarius in Epistolam ad Philippenses. 1139

Commentarius in Epistolam ad Colossenses. 1206

Commentarius in Epistolam I ad Thessalonicenses. 1279

Commentarius in Epistolam II ad Thessalonicenses. 1327

FINIS TOMI CENTESIMI VICESIMI QUARTI.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

3 2044 019 208 206

Digitized by Google


Digitized by Google